


Demosthenes

(1





DEMOSTHENIS
ORATIONES
SELECTAE VII

EX

RECENSIONE I. BEKKERI PASSIM MUTATA.

PROLEGOMENIS, SCHOLIIS DISPERSIS, LECTIONIS VARIETATE SELECTA, ALIORUM SUISQUE NOTIS

INSTRUXIT,

INDICES LOCUPLETISSIMOS

ADDIDIT

FRANC. JOS. REUTER,
GYMNASII AUGUSTANI AD S. STEPHANUM PROFESSOR.

PARS I.

CONTINENS PHILIPP. I, OLYNTH. I. II. III.

AUGUSTAE VINDELICORUM
IN LIBRARIA MATTH. RIEGERIANA.
MDCCCXXXIII.

ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις, φρονῶν κακῶς,
πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα·
ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεὶ,
κἂν μὴ παραυτίκ', αὖθις εἰσὶ χρήσιμοι.

Eurip. Orest. v. 897 sqq.

Praefatio.

Demosthenis orationes, praesertim quas in Philippum habuit, nullo non tempore magni aestimatae atque in scholis tractatae sunt. Nec immerito. Sunt enim et elegantia vigoreque orationis et sententiarum gravitate et sinceritate animi atque liberalitate ita insignes, ut dubitari possit, num ex quopiam ceterorum graecae latinaeque linguae scriptorum majorem juvenes, qui literis student, fructum utilitatemque percipiant. Alunt ut ingenium, in quo excolendo vel maxime in juvenum disciplina elaborandum est, acumine ac subtilitate, qua de rebus publicis agitur, ita animum sententiarum luminibus, probitate patriaeque amore, idque eo magis, quoniam iis virtutibus, quibus cives suos complere volebat, orator ipse magnopere praeditus erat; nam, nisi ex magno animo, magna consilia cogitationesque gigni non possunt. Unde factum est, ut, quod acutissimus judex antiquitatis, Dionysius Halicarnassensis (de admir. vi dicendi in Demosthene c. 13. Tom. VI. p. 995) dicit, si quis omnia orationis ornamenta oratori nostro detraheret, nullo tamen modo admirabilem ejus vim ac magnitudinem auferre posset. *) Huc quum accedat summa ars eloquentiae,

*) Ejusdem viri verba in eodem libro expressa (p. 1021) notatu dignissima sunt: *ὅταν μέν τινα τῶν Ἰσοκράτους ἀναγινώσκω λόγων, — — σπουδαῖος γίνομαι, καὶ πολὺ τὸ εὐσταθὲς* (*sententiam firmam et*

*

qua omnibus totius antiquitatis oratoribus longe excellit, quis est, qui miretur, ejus orationes, quamquam valde difficiles, adolescentibus, optimorum Graeciae historicorum absoluta lectione et cognitione aliqua historiae antiquitatumque, quas vocant, comparata, commendari legendas, modo studia eorum intelligentia praeceptoris regantur? Atque ex hac ipsa difficultate haud parvum in eos commodum redundare existimo. Haec enim adolescentes vel mediocri ingenio praeditos ad intendendas vires impellit, haec inprimis ingenium acuit, haec, si superata est, ad altiora eos studia reddit aptiores magnoque gaudio complet. Sed adjuvanda ac moderanda est eorum lectio summi hujus oratoris quum magistri peritia, tum bonarum editionum adminiculis, ne nimio fatigati labore tandem deterreantur. Praeterea editiones bonis ac largis instructae adnotationibus faciunt, ut celerius in schola progredi possit praeceptor ac plures orationes perlegere, quam si sola scriptoris verba in manibus discipuli habent.

Quamquam autem non desunt editiones huic usui accommodatae doctissimorum virorum, quibus gratiae pro hac opera maximae et debentur a literarum graecarum studiosis et habentur; tamen res non ita absoluta mihi esse videbatur, ut nova editio prorsus supervacanea esset. In aliis enim editionibus res historicae, in aliis grammaticae, in aliis criticae parcius justo tractantur, aliae denique rigido quodam ac horrido dicendi genere scriptae sunt. Quare non alienum esse

---

permanentem) ἔχω τῆς γνώμης· — — ὅταν δὲ Δημοσθένους τινὰ λάβω λόγον, ἐνθουσιῶ τε καὶ δεῦρο κἀκεῖσε ἄγομαι, πάθος ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταλαμβάνων, ἀπιστῶν, ἀγωνιῶν, δεδιώς, καταφρονῶν, μισῶν, ἐλεῶν, εὐνοῶν, ὀργιζόμενος, φθονῶν, ἅπαντα τὰ πάθη μεταλαμβάνων, ὅσα κρατεῖν ἀνθρωπίνης γνώμης· — — καὶ δή ποτε καὶ ἐνεθυμήθην, τί ποτε τοὺς τότ᾽ ἀνθρώπους ἀκούοντας αὐτοῦ λέγοντος ταῦτα πάσχειν εἰκὸς ἦν. Et Cic. in Brut. c. 9: Nam plane quidem perfectum, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. Nihil acute inveniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.

putavi, talem editionem curare, quae praeter verborum notionem, sensum orationis artemque oratoriam exponendam neque res historicas, neque grammaticas, neque criticas, quoad hujus libri ratio postulare videretur, negligeret, facilique ac fusa dicendi ratione, quantum pro mediocritate mea artis latine scribendi praestare possem, parvo parabilis pretio omnia, quae adhuc bona ac probanda a doctis viris in medium prolata sunt, selecta contineret, meis animadversionibus aucta, qua et in juventutis disciplina magistri, qui magnis sumptibus multas editiones sibi comparare aut non possunt aut non volunt, et discipuli in scholis domesticisque studiis uterentur. Quale quidem negotium quam sit difficile, non ignoro; nec satis scio, an medium cursum rite tenuerim, quod doctiores me prudentioresque dijudicent. Huc accedebat, ut in ordine scholarum patriae meae habendarum provocarentur Gymnasiorum magistri, ut et aliorum latinae graecaeque linguae scriptorum, et Demosthenis editiones curarent; quare vel ob hanc causam nemo jure me reprehendet, quod editionibus bonis, quae exstant, novam adjecerim. Ita, ductus summo oratoris nostri amore, postquam per plures annos in scholis explicandus mihi fuit, onus suscepi fortasse gravius, quam quod humeri ferre potuerint. Sed ut desint vires, tamen est laudanda voluntas, quam quidem in me fuisse, sine jactantia licet profiteri, qualecunque hujus libelli pretium est. Hoc habebam in animo, quum me ad hoc opusculum accingerem. Elegi autem ex iis orationibus, quas uno nomine *Philippicarum* appellare solent, *Philippicas* I. II. III., *Olynth.* I. II. III., *de Pace*, quia earum lectio quum in peregrinarum terrarum scholis frequentata, tum in patria mea praescripta est, in quam quidem patriam aliquantum meritorum hac opera colligere velim. Eas disposui secundum temporis ordinem, quo habitae sunt, et quum ab initio uno tomo comprehendere vellem, ex voluntate bibliopolae in duas partes dividi, ut pauperiores discipuli facilius singulas emere possent. Jam paucis absolvam, quam viam in incepto meo perficiendo ingressus sim.

Ante omnia mihi faciendum putavi, ut, quae ad historiam et prioris et hujus temporis, quo hae orationes habitae sunt, pertinerent, ea exponerem. Nam quum omnes oratores, qui causas publicas agunt, res multas publicas privatasque attingere debent, tum inprimis Demosthenes permultum in iis versatur, quas qui non intelligit, nullo modo sensum orationis accurate percipere potest. Quem in finem eas res, quae inde ab eo tempore, quo Philippus imperium susceperat, in Macedonia et Graecia gestae sunt, Prolegomenis praemissis paulo latius exposui, ut, servato ordine temporis, quasi in tabula picta rerum cohaerentia et causae, quae ad singulas orationes perorandas impulerint oratorem, cognoscerentur. Cui quidem negotio praeter alios ducem adhibui *L. Flathium*, qui Macedoniae historiam magna cum doctrina ingeniique acumine scripsit (Lips. 1832.). Neque tamen paucas res hoc tempore gestas in adnotationibus ipsis attingere melius visum est, in quibus eas quoque tractavi, quae aut ad antiquitates, quas dicunt, aut ad priora tempora pertinent. Ejusmodi res in scholis nequaquam negligi debent, quippe quae praeter accuratiorem orationis intelligentiam id quoque efficiant, ut augeant notitiam historiae adolescentumque mentem exornent rebus utilibus, quae hodie quoque non raro usui sunt. Deinde quae continentur in orationibus quo facilius perspicerentur, dispositionibus ita descripsi, ut in uno conspectu videri possent.

Textum autem quod attinet, recensionem *I. Bekkeri*, ut alii, ita ego quoque secutus sum, idque summo cum jure. Ille enim vir, qui pro summa doctrina, ingenii acumine meritisque in veteres auctores non satis potest laudari, multis iisque optimis codicibus magna cum fide usus est. Neque tamen ita me sequi illam recensionem oportere putavi, ut non eam desererem, ubi justae rationes adesse videbantur, partim ab aliis, partim a me allatae. Textui subjiciendam esse ex *Reiskio* et *Schaefero* lectionum, quae in disceptationem venire possent, varietatem selectam et plerumque aut hoc loco, aut in commentario causas receptae

rejectaeque lectionis adjiciendas existimavi. Est enim haec ratio auctores veteres interpretandi, quod nemo infitias ibit, in adjumentis praecipuis, quibus acuatur ingenium et indoles linguae melius percipiatur. Sed modus in hisce tenendus est; critica enim ratio in ejusmodi libris, qui potissimum in scholarum usum scribuntur, non in primo, sed secundo vel tertio loco ponenda est. Codices ad manum nullos habui nec habere eos in tanta multitudine librorum mscr. a doctissimis viris collatorum necesse esse putavi, praesertim quum pro fine hujus libelli praecipua mea opera non in recognoscendo, sed in explicando textu versata sit. In interpunctionis vero ratione haud parva diligentia habita est, quam quidem interpunctionem recte doctissimi viri dimidiam interpretationis partem judicant, qua in re num, partim praeeuntibus aliis, rectam inierim viam, usus libelli docebit.

In commentario ipso praeter eas res, quae jam commemoratae sunt, haec inprimis spectavi. Primum exponendus erat sensus ac nexus orationis, ubi difficultas quaedam esse videbatur, exclusis rebus faciliribus, ut et praeceptoris et discipuli judicio atque ingenio superesset, quod illi excogitarent disceptarentque. Valde enim improbo diffusam illam lateque vagantem rerum minutissimarum explicationem, cujus non solum magistros, sed etiam discipulos taedere necesse est. Hac commentarii parte selecta scholia adhibita sunt *Ulpiani*, quae ob facilitatem non magnum discipulo negotium facessunt, et notae *H. Wolfii* aeque breves ac doctae, qui vir summa cum pietate colendus est. Neque neglexi, si quae sententiae similes gravioris momenti apud alios scriptores inveniebantur, eas adscribere, haud raro opera priorum editorum adjutus, quae ratio non inutilis habenda est. Deinde ratio habenda erat vel maxima linguae, quod ad Grammaticam, ad notionem verborum et constructionem, ad synonymiam et dictiones pertinet, qua in re documenta ex oratore nostro, more a peritioribus probato, sumere studui. Atque de Grammatica quidem regulas sive aliorum sive meas paucis exposui, praestantissimis

grammaticis *Buttmanno, Matthiaeo, Vigero, Hermanno* aliisque citatis. Quod autem interdum res leviores, quas in scholis docemur, tetigi, non praeceptorum, sed discipulorum causa factum est, ne quis forte ob hanc rem me vituperet. Notionem vero verborum et constructionem, quae sit vis propria, quae tropica, quaeque eorum cum aliis cognatio, non negligendam esse, quis negat? Haec enim res plurimum facit ad accuratiorem linguae ejusque elegantiae cognitionem, haec conformat ingenium, haec ad meditationem comparationemque eorum, quae sint similia ac dissimilia, excitat, haec denique promptam facultatem facit synonymorum definiendorum, quae, ut omnino apud oratores, ita apud Demosthenem, quamquam alias verba non solet cumulare, immo brevitati studet, multa leguntur. Atque singularem operam in eo ponendam esse statui, ut, quotiescunque fieri posset, graecae linguae usum cum latino conferrem, cujus rei priores editores, quamquam non plane negligentes, tamen justo parciores fuerunt; qua quidem comparatione nihil magis utriusque linguae notitiam augere mihi videtur. Neque omissae sunt veterum grammaticorum animadversiones, ut illorum scribendi rationem ac nomina discipuli cognoscerent. Tum artem oratoriam, quae docenda in scholis est, observari oportuit, ut praeceptis ex summo oratore desumptis discipuli discerent, qua ratione et haec exemplaria egregia imitarentur et alias orationes aestimarent. Quam ob causam tropos, figuras, argumenta, ratiocinationes aliasque orationis conformationes exposui, in partem interdum vocans veteres grammaticos, rhetores, qui a Reiskio et Schaefero large proferuntur, et veteres editores, qui in hisce rebus explicandis diligentissimi fuerunt. Denique haec omnia locis parallelis, quos vocant, citatisque doctis aliorum utriusque linguae auctorum editoribus ac scriptis adjuvare, orationem sensumque scriptoris latius interpretari, discipulosque ad comparationem instituendam incitare volui simulque efficere, ut aliquam notitiam aliorum et veteris et recentioris temporis scriptorum sibi pararent. Sed hisce rebus moderatio adhibenda

erat. Non enim bene faciunt ii, qui totas fere paginas aut locis parallelis aut doctorum virorum libris citatis complent, quo negotio nihil facilius, nihil inutilius est.

De divisione Philippicae primae, quam nonnulli auctore Dionysio Hal. imperant, et de dispositione Olynthiacarum pauca in Prolegomenis et adnotationibus suo loco commemorata sunt. Latius autem hanc rem inquirere aut longas dissertationes doctorum virorum adjungere, alienum ab hoc libro esse putavi. Ac ne quis forte putet, me aliena praeripere alienisque gloriari bonis, eorum, quorum adnotationibus usus sum, nomina cum grato pro meritis animo adscripsi. Insuper mox indicabo, quas potissimum editiones partim ipse, partim ex auctoritate aliorum editorum in auxilium vocaverim. In corrigendis erratis typographicis quum ipse operam non parvam consumpsi, tum inprimis sedula doctissimi amici, *Aug. Jos. Altenhoeferi*, Gymnasii nostri adjutoris, opera usus sum, cui debitas gratias ago. Si quae errata praeter ea, quae in extrema pagina sunt enumerata, leguntur, ut ignoscas, benevole lector, ac magis de typographo, quam de nobis, queraris, etiam atque etiam rogo. Cum bona voluntate, bene de juventute studiosa, inprimis patriae meae, merendi, suscepi hoc opus, cum fide assiduaque diligentia susceptum perfeci. Si quid ex eo utilitatis redundabit in illam, maximum jucundissimumque laboris fructum me percepisse putabo. Ac tantum abest a me arrogantia operis omni ex parte perfecti, ut me nonnisi humani peritique viri censura, si qua dignum illud habebitur, monitum, melioraque edoctum minus posthac peccaturum esse existimem.

A. *Conspectus Manuscriptorum,*

quae in priori hujus editionis parte signantur.

Par. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. *Parisini* Codices in bibliotheca regia Parisiensi adservati, quibus usus est Morellus ad editionem Lutetianam adornandam. *Taylor.* apud Reisk. App. Crit. T. II. p. 1194.

AUG. 1, 2, 3. *Augustani* Codices, a Reiskio collati, qui hodie in bibliotheca regia Monacensi conservantur. Primum Reiskius magni facit. Vid. T. I. p. LX sq.

BAV. *Bavaricus*, a Reiskio collatus; multas lectiones super versus et in margine scriptas habet; hodie est in bibl. regia Monacensi. Reisk. T. I. p. LXX.

MEERM. *Meermannianus*, a Gerard. Meermanno e bibliotheca sua in usum Reiskio traditus.

WEIMAR. *Weimaranus*, quo Reiskius usus est. Lectiones variae a duobus diversis adscriptae in exemplo Aldino, quod in bibliothecam Vinariensem illatum fuit. *Rüdig.* ex Reisk. T. I. p. LXXIII.

OBSOP. *Codex Obsopoei* = Pannonicus Wolfii. Hunc a. 1533 cum editione Aldina contulit Obsopoeus multaque inter conferendum scite observavit. Ea primus protulit H. Wolfius. *Taylor.* apud Reisk. T. II. p. 1195.

HARL. *Harlejanus*, in bibl. Edu. Comitis Oxoniensis, eleganter scriptus, antiquus et bonae indolis. Continet orationes publicas. *Taylor.* apud Reisk. T. II. p. 1197.

APP. FRANCF. *Appendix Francofurtana*, est accessio quaedam varr. lectt. in ed. Francf. 1604. Reisk. T. I. p. XXXXII.

ALD. TAYL. *Aldina Taylori.* Sunt varr. lectiones in margine Aldinae ed. e cod. Veneto adscriptae. Reisk. Praef. ad sua Demosthenica. T. II. p. 12 sq.

LOCKER. *Codex Lockeri*, Londinensis, orationem contra Timarchum et Olynthiacas duas habens, et bonae frugis plenus. *Taylor.* apud Reisk. T. II. p. 1197.

VOSS. *Vossianus.* Tayl. apud Reisk. T. II. p. 1197.

HARRIS. Codex *Jacobi Harris Sarisberiensis*, pergamenus et melioris notae, continens orationes publicas. *Taylor.* apud Reisk. T. II. p. 1197.

PITHOEAN. *Pithoeanus.*

LAUD. *Codex Laudianus*, quo Taylor. usus est. Tayl. ap. Reisk. l. l.

BAROC. *Codex Baroccianus*, quem Taylor. habuit. Tayl. ap. Reisk. l. l.

α et *β*. Lectiones e duobb. codd. Paris. in margine ed. Lutet. enotatae. *Rüdiger*.

Cod. Vict. *Codex Victorii*, continens Olynthiacas tres, Phil. I. et orat. de Pace, praeter Lysiae orationem de caede Eratosthenis. Hunc Victorius contulit cum aliis duobus ab eo *a* et *b* designatis, et notis in margine et inter lineas illustravit. Asservatur in bibl. regia Monacensi. Voemelius eo usus est.

Σ Y F. *Codices Bekkeri* praeter alios. Σ, quamquam praestantissimus, amat omittere; Y = Par. 2. F consentit cum Bavarico Reiskii.

Codices, quos Augerus contulit, literis L. M. N etc. signari solent.

B. *Conspectus editionum et translationum,*

quae in priori parte hujus editionis signantur.

Ald. *Aldina*. Venet. 1504. fol. Vid. Hoffm. Lex. bibliogr. De pretio hujus ed. vid. Reisk. Praefat. ad Dem. T. I. p. IV—XI. Eam sequuntur ed. Lutet., Reisk. et Bekkerus.

Herv. *Hervagiana*. Bas. 1532. fol. Repetitio Aldinae, cum conjecturis. Repetita est haec ed. 1547. fol. III. T. cum emendationibus et varr. lectt. Danesii et Obsopoei. Vid. Hoffm. Lex. bibliogr.

Felic ed. *Bern. Feliciani*. Venet. 1543. Vol. III. 8. Editio rara et elegans; textus ex Mss. correctus est. Vid. Hoffm. Lex. bibl. Eam sequuntur H. Wolfius et Augerus.

P. Manut. ed. *Pauli Manutii*, filii Aldi. Venet. 1554. Tom. III. 8. Haec editio rara, sed vitiis typographicis plena est, nec magni aestimatur. Omnia ex Feliciana desumpta sunt.

Lut. ed. *Parisina* 1570. fol. apud J. Benenatum. Hanc editionem elegantem et vitiis typogr. vacuam a Gu. Morello inchoatam post ejus mortem (1560) *Lambinus* absolvit. Adhibiti sunt octo codd., quorum varr. lectt. in margine et fine operis adscriptae sunt una cum emendationibus. Sequitur Aldinam. Vid. Hoffm. Lex. bibliogr.

Wolf. ed. *Hier. Wolfii.* „Demosthenis et Aeschinis principum Graeciae oratorum opera, cum utriusque auct. vita, et Ulpiani commentariis, novisque scholiis, ex quarta eaque postrema recognitione, Graeco-Latina: VI Codd. impressorum et inter hos Parisiensis nuper editi, duorum Mss. alter Pannonii, alter ex Aug. bibl. collatione a mendis purgata, var. lect. adaucta, annotat. illustrata per *Hier. Wolfium.* Bas. ex offic. Hervag. per Euseb. Episopum 1572. Fol.“ Usus hujus ed. difficilis est ob magnam notarum disjectionem, quae quidem notae una cum translatione latina, quae totius Demosthenis sola exstat, magni faciendae sunt, nec Rüdigerus eas repudiare debuit. Jam prius 1549 H. Wolfius Demosthenem ediderat (vid. Reisk. Praef. ad Dem. p. XXI sqq.), et postea Francf. 1604 et Genev. 1607 ejusdem editiones repetitae sunt, quae non ita magni ducuntur. Vid. Hoffm. Lex. bibl.

Lucches. ed. *Vincent. Lucchesinii.* Romae 1712. 4. Continet XII orationes de Republica ad populum habitas. Exclusae sunt oratt. de Halon., Phil. III et IV; cum translatione latina, notis criticis et historicis, quae posteriores, quamquam nimis latae ac male latine scriptae, laude dignae sunt. Vid. A. G. Becker. p. 559 sq.

Mount. ed. *Ricard. Mounteneji.*: „Demosthenis selectae orationes (Phil. I, Olynth. tres). Ad cod. ms. recensuit, textum, Scholiasten et versionem pluribus in locis castigavit, notis insuper illustravit *Ric. Mounteney.* Praefiguntur (J. Chapmanni) observv. in commentar. vulgo Ulpianeos et tab. antiquae Graeciae Demostheni accommodata. Cantabr. 1731. 8.“ Saepius repetita est haec ed. Etonae et Londini; postremo Lond. 1811. Animadversiones crit. et exeget. maximam partem ex Tourrello et Wolfio haustae sunt. Rüdig. p. XIV. Becker p. 560. Hoffm. Lex. bibl.

Reisk. ed. *J. Jac. Reiskii:* Oratorum Graecorum, quorum princeps est Demosthenes, quae supersunt monumenta ingenii, e bonis libris a se emendata, ma-

teria critica, commentariis integr. H. Wolfii, J. Taylori, Jerem. Marklandi, aliorum et suis, indicibus denique instructa ed. *J. Jac. Reisk.* Vol. XII. 8. Lips. 1770 sqq. Apparatus criticus et indices locupletissimi magna sunt commendatione; animadversiones ejus, quamquam sunt magni faciendae, tamen ob nimiam conjecturarum audaciam a doctis non immerito vituperantur. Vid. Morus de vita J. J. Reiskii p. XXX sqq.

Auger. ed. *Ath. Augeri.* Par. 1790. 4. T. I, continens universas, quae ad Philippum pertinent, conciones. Editio est splendidissime excusa. Multos codd Augerus contulit, sed non ubique; paucas animadversiones addidit, nec critico ingenio excelluit. Vid. Becker. p. 554.

Bekk. ed. *Imm. Bekkeri*: Demosthenis Philippicae. Ad codd. quum a Reiskio et Augero, tum a se collatos recogn. *Im. Bekker.* Apposita est lectio Reisk. Berol. 1816. 8. Posteris edd. 1824 et 1825 non paucis locis a priori recensione discrepavit. Quindecim codd. contulit et omnium κριτικώτατος est.

Rüdig. ed. *C. Aug. Rüdigeri*: Demosthenis Philippica I, Olynth. tres et de Pace. Selectis aliorum suisque notis instruxit *Carol. Aug. Rüdiger.* Lips. 1818. 8. Editio omni laude digna in rebus criticis et exegeticis. Editio altera emendatior vulgata est 1829, quam ad manum non habui.

Schaefer.: Apparatus criticus et exegeticus ad Demosthenem. Vinc. Obsopoei, H. Wolfii, J. Taylori et J. J. Reiskii annotationes tenens. Commodum in ordinem digestum aliorumque et suis annot. auctum ed. *God. Henr. Schaefer.* T. V. Lips. 1824 sqq. Liber mea laude superior.

Brem. ed. *Jo. H. Bremii*: Demosthenis orationes selectae, commentariis in usum scholarum instructae ab *J. Henr. Bremi.* Goth. et Erf. Commendatione digna editio est, in qua id dolendum videtur, quod res historicae justo parcius tractatae sunt.

Voemel. ed. *J. Th. Voemelii*: Demosthenis Philippicae orationes V (Phil. I, Olynth. tres, de Pace). Ex

recensione I. Bekkeri cum tribus codd. mss. collata ed., Prolegomenis et annotatione perpetua illustravit *Joannes Theod. Voemel.* Francof. ad M. 1829. Editio praestantissimis adnumeranda.

Jacobs. Demosthenes Staatsreden. Uebersetzt u. mit erläuternden Anmerkungen versehen v. *Fr. Jacobs.* Leipz. 1805. 8. Nova editio, adjecta oratione pro Corona, in vulgus exiit 1833. Non eget mea laude haec translatio praeclarissima. Vid. Beck. p. 569. Idem in libro, qui inscribitur Attica, singulas partes orationum Philippicarum, Olynth. III, de Pace, Phil. III. docte interpretatus est.

Becker. Des Demosthenes Philippische Reden, übers., erläutert und mit eignen Abhandlungen begleitet v. *Dr. Alb. Gerh. Becker.* Hall. 1824. Et translatio Germana et animadversiones historicae, partim criticae, doctissimo viro dignae sunt.

Scr. Augustae Vindelicorum mense Majo MDCCCXXXIII.

Prolegomena

in

Philippicam I. et Olynthiacas orationes.

§. 1. **P**ost multos annos, quibus Macedoniae regnum partim condebatur augebaturque, partim aut Persis tributarium erat (inde ab Olymp. LXXII, 1. a. Chr. 490 usque ad pugnam Plataeensem, Olymp. LXXV, 2. a. Chr. 479), aut multas controversias cum Atheniensibus, qui potestatem suam septentrionem versus coloniis in fines litoraque Macedoniae deductis amplificare studebant, et cum Odrysis, Thracia gente, habebat, imperium per ordinem successionis ad *Amyntam* II. pervenerat (Olymp. XCVI, 4. a. Chr. 393), qui, quum viginti tres annos non sine magnis perturbationibus ac dimicationibus de imperio [1]) regnasset, relictis ex Euridice tribus filiis, Alexandro, Perdicca et Philippo, senex mortuus est (Ol. CII, 3. a. Chr. 370), atque *Alexandrum* II, natu maximum, successorem habuit [2]). Ejus auxilium Aleuadae, nobile genus Larissaeum in Thessalia [3]), contra tyrannum Pherarum, qui idem Alexander nominabatur, imploraverunt [4]); nec frustra. At ipsis insperantibus ille arcem Larissae et Cranonem urbem occupavit [5]), atque incaute id efficere conatus est, quod postea Philippus magna cum calliditate perfecit. Neque tamen diu loca expugnata tenere potuit. Nam Ptolemaeus Alorites, cujus de origine nihil certi habemus [6]), quum Macedoniae imperium affectaret, regem, ut domum rediret, coëgit, unde factum est, ut Alexander Pheraeus denuo Larissam aliasque liberas civitates Thessaliae aggrederetur. Quae quia se ipsae tueri non poterant, Thebanos, magna tum auctoritate florentes, in auxilium vocaverunt (Ol. CIII, 1. a. Chr. 368). Neque preces sunt repudiatae. Thebani enim, hac potestatis augendae opportunitate utendum esse rati, Pelopidam cum exercitu in Thessaliam miserunt, qui, capta arce Larissae rebusque in Thessalia compositis [7]), et ab Alexandro II. et a Ptolemaeo Alorite de Macedoniae imperio certantibus etiam atque etiam rogatus est, ut auxilio veniret. Itaque cum exercitu in Macedoniam profectus res ita diremit, ut Alexander, regni parte Ptolemaeo tradita, retineret imperium [8]), obsidibusque triginta adolescentibus ex nobilium genere acceptis, in quibus erat

§. 1. [1]) Vid. §. 3 et 15. Diod. Sic. XIV, 92. Ael. Varr. Hist. IV, 8. [2]) Just. VII, 4. [3]) Herod. VII, 6. Buttm. Dissert. de Aleuadis p. 171 sqq. [4]) Diod. Sic. XV, 60. [5]) Diod. Sic. XV, 61. [6]) Diod. Sic, XV, 71 et 77 eum fratrem Alexandri regis appellat. [7]) Diod. Sic. XV, 80. Plut. Pelop. 33. 34. [8]) Plut. Pelop. 26.

Philippus, regis frater natu minor [9]), reversus est. Non multo post Alexander II. a Ptolemaeo Alorite, non sine insidiis Euridices matris, occisus est [10]) (Ol. CIII, 1. a. Chr. 368); imperium autem pervenit ad eundem Ptolemaeum, qui, quum regis nomen non haberet, tutorem Perdiccae III, Amyntae alterius filii, egit. Is, postquam Pausaniam, regni competitorem, ope Iphicratis, Atheniensium ducis, qui forte ad Amphipolin impugnandam in hac regione commorabatur [11]), Macedonia expulit [12]), pactionemque cum Thebanis, auctore Pelopida, fecit, ut regis Amyntae filiis regnum servaret, a Perdicca III. interfectus est [13]) (Ol. CIII, 4. a Chr. 365). Neque hic diu imperium tenuit. Nam quinque annis postquam hanc caedem perpetravit, aut in bello contra Illyrios [14]), aut dolo Euridices matris [15]) periit (a. Chr. 360), relicto parvulo filio Amynta III, cujus tutor *Philippus*, Thebis relictis, exstitit.

§. 2. Is enim, quum, ut modo commemoravimus, a Pelopida obses Thebas abductus esset, in domum ab Epaminonda receptus omnibus artibus ac disciplinis imbutus est, quibus aliquando gloriam ac potestatem sibi parare posset. Neque spem operamque summi magistri fefellit. Ad ejus enim exemplum tanto labore, tanta virium contentione se conformavit, ut post paucos annos eum aequaret, prudentia autem et audacia superaret. Ita Graecia suam ipsius perniciem quasi materno lacte aluit et educavit. His igitur instructus virtutibus, postquam tres fere annos Thebis moratus est, Perdicca fratre interfecto, hostibusque multis patriam suam oppugnantibus, in Macedoniam reversus est atque tutelam Amyntae III, pupilli sui, suscepit [1]) (Ol. CV, 1. a. Chr. 360).

§. 3. Nec diu tutorem egit. Nam eodem anno, quum regnum et intestinis perturbationibus laboraret, et hostium impetibus undique premeretur, populus, quem Philippus eloquentia, comitate, liberalitate, prudentia, aliis virtutibus sibi conciliaverat, Amynta puerulo neglecto, regem eum declaravit, id quod consulto eum quaesivisse putandum est. Antequam autem hoc factum est, Pausaniam atque Argeum, qui uterque imperium Macedoniae sibi vindicabant, repressit. Atque illum quidem, jam ab Iphicrate prius regno expulsum, quem rex Thracius quidam adjuvabat, facile removit, Thracibus pretio reconciliatis, ita ut Pausaniae nusquam amplius mentio fieret [1]). Argeum autem, filium Aeropi, qui jam Amyntae II. aetate aliquot annos (391—389) regnaverat, Athenienses restituere conati sunt, ut Macedonum consilium, regionibus in litore

---

9) Diod. Sic. XVI, 2. Just. VII, 5. 10) Just. VII, 5. 11) Vid. §. 5. 12) Aesch. de fals. leg. §. 27—29. 13) Diod. Sic. XV, 77. 14) Diod. Sic. XVI, 2. 15) Just. VII, 5.

§. 2. 1) Diod. Sic. XVI, 2 ibique *Wesseling*. Verisimile est, Philippum jam ante Perdiccae caedem in Macedoniam reversum controversias cum fratre de regni parte habuisse. *Caryst.* apud Athen. XI, 115.

§. 3. 1) Diod. Sic. XVI, 3.

sitis potiundi, irritum redderent, atque Amphipolin, quam se redditurum esse Argeus promiserat *), reciperent. Itaque Mantiam cum classe in Macedoniae oras miserunt. At Philippus, qua erat calliditate, nondum tempus esse existimans, quo aperte hostis contra potentem Atheniensium civitatem exsisteret, viribus suis nondum firmatis, Amphipolin liberam declaravit, Argeumque, qui usque ad Aegas in Macedonia penetraverat, inde recedentem usque ad classem Atheniensium ad Methonem appulsam persequebatur, unde factum est, ut pugna inter Macedones et Athenienses exoriretur, in qua illi superiores fuerunt. Neque tamen rex victoria ita usus est, ut Athenienses laederet; captos enim Athenienses sine pretio reddidit, societas cum iis ut renovaretur, petiit Amphipolinque in pace paulo post facta liberam declaravit [3]) (Ol. CV, 2. a. Chr. 359). Qua re gratiam consecutus est et Amphipolitanorum et Atheniensium, qui Argeum deseruerunt neque perspexerunt Philippi consilia, callide promittentis, se in recuperanda Amphipoli eos clam adjuturum esse.

§. 4. His ita compositis, ne in posterum vicinarum gentium impetibus vexaretur, se ad eas vincendas convertit. Ac primum *Paeones*, septentrionem versus habitantes, quos initio imperii sui auro ad quietem compulerat, aggressus est et superavit, quo bello copias suas ita auxit firmavitque, ut animum ad *Illyrios* Macedonia expellendos advertere posset. Igitur cum decem millibus peditum et sexcentis equitibus eos, quorum rex Bardyllis erat, adortus atroci proelio ita fudit, ut septem millia eorum occideret omnesque urbes, quas in Macedonia tenebant, iis eriperet. (Ol. CV, 2. a. Chr. 359) [1]). His rebus feliciter gestis praecipuam operam et curam collocare pergebat in comparando magno fortique exercitu, quo et firmaret imperium suum et magna Graecorum Persarumque subigendorum consilia, quae jam mature ceperat, exsequeretur. Ac re vera id effecit, ut Macedones, quum antea non admodum bellicosi fuissent, mox gloria militari excellerent [2]). Ejusdem opera illa phalanx, quam dicunt, aut inventa aut perfecta est [3]). Hoc autem studium in comparando confirmandoque exercitu consumpsit, non ut barbaras gentes Macedoniae finitimas sibi subjiceret, ex quibus, quum divitias nullas haberent, nullos aut parvos tantummodo fructus percipere posset; sed jam mature omnes cogitationes ad id potissimum intendit, ut Persarum regnum, maximum illud quidem, sed intestinis perturbationibus fractum atque infirmum, occuparet, ad quam rem postea Isocrates quoque eum adhortatus est [4]). Quod consilium ut perficere posset, Graeciae, si non

---

*) Vid. de hac urbe §. 5. [3]) Dem. adv. Aristocr. p. 660. R. Diod Sic. XVI, 2 et 3.

§. 4. [1]) Diod. Sic. XVI, 4. Just. VII, 6. Vid. ad Phil. I. §. 48. Olynth. III. §. 23. [2]) Vid. ad Olynth. I. §. 17. [3]) Diod. Sic. XVI, 3. [4]) Isocrat. ad Philipp. c. 37. §. 89 sqq. Vid. ad Dem. Phil. I. §. 48; III. §. 71.

imperium, tamen principatum comparari oportuit; atque in ea potissimum re inde ab imperio suscepto admirabili arte atque prudentia elaboravit. Nam quum non statim aperte Graeciam invadere posset, discordiam, quae inter singulas ejus civitates maxima erat [5]), ita aluit, ut, dum illae se invicem impugnabant ac mutuam invidiam suspicionemque exercebant, ipse communis libertatis tutor haberetur, et modo hanc, modo illam, ut res postulare videbantur, adjuvaret, omnes autem paulatim frangeret debilitaretque [6]). Ita factum est, ut Graeci tum demum, quum quasi reti quodam omnibus partibus cincti erant, vera ejus consilia perspicerent. Demosthenem enim, magnum illum oratorem et sagacissimum hominem, qui jam mature intellexerat, quid spectaret Philippus, diu cives sui non audiverunt. Neque proditionem aspernatus est Philippus. Omnibus enim in urbibus proditores aluit, qui res publicas in ejus utilitatem regebant [7]); alios etiam non pretio, sed humanitate aliisque virtutibus sibi conciliavit [8]). Non enim omnes, qui pro Philippo stabant, proditores fuisse, jam Polybius [9]) contendit; Isocrates autem, vir integerrimus, in epistola ad Philippum [10]) optime de eo judicat, ut apertum sit, non omnes quidem, qui pro Philippo verba faciebant, proditores fuisse, omnes autem ab eo deceptos. Sed proditionem amavit, in proditores ipsos saepe acerbe consuluit [11]). Praeterea quum pacem semper in ore, in pectore bellum haberet, facile singulas civitates decepit [12]). Nec unquam occasionem, rebus Graecorum se immiscendi, omisit [13]). Sed haec hactenus. Plura de ejus moribus agendique ratione leguntur in orationibus ipsis, quas explicavimus. Jam ad facta redeamus.

§. 5. Ac primum quidem nactus est opportunitatem rebus Thraciae se immiscendi. Nam *Cotys*, rex Odrysarum, Chersonesum, quam Athenienses ex antiquis temporibus possederant [1]), sibi subjecerat [2]). Huic autem interfecto [3]) (Ol. CV, 1. a. Chr. 360) tres filii, *Berisades*, *Amadocus* et *Cersobleptes* successerant. Ex his quisque, quum regnum solus affectaret, Athenienses in auxilium vocavit, qui regnum dividi voluerunt, pactione facta, ut Chersonesus ipsis restitueretur. Nec tamen eam statim, sed post multas demum contentiones sub ea conditione a Cersoblepte receperant, ut ipse solus regnaret (Ol. CVI, 4. a. Chr. 353) [4]). Amadocus autem aut ejus filius confugit ad Philippum, qui jam inde ab hoc tempore Cersobleptem, Atheniensium socium, vexasse et expeditiones in Thraciam et Chersonesum fecisse, aut certe urbes Chersonesi reluctantes Atheniensibus [5]) adjuvisse videtur [6]); nam nihil

---

[5]) Vid. ad Phil. I. §. 48; III. §. 21 et 35. [6]) Vid. ad Olynth. III. §. 3. [7]) Vid. ad Phil. I. §. 18. [8]) Vid. ad Phil. I. §. 18. Olynth. I. §. 16. Justin. IX, 8. [9]) Lib. XVII, 14. [10]) c. 31. [11]) Vid. ad Olynth. III. §. 5. Phil. II. §. 21; III. §. 66. [12]) Vid. ad Olynth. II. §. 28. Phil. II. §. 2; III. §. 8. [13]) Vid. ad Olynth. III. §. 13. Phil. II. §. 5.

§. 5. [1]) Vid. ad Phil. I. §. 17; III. §. 16. [2]) Dem. adv. Aristocr. p. 658. [3]) Dem. adv. Aristocr. p. 659, 26 et p. 674, 20. [4]) Vid. infra. §. 10.; ad Olynth. III. §. 13. [5]) Dem. adv. Aristocr. p. 621 sq. Diod. Sic. XVI, 34. [6]) Vid. infra. §. 10. Phil. 1. §. 17.

compertum de his rebus habemus. Iisdem fere temporibus in *Euboea* multae magnaeque discordiae erant exortae, aliis incolarum Thebanos, aliis Athenienses sequentibus (Ol. CV, 3. a. Chr. 358). Quare Athenienses, Timotheo auctore, exercitu celeriter comparato, in hanc insulam profecti Thebanos expulerunt [7]). At vix Athenas redierant, quum nuntii *Amphipolitani* ad eos venerunt, qui adhortabantur, ut Amphipolin in fidem reciperent [8]). Haec urbs Macedoniae, haud procul a Thracia ad sinum Thermaicum sita Strymoneque flumine utrimque inclusa, jam antiquissimis temporibus condita et sub nomine Ἐννέα Ὁδοί cognita erat [9]). Huc Athenienses, Persis devictis, jam anno 470 colonos deduxerant, quibus a Thracibus interfectis, alios atque alios miserant, quorum non melior sors erat, donec tandem Periclis aetate (437 a. Chr.), nova colonia deducta, urbem amplificarent, exornarent novumque ei nomen (Ἀμφίπολιν) adderent. Postea autem, bello Peloponnesiaco, Lacedaemonii, quum coloniis sociisque ereptis subsidia belli intercludere Atheniensibus studerent, Amphipolin facili negotio Brasida duce ceperunt (424 a. Chr.), quippe cujus incolae semper magis alienis, quam Atheniensibus studebant. Post varias deinde rerum vicissitudines urbs Macedonum facta est, et frustra Athenienses recipere eam pluribus per hos annos (370 — 364) bellis gèstis, Timotheo, Iphicrate et Callisthene ducibus tentarunt. Neque Philippus rex, quamquam promiserat, captam Atheniensibus cessit. Nam non multo post regnum susceptum, quum Athenienses Argeum adjuvarent ea spe, hunc Amphipolin ipsis redditurum esse [10]), Philippus callide tempori cedens hanc urbem liberam declaravit, atque adeo postea, quum ancipiti periculo premeretur, clam se iis opem ad eam occupandam laturum pollicitus est. Aliquo autem tempore interjecto, quum Athenienses aliis bellis districtos videret, hac opportunitate usus ad obsidendam Amphipolin se accinxit. Sed erat timendum, ne Olynthii societatem, quam petebant, cum Atheniensibus facerent [11]), qua inita frustra se Graeciae imperium affectaturum esse intellexit. Itaque de legatione illorum hanc ob causam Athenas missa certior factus, statim Atheniensibus promisit, si *Pydnam*, minoris momenti urbem, ipsi tradidissent, se Amphipolin iis occupaturum esse [12]). Qua arte Athenienses decepti Olynthios repudiaverunt [13]), ad quos idem Philippus, opportuno tempore usus, legatos misit, se *Anthemum* urbem [14]), jam diu

---

[7]) Vid. ad Phil. I. §. 17. Qua ratione Philippus rebus Euboeensibus se immiscuerit, vid. infra §. 14. [8]) Vid. ad Olynth. III. §. 8. Diod. Sic. XVI, 4. [9]) Herod. V, 30. [10]) Vid. supra §. 3. [11]) Vid. infra §. 15. Olynth. I. §. 6. [12]) Hanc rem ita agi voluit, ut Pydnaeos aliosque lateret, ne illi vires augerent auxiliaque pararent; qua de causa tota res non ad populum delata, sed clam in senatu acta est, unde θρυλούμενον illud, de quo sermo est Olynth. I. §. 6. [13]) Vid. ad Olynth. I. §. 6. [14]) Vid. ad Phil. II. §. 20.

Macedonibus subjectam, *Pydnam* et *Potidaeam* ipsis concessurum esse, si Amphipolin, quae hoc tempore, nescimus qua ratione, in Olynthiorum potestatem pervenerat, ipsi tradidissent. Tum his quoque deceptis et conciliatis Amphipolin oppugnavit, inter obsidionem Atheniensibus dictitans, se eorum in hanc urbem jura agnoscere, ne illi pressae urbi auxilio venirent. Nam Theopompo teste [15]) Amphipolitani legatos Athenas miserant, ut urbem in ditionem Atheniensium traderent. Atque hoc tempore Athenienses, quum copias paratas haberent, Amphipolitanis urbem suam offerentibus, Olynthiisque amicitiam et foedus quaerentibus, si rebus suis melius consuluissent, facile Philippum superare potuissent [16]). Ita urbs ab eo capta Macedoniaeque adjuncta est [17]) (Ol. CV, 3. a. Chr. 358). Inde ab hoc tempore simultates cum Philippo Athenienses exercebant, et, Ulpiano teste, mille ducenta talenta in Amphipolin recuperandam consumebant. Hoc autem bellum inde natum, quod Amphipolitanum oratores vocare solent, grave fuit ac molestum et Philippo et Atheniensibus. Nec parvo momento Amphipolis fuit. Nam abundabat, ut *Voemelius* dicit [18]), emporiis, portoriis, argenti aurique fodinis, lana, materia navali, et transitum ad circumjacentes populos aut aperire aut intercludere poterat [19]). Paulo post *Pydnam* et *Potidaeam* occupavit, aut proditione cepit [20]) (Ol. CV, 4. a. Chr. 357), et una cum *Anthemo* Olynthiis, ut eos sibi devinciret, tradidit, Atheniensium praesidiis, quae in his urbibus erant, sine pretio dimissis [21]), causam interserens, se necessitate coactum retinere Amphipolin, illasque urbes Olynthiis dare, ut promissa exsequeretur. — *Pydna*, urbs Macedoniae, Corinthiorum fuit colonia. Postquam ab Archelao, Macedoniae rege, Peloponnesiaci belli tempore (410—409 a. Chr.) in ditionem Macedonum redacta erat, Timotheus, Cononis filius, eam recepit; Philippus autem, ut modo commemoravimus, iterum per proditores occupavit. — *Potidaea*, urbs Thraciae, eadem Corinthiorum colonia, quum jam a. 429—428 ab Atheniensibus post perpetuam obsidionem capta crudeliterque tractata esset, a Timotheo (a. 363.) Atheniensibus vectigalis facta [22]), a Philippo post diuturnam oppugnationem occupata Olynthiisque tradita est [23]). Atheniensium classis sero venerat [24]). — Tum *Crenides*, a Thasiis in Pangaeo monte conditas, sibi subjecit, et auri fodinas in vicinia hujus urbis sitas cultu, qui a rudibus Thracibus erat intermissus, eo provexit,

---

15) apud Harpocrat. s. v. Ἱέραξ. Vid. Olynth. III. §. 8. 16) Vid. Olynth. II. §. 2; III. §. 8 et 9. 17) Vid. ad Phil. I. §. 43. Olynth. III. §. 5. adv. Aristocr. p. 659, 3. 18) Prolegom. ad Philipp. I. p. 43. 19) Cf. Phil. II. §. 17. Liv. 45, 30: *Habet — et multas frugum proprietates et metalla et opportunitatem Amphipolis.* 20) Vid. Olynth. III. §. 5. 21) Phil. II. §. 20. Diod. Sic. XVI, 8. Just. VII, 6. 22) Vid. ad Olynth. I. §. 14. 23) Vid. Olynth. I. §. 7 et 14. Olynth. III. §. 9. Phil. II. §. 20. Diod. Sic. XII, 34. 24) Vid. infra §. 10. Phil. I. §. 4 et 35.

ut plus mille talenta (2,605,827 Flor.) quotannis ex iis redirent [25]). Hinc ipsi et subsidia belli et ornamenta pacis suppetebant.

§. 6. Athenienses autem, quamquam Philippi artes nunc demum perspiciebant, ac multas minas, multa in eum decreta faciebant [1]), tamen bellum contra eum fortiter suscipere non potuerunt, *bello sociali*, quod tum gerebant, prohibiti. Nam ut civitatis reditus augerent majoresque res exsequi possent, auctore Charete [2]), ex coloniis sociisque multo majores pecunias exegerunt, cujus quidem rei paulo post eos poenituit. Nam *Chii*, *Rhodii*, *Coi* et *Byzantii*, quibus adhuc sociis usi erant, a Mausolo [3]), Cariae rege, excitati, arma contra eos ceperunt (Olymp. CV, 3. a. Chr. 358). Postquam Chabrias [4]) initio belli cecidit, Chares unus copiis adversus socios praefuit maleque rem gessit [5]). Illi igitur Lemnum et Imbrum insulas, quae Atheniensibus fidem servaverant, aggressi urbes agrosque depopulati sunt. Tum sub finem belli Athenienses, quum rem proelio navali dirimere vellent, sexaginta navibus, quibus Chares erat praefectus, sexaginta alias duce Menestheo, cui Iphicrates et Timotheus [6]) addebantur consiliarii, adjunxerunt, Byzantiumque obsidere coeperunt. Sed Iphicrates et Timotheus, quoniam adversus socios in Hellespontum ab insula Samo advectos proelium navale ob ventorum impetum inire noluerant, postea a Charete accusati damnatique sunt [7]); Chares autem ipse non multo post, quia non amplius stipendium pro exercitu ab Atheniensibus accipiebat, transiit ad Artabazum, Persarum satrapen, qui a rege suo defecerat [8]). Nec improbabant hoc factum Athenienses, quoniam necessitate solvendi stipendia erant liberati. Qua de re quum rex Persarum quereretur et socios adjuvare velle videretur, illi viribus fracti et sociorum opes invictas metuentes bellum composuerunt (Olymp. CVI, 4. a. Chr. 355). Insulis autem Mausolus potitus est [9]). Grave hoc bellum rei publicae Atheniensium vectigalibus exstitit. Hinc proximis annis querelae de afflicta conditione rerum Atticarum [10]). Philippus autem per hoc bellum a vexatione Atheniensium non abstinuisse videtur. Silent, ut de multis aliis rebus, ita de hac rerum gestarum scriptores. Sed Demosthenes ipse omnia ea, quae fecerant socii, illi objecit. Nam eum expeditiones praedatorias in *Imbrum*, *Lemnum* et *Scyrum* suscepisse, ad Euboeae promontorium *Geraestum* expilavisse mercatorias naves atque ab *Attica* ipsa sacram triremem abduxisse dicit [11]).

---

§. 5. [25]) Diod. Sic. XVI, 3. 8. Appian. Bell. Civ. IV, 105.

§. 6. [1]) Vid. ad Phil. I. §. 30. Olynth. I. §. 24 — 26. de fals. leg. §. 70. [2]) Vid. de hoc duce ad Phil I. §. 24. Olynth. I. §, 28. [3]) Vid. ad orat. de Pac. §. 25. [4]) Vid. ad Phil. I. §. 23. [5]) Vid. ad Phil. I. §. 24. [6]) Vid. de iis ad Phil. I. §. 23 et Olynth. I. §. 14. [7]) Vid. ad Phil. I. §. 46 sq. [8]) Vid. ad Phil. I. §. 24. Olynth. I. §. 28. [9]) Vid. de Pac. §. 25. Diod. Sic. XVI, 21 et 22. [10]) Dem. de Cor. §. 234. [11]) Vid. ad. Phil. I. §. 34.

§. 7. Haec dum aguntur, Philippus *Thessalos* sibi conciliat. Alexander enim illi Pheraeus, de quo supra diximus, dolo fratrum [1]) uxoris suae occisus est. Illi, ab initio speciem libertatis tuendae prae se ferentes, ope mercenariorum imperio potiti erant idque, ut omnes antecedentes Pherarum tyranni, in reliquam extendere Thessaliam coeperunt. Aleuadae igitur, rebus suis diffisi, auxilium Philippi regis imploraverunt. Is non cunctans in Thessaliam venit libertatemque urbibus, potestatem nobilibus restituit (Ol. CV, 4. a. Chr. 357). Qua re magnam Thessalorum gratiam sibi comparavit [2]). Eodem fere tempore *Thraces*, *Paeones* et *Illyrii* se conjunxerunt contra Philippum, qui, callide hoc prospiciens, per Parmenionem ducem eos oppressit [3]).

§. 8. Interea, armis paulisper cessantibus, Philippus non cessat. Quae enim adhuc sibi paraverat, ea confirmare studet, reditus ex auri fodinis Pangaeis consumit ad exornandam classem augendumque exercitum, milites docet disciplinam militarem, qua Graeci utebantur, proditores subornat in Graeciae urbibus. Hoc tempore (Olymp. CV, 4. a. Chr. 357) *Olympiam*, Arymbae, Epiri regis, sororem in matrimonium duxit, ex qua Alexandrum Magnum genuit (Ol. CVI, 1. a. Chr. 356). Sed non magna inter ambos conjuges concordia erat; quare mature discidium inter sese fecerunt. Olympias enim animo erat vehementi regnandique cupidissimo, id quod postea sub filii sui imperio apparuit. Ac ne ab affinibus quidem manus abstinuit Philippus. Nam quum *Arymbas*, quem modo commemoravimus, Neoptolemo fratri partem regni concedere nollet, rex Macedoniae pro more suo eorum rebus sese immiscuit regnumque inter fratres partitus est [1]) (Olymp. CVII, 1. a. Chr. 352). Arymba demum mortuo Epirum Philippus sibi subjecit.

§. 9. Nec diu in otio versabatur Philippus, denuo occasione consiliorum exsequendorum oblata. Nam *bellum Phocense*, seu *sacrum*, quod vocant, hoc tempore exarsit (Ol. CVI, 2. a. Chr. 355), cui mox omnes fere Graeciae civitates implicitae sunt [1]). Ab Amphictyonum enim concilio, quod pristinam auctoritatem restituere volebat, Lacedaemoniis ob Cadmeam Thebarum arcem fraudulenter occupatam (Olymp. XCIX, 3. a. Chr. 382) [2]) mille talentorum mulcta irrogata erat. Similis poena ab eodem concilio imposita erat Phocensibus, quod agros prope Cirrham Apollini Delphico sacratos in humanum usum converterant coluerantque. Sed nec Lacedaemonii nec Phocenses solverant mulctam. Quare Thebani, veteri odio in eos compulsi, id egerunt, ut decreta Amphictyonum peragerentur. Itaque denuo ab his constitutum est, ut agri eorum, qui debitam

---

§. 7. [1]) Lycophron, Tisiphonus et Pitholaus. [2]) Vid. ad Olynth. I. §. 7. Diod. Sic. XVI, 14. [3]) Vid. ad Phil. I. §. 48.

§. 8. [1]) Vid. ad Olynth. III. §. 13. Diod. Sicul. XVI, 72. Justin. VIII, 6.

§. 9. [1]) Vid. ad Olynth. I. §. 7; III. §. 26. [2]) Vid. ad Phil. I. §. 3.

pecuniam non solverent, obsiderentur Apollinique committerentur [3]). Sed Philomelus, dux Phocensium, cives suos eo compulit, ut vim vi repellerent, Spartamque profectus ab Archidamo rege quindecim talenta accepit et mercenarios, a Lacedaemoniis in hunc finem dimissos, conduxit. Cum his et mille Phocensibus Delphos occupavit sacerdotesque ipsi adversos trucidavit (Olymp. CV, 4. a. Chr. 357) [4]). Tum Phocenses legatis ad Athenienses, Spartanos, Thebanos aliosque missis edixerunt, se Delphicum templum una cum opibus ejus cepisse, ut antiquum jus suum potrocinii illius restituerent, seque rationem omnium divitiarum in eo depositarum reddituros esse [5]). Athenienses et Lacedaemonii auxilium promiserunt; Thebani autem cum Boeotis, Locrenses cum Doribus, Dolopibus aliisque nationibus arma contra Phocenses ceperunt. Ac primum Locrenses, qui statim post Delphos captos eos aggressi erant, repulerunt Phocenses impetumque in eorum terram fecerunt [6]). Interea utrimque summa contentione bellum parabatur, quod tandem exarsit (Olymp. CVI. 3.a. Chr. 355). Novo enim impetu in Locrensium terram facto Philomelus in eos crudelissime consuluit. Hi a Thebanis auxilium petiverunt, qui tandem rem eo adduxerunt, ut ab Amphictyonibus commune bellum contra Phocenses decerneretur. Ac tum demum Philomelus manus in divitias templi porrexit [7]). Bellum vario Marte et magna utrimque crudelitate gestum est, donec tandem Philomelus in angustias compulsus, ne in hostium manus incideret, mortem sibi voluntariam intulit (Ol. CVI. 4. a. Chr. 353). Onomarchus autem imperium copiarum suscepit omnesque reliquas templi opes ad exercitum comparandum rapuit, ita ut Thebani cum sociis suis, quamquam magnam victoriam deportaverant, tamen viribus fracti Phocenses non conficere possent. Nam Thessali, eorum socii, in terram suam redierant, ut verisimile est, coacti a Pherarum tyrannis, qui cum Phocensibus conjuncti iterum urbibus Thessaliae insidiabantur. Quare Onomarchus, qui summus dux erat electus (Ol. CVII. 1. a. Ch. 352) [8]), omnibus, quibus poterat, viribus bellum continuavit, quod interim in Thessaliam translatum est. Tyranni enim, in angustias a Philippo adducti, Phocenses in auxilium vocaverant. Quam ob causam, ut quasi filum rerum gestarum adnectamus, ad Philippum redeamus.

§. 10. Is enim, dum omnium Graecorum animi ab ipso aversi ad bellum Phocense sese converterant, in Thracia et Macedoniae litoribus ad augendam ditionem ac potestatem suam occupatus erat. Nam discordiis filiorum Cotyis se immiscuerat, quare Cersobleptes tandem, praesertim quum Chares *Sestum*, magni momenti urbem, expugnavisset, coactus est, Chersonesum Atheniensibus tradere, excepta Cardia, quae urbs ob situm in

---

3) Diod. Sic. XVI, 23. 4) Pausan. X, 2. 5) Diod. Sic. XVI. 24. 6) Diod. Sic. XVI, 24 et 25. 7) Diod. Sic. XVI, 26—30. 8) Diod. Sic. XVI, 32.

Isthmo quasi claustrum hujus terrae fuit [1]). Neque hanc urbem, quamquam valde nitebantur, Athenienses sibi subjicere potuerunt; incolae enim, ne sub eorum potestatem redigerentur, Philippi tutelae sese tradiderant [2]). Ac Cersobleptes ipse postea a Philippo superatus sub ejus auctoritate regnavit [3]). Praeterea rex tum Ἡραῖον Τεῖχος oppugnabat [4]) (Ol. CVI. 4. a. Chr. 353), *Pagasas* in Thessalia occupaverat, sero veniente Charete, qui pro Atheniensibus eas capturus erat [5]), ac *Methonem* Thracicam anno ante sibi subjecerat, sero veniente Atheniensium classe [6]). Ii enim magis rebus Phocensibus, quam Philippo, erant intenti. Hanc urbem, haud procul a Pydna sitam, quo Athenienses colonos deduxerant (a. 415), quum rex obsideret, sagitta de muris ab Astere jacta, dextero oculo privatus est; quare post expugnationem (a. 353) incolas ejecit, nec quidquam singulis civibus nisi unam vestem secum portare concessit [7]). Jam quum prope Thessaliam cum exercitu esset, a Thessalis urbibus, quae a Pherarum tyrannis, *Lycophrone* et *Pitholo*, premebantur, arcessitus Phocenses, qui tyrannis auxilio erant, primum fudit; mox autem ab Onomarcho, in Thessaliam profecto, duobus proeliis superatus est [8]). Sed mox, copiis denuo collectis firmatisque, in Thessaliam rediit, unde factum est, ut Onomarchus, qui statim post pugnam commissam in Boeotiam regressus Thebanos vicerat et Coroneam in Boeotia occupaverat, iterum a tyrannis advocaretur. Nunc autem fortuna favebat Philippo, qui inprimis Thessali equitatus ope magnam victoriam deportavit captumque Onomarchum cruci affixit, ceteros autem captivos in mare dejecit. Reliqui Phocenses in Atheniensium classem, quae ad haec litora appulerat, confugerunt [9]). Tyranni ipsi ad Phocenses transierunt, ex pactione cum Philippo facta, qua Pheras ei traderent (Olymp. CVII. 1. a. Chr. 352) [10]). Phocenses autem rex non persecutus est. Nam intellexit, neque Thebanos bello ita fractos esse, ut in omnibus ipsi indulgerent, neque potestatem suam in Thessalia satis esse firmatam. Utrisque igitur terriculum quoddam reliquit, quo commoti in posterum quoque auxilium suum requirerent. Quare Phocenses Phayllum, fratrem Onomarchi, copiis praefecerunt, et, opibus iterum ex templo sumptis, a Lacedaemoniis, Achaeis et Atheniensibus strenue adjuti in bello perseverabant [11]).

§. 11. Philippus autem, postquam diu in Thessalia moratus est, per speciem Phocenses sacrilegos persequendi, ad *Thermopylas* processit, sperans, fore, ut iis occupatis eo facilius

§. 10. [1]) Dem. in Aristocr. p. 681, 17: *ὥςπερ Χαλκὶς τῷ τόπῳ τῆς Εὐβοίας πρὸ τῆς Βοιωτίας κεῖται, οὕτω Χεῤῥονήσου κεῖται πρὸ τῆς Θρᾴκης ἡ Καρδιανῶν πόλις.* [2]) Vid. ad Phil. III. §. 16 et 55; de Pac. §. 25. [3]) Vid. ad Phil. II. §. 7. [4]) Vid. ad Olynth. II. §. 4. [5]) Vid. ad Phil. I. §. 35. [6]) Cf. Phil. I. §. 35. [7]) Diod. Sic. XVI. 31. sq. Justin. VII. 6 narrat, non moderatum tantum, sed etiam mitem adversus victos eum fuisse. Cf. Phil. III. §. 26. [8]) Vid. ad Olynth. I. §. 7. [9]) Diod. Sicul. XVI. 35; ad Olynth. I. 7. [10]) Diod. Sic. XVI. 37. [11]) Vid. ad Olynth. III. §. 26.

res Graecorum ex arbitrio regeret. At sero venit. Nam Athenienses, tandem expergefacti, exercitu omnibus viribus parato [1]), angustias jam praesidio firmaverant (Ol. CVII, 1. a. Chr. 352). Quod quidem factum Demosthenes saepe laudibus effert [2]). Plus ducenta talenta (521,164 Flor) in hanc expeditionem Athenienses consumpserant. Quare Philippus rebus infectis in Macedoniam rediit ibique otio frui visus est; Athenienses autem, opinantes, non amplius timendum esse Philippum, neglecta oratorum adhortatione, desidiae luxuriaeque se tradiderunt. Sed in Thessalia, quamquam rex nobiles, qui ipsi dediti erant, praefecerat urbibus, vectigalia in rem suam converterat, [3]) et *Pheras*, *Pagasas Magnesiamque* ceperat [4]), tamen non pauci cum eo male contenti fuerunt. Nam neque bellum Phocense, id quod promiserat, ad exitum perduxerat [5]), et Magnesiam munire voluit, quare ex communi decreto Pagasas una cum vectigalibus repetierunt et Magnesiae munitionem impediverunt [6]). Nec tamen inimicitiae inter Thessalos et regem intercesserunt, neque unquam disjuncti sunt, quod fore Demosthenes ex iis causis, quas modo commemoravimus, opinatus est [7]).

§. 12. Interea bellum Phocense inde ab eo tempore, quo Philippus in Macedoniam regressus erat, vario Marte utrimque gerebatur, nec quidquam erat, quod magnum momentum in res Macedonicas habuisset. Et Phocenses et Thebani magis magisque se invicem frangebant [1]). Phayllus, quem in locum Onomarchi subiisse supra diximus, tribus proeliis a Thebanis victus morbo consumptus est. Eum Phalaecus secutus sedulo bellum continuavit; sed, quum nimio arbitrio opibus templi uteretur, a munere summotus est; mox autem, denuo imperium ei delatum est, postquam Thebani a Phocensibus in summum discrimen adducti Philippi auxilium imploraverunt, qua re paulo post finis bello impositus est. Sed incidamus in medias res ac videamus, quae interim in *Peloponneso* facta sint.

§. 13. Ibi *Lacedaemonii*, qui belli Phocensis parvam tantummodo partem attigerant, priorem dignitatem, a qua per Epaminondam erant dejecti [1]), recuperare studuerunt. Inprimis *Messenios*, *Megalopolitanos* et *Argivos*, qui ab Epaminonda in libertatem vindicati erant [2]), in potestatem suam redigere conati sunt. Ac primum quidem aggressi sunt Argivos victoriaque de iis deportata captisque Orneis domum redierunt [3]) (Ol. CVI, 4. a. Chr. 353). Tum Megalopolitanos et Messenios impugnaturi legatos Athenas cum his conjunctas

---

§. 11. [1]) Dem. de fals. leg. §. 84. Diod. Sic. XVI, 38. Justin. VIII, 2. [2]) Vid. Phil. I §. 17. [3]) Olynth. III. §. 22. [4]) Olynth. I. §. 7; III. §. 12 et 13. [5]) Olynth. I. §. 7. [6]) Vid. ad Olynth. III. §. 22. [7]) Vid. Olynth. I. §. 11 et 12; III. §. 22. Phil. I. §. 8.

§. 12. [1]) Olynth. II. §. 8.

§. 13. [1]) Vid. ad Olynth. II. §. 27. [2]) Dem. pro Megalop. §. 22; ad Phil. II. §. 9. [3]) Diod. Sic. XVI, 34.

miserunt, qui dicerent, si Athenienses impetum suum in Megalopolin et Messeniam aut adjuvarent aut non impedirent [4]), se iis ad recuperandam urbem *Oropum* [5]), a Thebanis ereptam, auxilio esse futuros. Sed Megalopolitani quoque legatos de foedere ineundo Athenas miserant. Quare Athenienses, auctore Demosthene, responderunt, se Peloponnesi civitates, si invadere in Laconiam vellent, non adjuturos; si autem a Lacedaemoniis bello peterentur, auxilio illis esse futuros [6]). Sed impediti bello Phocensi non exsecuti sunt, quod promiserant. Quare bello inter Lacedaemonios et Peloponnesios orto, in quo illis Phocenses, his Thebani opem ferebant, varia fortuna pugnatum est usque ad Olymp. CVII, 1. a Chr. 352, quo anno bellum quidem, sed non dissidium compositum est. Qua autem ratione Philippus his rebus implicitus sit, suo loco docebimus.

§. 14. Neque vero minus Olynthii, quam Athenienses, Philippi consiliis diffidere coeperant. Nam illi, postquam foedus cum rege inierunt eo tempore, quo huius res non admodum validae erant [1]), magis magisque terrore crescentis ejus potestatis ac magnitudinis perculsi tandem ab eo defecerunt, et Atheniensibus sese applicaverunt, sub ea conditione, ut, si hostiliter in Philippum agerent, ab illis defenderentur [2]). (Ol. CVI, 4. a. Chr. 353). Neque hoc Philippum latuit, qui odium, quo in Olynthios incendebatur [3]), nullo modo celavit. Jam enim spargebantur rumores de ejus hostili in Olynthios animo [4]); ac re vera jam ante expeditionem posteriorem in Thessaliam factam ingressus in Chalcidicam peninsulam ceperat Giram cum aliis urbibus [5]). Plures autem Chalcidicae urbes sociae erant Olynthiis; quare, quum rex illas aggrederetur, hos quoque laedebat. Sed bellum non statim erupit, de quo infra dicemus.

Eodem fere tempore Philippus et Athenienses in *Euboea* se invicem offenderunt. In hac enim insula adhuc perduraverant civiles discordiae [6]), quibus tandem Philippus, ut negotia Atheniensibus facesseret, sese immiscuit (Ol. CVI, 3—4. a. Chr. 354—353). Exercitu igitur misso adjuvit *Clitarchum*, civem Eretriensem, contra *Plutarchum*, qui auxilium ab Atheniensibus petiit. Missus est cum copiis *Phocion*, qui, rebus ab initio male gestis, tandem Clitarchum vicit et Plutarchum in tyrannidem restituit, a quo beneficii immemore paulo post male tractati sunt Athenienses. Nam seditione mercenariorum, qui in Atheniensium exercitu erant, exorta, eos Plutarchus in partes suas traxit civesque Athenienses una cum Molosso duce comprehendit, nec prius vinculis liberavit, quam

---

[4]) Dem. pro Megalop. §. 16. [5]) Vid. ad Phil. II. §. 30; de Pac. §. 16. [6]) Paus. IV. 28. Vid. ad orat. de Pac. §. 18.

§. 14. [1]) Vid. supra §. 5. [2]) Vid. Olynth. II. §. 7; III. §. 7. Dem. adv. Aristocr. §. 107—109. [3]) Vid. Olynth. II. §. 7—9. [4]) Vid. Phil. I. §. 17. [5]) Diod. Sic. XVI, 52. [6]) Vid. supra §. 5.

quinquaginta talentorum pretium (130,291 Flor.) acceperat [7]). Dissuaserat hanc expeditionem Demosthenes ac sumptuosam eam et ignobilem postea vocavit [8]). Atque adeo epistolis ad Euboeenses missis Philippus Atheniensibus illudit, in quibus epistolis scripserat, ne quid auxilii exspectarent ab Atheniensibus, qui ipsi se tueri non possent [9]).

Quae quum ita sese haberent, quum Philippus Amphipolin, Pydnam, Potidaeam, Methonem, alias urbes in litoribus Macedoniae et Thraciae sitas subegisset, quum sibi conciliasset Thessalos ac firmiter in eorum terra institisset, quum Athenienses in bello sociali vexasset, quum per Thermopylas penetrare conatus esset, quum denique Olynthiis insidiari videretur et periculum esset, ne alia Athenienses mala ab ipso paterentur, Demosthenes orator, tum triginta tres annos natus, et prudentia et integritate excellens, qui unice patriam suam amavit, quum, quid spectaret Philippus, intellexisset vidissetque, Athenienses, alios socordia, alios imprudentia, non ea, qua opus esset, diligentia, virtute et animo regi obsistere, in concione prodiit ac

primam orationem Philippicam

habuit (Ol. CVII, 1. a. Chr. 352), in qua, qui animis fracti erant, eos erigere et inflammare studet, dicens, superari posse Philippum; eos autem, qui nimis Philippo confidebant, docet de crescentibus ejus opibus, de detrimentis ab eo acceptis; queritur de perversa contra eum agendi ratione, qua adhuc usi sint Athenienses, de socordia civium suorum, atque ostendit, quae sint facienda, ut res meliores evadant. Sed civibus suis nondum persuadere poterat de periculosa terribilique potestate Philippi: nam neque classis, neque exercitus contra eum hoc tempore comparatus est. Atque inde ab hoc tempore Demosthenes vindex communis libertatis acerrimusque Philippi hostis exstitit atque consilia ejus callidissima ubique detegere ac pervertere studuit. Nec usque ad extremum vitae diem desiit impugnare Philippum et Alexandrum, ejus filium, libertatemque contra eos tueri. Duabus autem rebus vir nobilissimus falsus est. Primum enim non satis perspexit magnas Philippi opes, quas facile perfringi posse opinabatur [10]). Deinde animis civium suorum nimis confisus est; nam delapsi erant a summa illa majorum virtute, neque ad eam virium contentionem, qua opus erat ad Philippum superandum, erigi potuerunt. Illud quoque considerandum erat, Philippum regem omnia solum gubernare potuisse, quum Athenienses, haud ita bona rei publicae forma usi, a populi moderatoribus aut imprudentibus aut corruptis huc illuc trahebantur nec uno certoque consilio regebantur, id quod Demosthenes ipse vidit [11]).

---

7) Plut. Phoc. c. 12 et 13. Aesch. adv. Ctesiph. p. 480 sq. 8) de Pac. §. 5. Cf. Phil. III. §. 17. 57. 58. 9) Vid. Phil. I. §. 37. 10) Olynth. I. §. 20 sq. 11) Vid. ad Olynth. III. §. 4. Olynth. I. §. 25.

De sententia eorum, qui hanc primam orationem Philippicam ita volunt dividi, ut §. 30 verbis: ἃ μὲν ἡμεῖς rel. prorsus alia oratio, fortasse Olymp. CVIII, 2. a Chr. 347 habita, incipiat, vid. ad Phil. I. §. 30. 33. 34.

§. 15. Interim Philippus, postquam re infecta a Thermopylis recessit, copiis ex labore refectis, in *Thraciam* sese converterat (in fine Olymp. CVII, 1) ibique potestatem suam extendere studuerat. Nec parvos progressus fecisse videtur. Nam reges alios ejecit, alios constituit [1]), quod fortasse ad Cotyis filios pertinet [2]). Has expeditiones in Thracia continuavit etiam Olymp. 107, 2—3. a. Chr. 351—350; sed nihil compertum habemus: nam neque Diodorus Siculus quidquam de his rebus literis mandavit, et quae Demosthenes in orationibus Olynthiacis affert, ex iis narratio continua effici nullo modo potest. Interea bellum Phocense varia fortuna gerebatur, utraque parte jam debilitata, et dum Philippus Chalcidicas urbes invadebat pluresque capiebat, *Pitholaus*, tyrannus in Thessaliam rediit Pherasque obsidione cepit [3]). Contra hunc urbes Thessaliae, quum se ipsae defendere non possent, denuo Philippum advocaverunt [4]) (Ol. CVII, 4. a. Chr. 349). Is tyranno facili negotio expulso in Chalcidicam peninsulam reversus est, quum secum statuisset ejus expugnationem, quo magis aditus ad mare ipsi pateret eique potestas daretur classis comparandae, neve in consiliis, quae peracturus erat, impediretur.

In hac Chalcidica urbs praecipua fuit *Olynthus*, cujus de origine rebusque gestis, antequam belli cum Philippo initium excidiumque urbis inde profectum narramus, pauca dicenda sunt. Sita erat ad sinum Toronaeum sexaginta fere stadia a Potidaea, et belli Trojani tempore ab Olyntho quodam, sive Herculis [5]), sive Strymonis, regis Thracii, filio, condita esse dicitur. Eam ante Persica bella Bottiaei, Graeca origine nati, et Macedones, e sinu Thermaeo ejecti [6]), tenebant. Qui una cum plerisque Thraciae gentibus Persas in bellis contra Graecos adjuverunt [7]); post pugnam autem Salaminiam ab iis defecerunt. Quam ob causam urbs oppugnata est ab Artabazo captaque Chalcidensibus tradita est [8]). Postea, bello Peloponnesiaco, Olynthii hostes Atheniensibus se praebuerunt [9]), et Chalcidensibus Bottiaeisque contra eos fortiter opem tulerunt, ita ut Athenienses funderent fugarentque [10]). Post autem, pace inter Athenienses et Lacedaemonios Nicia auctore composita (Olymp. LXXXIX, 3. a. Chr. 422), tributarii Atheniensibus facti sunt [11]). Sed anno post iterum hostiliter in eos agere coeperunt et Mecybernam urbem impetu facto ceperunt [12]) et Athenienses expulerunt. Inde ab eo tempore et

§. 15. [1]) Olynth. III. §. 13. [2]) Vid. §. 5. 10. [3]) Diod. Sic. XVI, 52. [4]) Olynth. I. §. 14. [5]) Xenoph. Hellen. V 3, 3. [6]) Herod. VIII, 127. [7]) Herod. VII, 185. [8]) Herod. VIII, 127. [9]) Thuc. I, 56 sqq. Diod. Sic. XII, 34. [10]) Thuc. II, 79. [11]) Thuc. V, 18. [12]) Thuc. V, 39.

mercatura et urbibus vicinis in societatem acceptis (triginta duas Chalcidicas urbes et omnes fere illius regionis civitates sibi adjunxerunt) magnam opulentiam et potestatem nacti sunt, quam postea valde augebant (Olymp. XCVI, 4. a. Chr. 393). Amyntas II. enim, pater Philippi [13]), ab Illyriis regno expulsus, haud parvam Macedoniae partem iis tradiderat, velut regnum nunquam recuperaturus [14]); neque postea a Thessalis reductus, quum repeteret eam, recepit. Tum Olynthii, majora petentes et alias urbes aggressuri, bello cum Lacedaemoniis, qui in auxilium vocati erant, impliciti sunt, quod bellum quatuor annos (a. Chr. 383—380) vario Marte gestum [15]) ita composuerunt, ut foedus inirent cum Lacedaemoniis, quo potestas sua magnopere aucta est. Deinde ab Atheniensibus, quibus Macedones socii erant, Timotheo duce, bis petiti sunt (Olymp. CI, 3. a. Chr. 373 et CIV, 1. a. Chr. 372) [16]). Valde obscurae sunt res inde ab eo tempore gestae. Quum Philippus regnum Macedoniae suscepisset, contra hunc agere et cum Atheniensibus foedus inire voluerunt. Sed ille, quum videret, magnum sibi periculum nasci, si hae civitates inter se conjunctae essent, callide id effecit, ut disjungerentur, de qua re supra diximus [17]). Neque tamen diu Olynthii partes regis secuti sunt, verentes crescentem ejus potentiam, ut paulo ante commemoravimus [18]). Quare, quum ad inimicitias, ex hac invidia natas, illud quoque accessisset, ut Olynthii ex tribus Philippi fratribus, ex noverca progenitis, post unius caedem duos exciperent, neque regi, cujus vitae illi insidiati erant, postulanti traderent [19]), hac data occasione ille cupide usus sese ad bellum accinxit Olynthumque cum ceteris Chalcidicae terrae urbibus huic conjunctis aggressus est [20]) (Ol. CVII, 4. a. Chr. 349). Antea autem reliquas urbes Chalcidicas partim proditione cepit, omnesque triginta duas ita evertit, ut ne vestigium quidem earum relinqueretur [21]). Tum ad Olynthum progressus, quum quadraginta stadia ab urbe abesset, edixit, *alterutrum fieri oportere, aut illis Olyntho, aut sibi Macedonia cedendum esse* [22]). Neque prius pro more suo indixerat bellum, sed semper pactionem se inire velle simulaverat [23]).

§. 16. Quae quum ita se haberent, Olynthii male pressi legatos Athenas de ope ex pactione ferenda [1]) miserunt, quam quidem opem cum aliis oratoribus *Demades* a Philippo corruptus dissuasit, Demosthenes autem

prima oratione Olynthiaca (vulg. *secunda*)

commendavit (Ol. CVII, 4. a. Chr. 349). Valuit ejus senten-

---

[13]) Vid. Proleg. §. 1. [14]) Isocrat. Archid. p. 184. Diod. Sic. XVI, 19. [15]) Xenoph. Hellen. V, 2. [16]) Vid. ad Olynth. I. §. 14. [17]) Vid. §. 5. [18]) Vid. §. 14. Phil. I. §. 8. [19]) Justin. VIII, 3. [20]) Olynth. III. §. 13. [21]) Vid. ad Olynth. III. §. 17. Phil. III. §. 26. [22]) Phil. II, §. 11. [23]) Dem. de Cherson. p. 104. §. 59.

§. 16. [1]) Vid. §. 14.

tia, atque eo facilius, quod jam diu Athenienses talem mitti legationem exspectaverant et exoptaverant [2]). Habita autem haec oratio eo tempore esse videtur, quo bellum nondum plane exortum, sed timendum erat, ne exoriretur [3]): quare sermo non est de periculo aliquo aut Olynthiis aut Atheniensibus imminente. Sed orator, spe elatus, omnia in meliorem statum posse mutari, ostendit, Philippum non sua ipsius diligentia ac virtute, sed Atheniensium socordia crevisse; quam ob causam, quum injusta ratione potestatem sibi paraverit, eam fragilem esse atque caducam. Neque socios ejus firmos esse, neque Macedoniam ipsam validam; omnes autem artes, quibus rex adhuc usus sit, contritas esse, ut nihil amplius ex iis sperare posset. Quare, si Athenienses ad saniora consilia reversi pecuniam conferant, si ipsi cum mercenariis fortiter proficiscantur in bellum, omnibusque satisfaciant officiis, fore, ut res publicae meliores evadant [4]). Quibus quidem argumentis hoc orator effecit, ut classis triginta triremium et tria millia cetratrorum Charete duce mitterentur [5]). Quae copiae quid effecerint, non compertum est. Sed a verisimili non abhorret, eas rebus non male gestis, non invitis Olynthiis, domum rediisse [6]). Bonus autem eventus hujus expeditionis inde colligi posse videtur, quia erant Athenis, qui jam de Philippo puniendo cogitarent [7]).

Paulo autem post res Olynthiorum in pejorem partem mutatae esse videntur, et erat timendum, ne, bello jam aperte exorto, illi arctiore obsidione cingerentur. Denuo igitur legatione Athenas missa auxilium petiverunt, qua data occasione Demosthenes, Olynthiorum preces adjuturus,

secundam orationem Olynthiacam (vulg. *tertiam*)

habuit (Ol. CVII, 4. a. Chr. 349), in qua animo multo magis anxio, quam in prima oratione, longe gravior ac vehementior in civium suorum socordiam, in oratores populo blandientes et in malas de pecuniis theatralibus [8]) rebusque militaribus leges exstitit. Ac jam timet, ne Philippus, Olynthiis superatis, in Phocensium terram aut in Chersonesum invadat. Refutatis igitur iis, qui regem jam aperto bello Olynthios persequi conantem magis ulciscendum, quam periculum propulsandum esse putabant, veniaque liberae orationis petita, cives hortatur, ut omnibus viribus socios adjuvent, quoniam, iis derelictis, et periculum et dedecus ipsos Athenienses maneat. Res autem jam eo pervenerant, ut se coactum videret, mentionem facere de pecuniis theatralibus, quas pristino usui esse restituendas suadet. Atque quo magis accendat civium animos, in memoriam revocat veterem illam rei publicae administrandae rationem, floremque civitatis inde profectum, quem cum mala

---

2) Olynth. III. §. 7; adv. Aristocrat. p. 109. 3) Vid. ad Olynth. I. §. 1. 4) Vid. Disposit. Olynth. I. 5) Philochorus apud Dionys. ad Ammaeum 9. 6) Liban. Arg. in Olynth. II (vulg. III.). 7) Vid. Olynth. II. init. 8) Vid. ad Olynth. II. §. 10.

rerum conditione, in qua nunc Athenienses versentur, comparat [9]). Hac oratione id effecit, ut iterum octodecim triremes et quatuor millia cetratorum cum centum et quinquaginta equitibus, Charidemo Orita duce, mitterentur, qui quidem dux Pallenem et Bottiaeam profectus terram vastavit summaeque luxuriae ac libidini se tradidit [10]).

Qua re commoti eodem anno tertium Olynthii legatos Athenas miserunt, qui peterent, ut Athenienses novum exercitum, non ex mercenariis, sed ex civibus comparatum mitterent. Jam autem Olynthii eo erant adducti, ut non de gloria, sed de vastatione patriae suae et de servitute propulsanda dimicarent [11]). Demosthenes igitur in concione prodiit et

tertiam orationem Olynthiacam (vulg. ***primam***)

habuit, in qua, tristioribus etiam cogitationibus commotus, cives suos hortatur, ut statim auxilium ferant Olynthiis, ne rex aut vi aut pollicitationibus [12]) praeripiat omnia, atque, Olynthiis victis, adversus ipsas Athenas sese convertat; deinde suadet, duplicem exercitum esse mittendum, alterum, qui subveniat Olynthiis, alterum, qui Macedoniam ipsam invadat, ut rex duplici prematur periculo. In hac quoque oratione, idque gravius etiam, mentionem de pecuniis theatralibus facit [13]). Qua oratione commoti Athenienses tertium duodeviginti triremes et exercitum civilem bis mille peditum et trecentorum equitum miserunt, ita ut hoc tempore quinquaginta triremes, quatuor millia civium Atheniensium et decem millia mercenariorum in terra Chalcidica essent [15]). Praeterea Athenienses ad singulas Graeciae civitates legatos de foedere contra Philippum ineundo miserant [16]). Sed frustra. Philippus autem, ut in aliis Graeciae urbibus, ita apud Olynthios proditores comparatos habuit, quorum ope tandem id, quod volebat, assecutus est [17]). Erant enim Olynthi duae partes, quarum altera Philippo addicta erat, altera libertati ac saluti rei publicae consulebat [18]). *Euthycrates* et *Lasthenes*, principes illius partis, tandem rerum potiti, *Apollonidem*, caput civium pro patriae salute pugnantium, cum ejus sociis urbe expulerunt [19]), et Lasthenes, equitatui praefectus, quum rex impetum in urbis muros fecisset, nec paucos milites amisisset [20]), ad eum cum quingentis equitibus transiit [21]) (Olymp. CVIII, 1. a, Chr. 348). Ita urbs capta et post expilationem adeo de-

9) Vid. Disposit. Olynth. II. 10) Philoch. ap. Dionys. ad Amm. 9. Theopomp. ap. Athen. X, 47. Vid. ad Olynth. II. §. 5. 11) Olynth. III. §. 5 et 12. 12) Olynth. III. §. 3 et 4. Aesch. de fals. leg. §. 12—14. 13) Vid. Disposit. Olynth. III. 14) Philoch. ap. Dion. ad Amm. 9. 15) Dem. de fals. leg. §. 266. 16) Diod. Sic. XVI, 54. Aesch. de fals. leg. §. 79. Dem. de fals. leg. §. 303. 17) Dem. de fals. leg. p. 426, 10. Ejus corruptiones quasi in proverbium abierunt. Vid. Hor. Od. III, 16, 13. Valer. Max. VII, 2. 18) Phil. III. §. 56. 19) Phil. III. §. 66. 20) Diod. Sic. XVI, 53. 21) Vid. ad Phil. III. §. 56; de Cherson. §. 48. Dem. de fals. leg. §. 265—267.

leta est, ut ne vestigium quidem ejus postea inveniretur; [22]) cives autem in servitutem redacti sunt, exceptis iis, qui aut Athenas aut in alias Graeciae urbes fugerant [23]). Olyntho occupata omnem Chalcidicam Philippus tenuit. Quod vero tam crudeliter in has urbes saeviebat, ideo factum est, primum ut ultionem de iis ob pertinacem defensionem sumeret; deinde ut omnibus Graecis terrorem sui injiceret. Nec exspectatum fructum proditores ex proditione sua ceperunt. Illudebant enim iis et Macedones et ipse Philippus; Athenienses autem publico consilio eos infames esse decreverunt, ut in summo omnium Graecorum odio et contemtu versarentur [24]).

§. 17. Quod supra de triplici legatione Olynthiorum et de triplici auxilio ab Atheniensibus iis misso commemoravimus, res non admodum manifesta est. Sunt enim, qui, quae *Philochorus* narret, non vera esse existiment, quoniam Demosthenes nec in orationibus Olynthiacis mentionem faciat de auxilio post primam orationem misso, neque in oratione de falsa legatione[1]) cum Philochoro de numero auxiliarium copiarum congruat, nec quidquam de auxilio identidem misso commemoret [2]). Quae argumenta non infirma sunt. Sed tota historia rerum Olynthiacarum huc pertinentium manca est atque incerta, nec unquam in tam claram lucem protrahi posse videtur, ut nihil dubitationis relinquatur. Haec autem altera lis exoritur, quo ordine tres orationes Olynthiacae collocandae sint. *Dionysius Halicarnassensis* [3]) secundam primo loco, secundo tertiam, tertio primam posuit, eumque secuti sunt *Tourrell.*, *Mounten.*, *Jacobs.*, *Rüdiger.*, *Bekker.*, et nuper *Rauchenstein.* [4]), *Brem.* [5]) Alterum ordinem inde ab aetate *Hermogenis* et *Libanii* a grammaticis et veteribus editoribus ex codicum auctoritate probatum receperunt *H. Wolf.*, *Lucches.*, *Reisk.*, *Auger.* et *A. G. Becker.* in vers. Germana. Equidem mihi persuasam habeo, illum ordinem, quem secutus sum, praeferendum esse, si argumentum orationum spectamus supra adumbratum. Certe illud negari non posse videtur, quam orationem primo loco posui, eam recto ordine positam esse, quod idem de secunda confirmari non potest [6]). Sed accuratius hanc rem inquirere, ab hujus libri fine esse alienum existimo. Pauca in commentario ipso passim notavi.

---

22) Phil. III. §. 26. 23) Diod. Sic. XVI, 53. 24) Vid. ad Phil. II. §. 21; III, §. 66; de Cherson. p. 99. §. 41; de Corona. p. 241. §. 48. Plut. de fort. Athen. p. 97. D.

§. 17. 1) p. 426, 10, ubi dicit: *μυρίοις δὲ ξένοις καὶ τριήρεσι πεντήκοντα ὑμῶν βοηθησάντων αὐτοῖς καὶ ἔτι τῶν πολιτῶν τετρακισχιλίοις, οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἠδυνήθη σῶσαι·* — ex quo loco tamen id patet, missum esse auxilium. 2) Vid. *Becker.* in vers. Germ. p. 95 sq. *Rüdiger.* Proleg. p. 73 sq. 3) Epist. ad Amm. c. 4. Tom. VI. p. 725. R. 4) Dissertat. de orationum Olynth. ordine. Lips. 1821. 5) Ed. orat. select. Goth. et Erf. 1829. 6) Vid. ad Olynth. III. §. 18. —

p. 39. ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Α.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Κακῶς ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Φίλιππον οἱ Ἀθηναῖοι φερόμενοι, συνεληλύθασιν εἰς ἐκκλησίαν ἀθυμοῦντες. Ὁ τοίνυν ῥήτωρ τήν τε ἀθυμίαν πειρᾶται παύειν, λέγων οὐδὲν εἶναι θαυμαστὸν, εἰ ῥαθυμοῦντες κεκράτηνται· καὶ εἰσηγεῖται, πῶς ἂν ἄριστα τῷ πολέμῳ προσενεχθεῖεν. Κελεύει δὴ δύο δυνάμεις παρασκευάσασθαι, μίαν μὲν μείζω, πολιτικὴν, ἥτις οἴκοι μένουσα, πρὸς τὰς τῶν ἐπικαίρων χρείας ἕτοιμος ὑπάρξει, ἑτέραν δὲ ἐλάττονα, ξένων ὄντων τῶν στρατευομένων, παραμεμιγμένων δέ. καὶ ταύτην κελεύει τὴν δύναμιν μὴ Ἀθήνησι μένειν, μηδὲ ἐκ τῆς πόλεως ποιεῖσθαι τὰς βοηθείας, ἀλλὰ περὶ τὴν Μακεδονίαν ἀναστρέφεσθαι, πολεμοῦσαν ἀδιαλείπτως, ἵνα μὴ τοὺς ἐτησίας πνέοντας ἐπιτηρήσας ὁ Φίλιππος ἢ καὶ τὸν χειμῶνα, ἡνίκα Ἀθήνηθεν εἰς Μακεδονίαν πλεῖν οὐ δυνατόν, ἐπιχειρῇ τοῖς πράγμασι, καὶ παρὰ τὴν ἀπουσίαν τὴν τῶν Ἀθηναίων ἁπάντων κρατῇ, ἀλλ᾽ ἐγγὺς ἡ πρὸς αὐτὸν ἀντιταξομένη δύναμις ὑπάρχῃ.

Dispositio Philippicae I.

I. In exordio benevolentiam captat orator seque excusat, quod de re publica primus prodierit, et attentionem sibi studet comparare, meliora se prioribus oratoribus allaturum esse, promittens §. 1.

II. Quum duae praecipuae sint orationis partes, altera, *superari posse Philippum* §. 2—16, altera, *qua ratione possit superari* §. 16—49,

1) in priorem ingressus confirmat:

a) non esse desperandum de mala rei publicae conditione, sed emendandam ignaviam, quippe quae sola res adversas effecerit §. 2;

b) hoc autem apparere, *primum* ex ipso majorum exemplo, qui virtute et diligentia civitatem praeclaram fecerint Lacedaemoniosque superaverint §. 3; *deinde* ex Philippi exemplo, qui, quamquam ab initio nullos socios, pauca tantum praesidia habuerit, tamen studio, industria et calliditate magnam sibi potestatem comparaverit §. 4—6;

c) quare, si suo quisque officio satisfecerit, et sua se recuperaturos, et de Philippo sumpturos esse ultionem §. 7;

d) haec non esse difficilia factu, quia Philippi potentia haud ita firma sit; eum enim multos inimicos habere §. 8;

e) oportere bellum geri, quum Philippus ipsos illudat, circumcidat et quasi reti circumdet §. 9;

f) exprobrat Atheniensibus rerum novarum cupiditatem et futili-

tatem, qua verum suum commodum negligant, Philippum ipsi augeant, et inopia exercitus ne fortunae quidem favore, si quid Philippo acciderit, uti possint §. 10—12;

g) tum transit ad rationem bellici apparatus a se constituendam, quam gravi Atheniensium judicio subjicit; confirmat autem, ea se praecepturum esse, quae, si perfecta fuerint, miserum statum in meliorem mutatura sint §. 13—15.

2) In altera orationis parte, *quo modo possit superari Philippus*, ad rationem bellici apparatus exponendam

a) jubet, comparari copias, quae Philippum aut ab repentinis incursionibus prohibeant, aut, si non caveat, ipsum inopinantem opprimant §. 16—18; has autem copias esse oportere

1) terrestres, et quidem mercenarias civibus junctas, quae numerum duorum millium peditum et ducentorum equitum compleant, ita ut quingenti pedites et quinquaginta equites ex civibus deligantur §. 19—21;

2) maritimas, et quidem decem triremes ad tutandas copias §. 22;

b) docet, cur copias tam paucas parari civesque addi (qua de re plura dicit §. 46 sqq) velit §. 23—24;

c) exponit, quid spectet rogatione sua, ut cives sui re vera animos ad Philippi consilia atque ad bellum advertant, quum adhuc verbo quidem cum illo gesserint bellum, re autem vera desidia et ignavia torpuerint et peregrinis copiarum imperium commiserint §. 25—27;

d) imperat ad alendas copias nonaginta duo talenta, eamque pecuniam, quamquam parva sit, tamen sufficere, quum reliqua, quae opus sint, ex bello ipso parentur §. 28—29;

e) adhortatur cives suos, ut pecunia collecta exercitum alant, qui, respectu naturae loci habito, assidue prope Macedoniam Thraciamque versetur et Philippo incommoda inferat §. 30—32;

f) ostendit utilitatem consilii propositi, quum damnum neque ipsi capere, et adferre possint Philippo, additque, comparatione ludorum instituta, quanta sit ordinis bene constituti utilitas, quantum confusionis et imprudentiae damnum §. 33—37;

g) declarat, quam sit noxium, ad voluntatem populi, non ad veram rerum conditionem in concionibus dicere, nec intelligere, qua ratione et bellum gerendum, et praesidiis utendum sit, quod acerba barbarorum pugilantium comparatione civibus suis inculcat §. 38—41;

h) dicit, aliquem deum injecisse Philippo studium cunctis se immiscendi, ut tandem Athenienses expergefierent, miraturque, quod nemo malo belli adhuc gesti eventu periculoque imminente commoveatur §. 42—43;

i) monet, ut ipsi cives eo proficiscantur in bellum, quo eos bellum ipsum adducturum sit, ne vanis concionatorum jactationibus fidentes ducem peregrinum cum mercenariis mittant, qui sociis, non hostibus, injurias damnaque inferant, neve rumoribus ducti decreta faciant §. 44—46;

k) confirmat, res adhuc male cessisse, quod non ipsi rebus adfuerint, sed ignavis ducibus usi sint, quod domi otientur, quod nugis rumoribusque inanibus de Philippo disseminatis laetentur §. 47—49.

III. In peroratione summa argumenta colligit et optat, ne quid mali ipsi ob liberam orationem accidat §. 50—51.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Α.

Habita Aristodemo Archonte, Olymp. CVII, 1. a. Chr. 352.

Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἄν, ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν 1

§. 1. προὔκειτο) Paris. 8, Harley., et marg. Lat., prob. *Krüger.* Programm. 1826. p. 7. Ceteri προὐτίθετο. —

§. 1. *Εἰ — προὐτίθετο — ἂν ἦγον. Εἰ* cum Imperfecto vel Aoristo Indicativi in protasi, sequente eodem tempore et modo cum particula ἂν in apodosi ponitur, si duae res ita junguntur, ut, si altera, quae in protasi proponitur, fieret aut facta esset, altera quoque in apodosi fieret aut esset facta; sed prior non fit aut non facta est, ergo posterior quoque non fit aut non facta est. Cf. statim infra, et §. 2. 5. 42. Matth. Gr. §. 508. Interdum in rebus praeteritis pro duplici Aoristo Imperfectum praecedit, sequente Aoristo, ut de Pac. §. 7, ubi vid. adn. Hoc fit inprimis de rebus, quae fieri solent, aut quae ad praesens quoque et futurum tempus spectant. Latini, quamquam in talibus enuntiationibus bis Conjunctivo uti solent, tamen interdum Indicativum in apodosi ponunt, ut rem, quae fieri aut debuerat, aut non debuerat, pro ratione protasis, significent. Cic. pro leg. Man. c. 17: *Quodsi Romae Cn. Pompejus privatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus.* Cf. Liv. II, 50. Vid. Ramsh. Gr. lat. §. 190. 3. c. Cf. Cic. pro Mil. c. 11 et 22. *προτιθέναι, proponere, promulgare,* interdum *facultatem dicendi dare,* est verbum comitiale. Cf. Olynth. II. §. 18. — *περὶ καινοῦ τινος πράγματος — λέγειν.* Res, de qua in concione agebatur, a Proëdris ante concionem aut tabulis publice suspensis aut in concione ipsa promulgabatur, neque ex lege Solonis cuiquam, nisi qui major quinquaginta annis erat, primo perorare de iis licuit, ut ex illo apud Aesch. in Ctesiph. p. 386. §. 4 praeconio patet: *τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; Schoemann. de Comitt.* p. 104 sqq. Quam legem temporum turbulentorum decursu per adolescentulos potissimum (Alcibiades vigesimum demum agens annum ad rem publicam accesserat) neglectam se non oblitum esse observaturumque fuisse Demosthenes juvenis, tunc triginta quatuor annos natus, confirmat, si quid utile ii, qui orationes de rebus publicis habere solerent, dixissent. Qua quidem modestia statim ab initio audientium animos sibi benevolos reddit audientiamque sibi facit, praesertim quum meliora se prioribus oratoribus allaturum esse promittat. — *ἐπισχών, inhibens, insistens, ἐκ μεταφορᾶς τῶν προθυμουμένων ἵππων δραμεῖν καὶ ἐπεχομένων. Ulpian.* Cf. Phil. III. §. 72. Xenoph. Cyrop. V, 4, 38: *φθάσεις μέντοι· ἐγὼ γὰρ ἐπισχήσω, ἔστ' ἂν καλῶς σὺ φῇς ἔχειν.* — *πλεῖστοι τῶν εἰωθότων,* sc. *γνώμην ἀποφήνασθαι.* Infinitivus ex verbo primario in enuntiationem interjectam solet suppleri. Vid. ad §. 32. „Meminisse tamen oportet, hoc Participium saepe Adjectivi vice usurpatum esse a Graecis ita, ut ipsi plerumque vel eis locis, quibus commode fieri potest, Infinitivum repetiisse non videantur. *Οἱ εἰωθότες* sunt ii, qui tunc temporis apud Athenienses de rebus publicis verba facere solebant.“ *Krüger.* Ii decem fuerunt, quos *συνηγόρους* vocabant. Ceterum et haec verba, et *οὗτοι* (vid. ad §. 3) consulto saepius re-

εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον· εἰ δὲ μή, τότ᾽ ἂν καὶ αὐτὸς ἐπειρώμην, ἃ γιγνώσκω, λέγειν. Ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον, συμβαίνει καὶ νυνὶ σκοπεῖν, ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου τὰ δέοντα οὗτοι συνεβούλευσαν, οὐδὲν ἂν ὑμᾶς νῦν ἔδει βουλεύεσθαι.

2 Πρῶτον μὲν οὖν οὐκ ἀθυμητέον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παροῦσι πράγμασιν, οὐδ᾽ εἰ πάνυ φαύλως ἔχειν δοκεῖ.

ἂν αὐτός) Vulg. καὶ αὐτός habent Aug. 1, Harl., Pithoean., Aldina Tayl., Paris. Y.; tuetur *Reisk.* et alii cod.; del. *Bekker.*, improbb. *Schaefer.* et *Krüg.*; idque merito; opponitur praecedd. οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων, et ita αὐτός addito καὶ acuendum erat. — ὑπὲρ ὧν) Par. 8, Harl., Ald. Tayl., Aug. 1, Append. Francf., α. β.; sed. vid. ad Olynth. III. §. 4. — αὐτοί) Par. 1, 5, 7, Ald. Tayl., Voss., Felic., Manut., ed. Wolf. Male; vid. adn. — συνεβούλευον) Par. 1, 3. 8, Meerm., Aug. 5, Bav., prob. *Krüg.* Vid. adn. —

---

petitum, et εἰ μὲν ἤρεσκέ τι, et συμβαίνει καὶ νυνὶ σκοπεῖν satis declarant, Demosthenem istos decem oratores valde contemnere. — ἂν ἦγον. Harl. omittit ἄν. Male; nam antegressum ἄν non pertinet ad ἦγον, sed arctissime cohaeret cum ἐπισχών. *Schaefer.* — εἰ δὲ μή, *sin minus, alioqui.* Cf. Olynth. III. §. 19. Phil. III. §. 71. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 241. C. Vig. p. 510. — ἀναστάς. De hoc verbo vid. ad Olynth. III. §. 1. Phil. II. §. 3. Ii, qui aut in foro verba faciebant, aut in senatu dicebant sententiam, stabant, ceteris, qui aderant, sedentibus. Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 1: *Credo ego vos, judices, mirari, quid sit, quod, quum tot summi oratores hominesque nobilissimi* **sedeant**, *ego potissimum* **surrexerim**, *qui neque aetate, neque ingenio, neque auctoritate sim cum his, qui* **sedeant**, *comparandus.* — καὶ νυνί. Νυνί ipsum tempus praesentissimum significat, quum νῦν sit trium temporum. Olynth. III. §. 1. *Rüdig.* Eustath. ad Hom. Il. II. p. 164: ὅτι τὸ νῦν κατὰ τοὺς παλαιοὺς τοὺς τρεῖς χρόνους δηλοῖ, τὸν ἐνεστῶτα, τὸν παρῳχημένον, καὶ τὸν μέλλοντα. Cf. §. 14. Vid. ad Olynth. III. §. 9. — ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, i. q. ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ. Sic ἐκ νυκτός pro ἐν νυκτί, ἐκ πολλοῦ, ἐκ παλαιοῦ, *olim*, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, *statim.* Ἐκ cum suo casu Adverbii vice usurpatur. Vig. p. 598. *Voemel.* ad h. l. Vid. ad Phil. III. §. 26, ubi est ἐκ βραχέος λόγου, *breviter, brevi oratione.* — συνεβούλευσαν. Male in codd. nonnullis legitur συνεβούλευον. Res enim praeterita est, si *consuluissent*, ut verba ἐκ τοῦ παρ. χρόνου indicant, neque repetitionis hic locus est, quae notio in Imperfecto inesset. —

§. 2. τοῖς παροῦσι πράγμασι. Athenienses animis erant demissis atque abjectis quum ob amissas in bello contra Philippum urbes, Amphipolin, Pydnam, Potidaeam, Methonem aliasque, quae in australibus Macedoniae partibus sitae magno iis momento fuerunt (cf. §. 5), tum omnino propter rerum conditionem, quae cum Philippo hoc tempore ipsis intercedebat, quam dubiam miseramque esse, ut orator noster, ita omnes prudentiores Atheniensium intellexerunt. Vid. Proleg. §. 14. Praeterea nuntiatum erat, Philippum obsidere Ἡραῖον Τεῖχος, ca-

ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. Τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; ὅτι οὐδὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν, κακῶς τὰ πράγματα ἔχει. ἐπεί τοί γε, εἰ πάνθ᾽, ἃ προςῆκε, πραττόντων οὕτως εἶχεν, οὐδ᾽ ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι. Ἔπειτα ἐνθυμητέον καὶ παρ᾽ 3

§. 2. ἐπεὶ εἴτοι) Par. 1, 5, 7, 8, Aug. 1, Obsop., Append. Francf., Harl. ἐπεί τοι εἰ) Bekk. et alii edd. Sed cf. Phil. III. §. 5. Vid. adn. — προςήκει) Par. 1, 5, 7, 8, Aug. 1, Obsop., Append. Francf., Harl., Tayl. Sed vid. adn.

stellum in Thracia, haud procul a Byzantio situm, quo frumentum ex illa regione subvehendum tuebantur. Vid. ad Olynth. II. §. 4. Proleg. §. 10. Itaque, ut auditores haberet attentos et dociles, animi eorum erant confirmandi, id quod scite sequentibus verbis ὃ γάρ ἐστι χείριστον — βελτίω γενέσθαι consequitur. Hoc enim *Enthymemate*, quod vocant (*Schol.* dicit σχῆμα παρὰ προςδοκίαν. *Hermog.* περι δειν. p. 364 appellat ἐννοίας παραδόξους καὶ βαθείας καὶ βιαίας καὶ περινενοημένας), adegit Athenienses, ut crederent, omnia, si ipsi vellent, et fungerentur officiis, in melius posse mutari. Nam non vires Atheniensium devicit Philippus; sed quod ii viribus suis non utebantur, vicit is, qui omni virium contentione usus est, qua sententia utitur orator etiam Phil. III. §. 5, ubi eadem haec verba, quum magnam vim habeant, repetit paucis mutatis. Vid. ad Olynth. I. §. 8 init. Simile Enthymema est Olynth. III. §. 4, ubi vid. adn. „Nihil, *Lucches.* p. 242 inquit, aeque afflictos consternatosque animos erigit, quam iis ostendere, sua culpa in malum incidisse et in sua esse potestate, remedium afflictis rebus afferre. Damnum quippe nos angit vehementius ac prope labefactat, quod vi susceptum est: utpote quod vitari, nostraque industria deleri nequeat. Hac arte praeoccupat cives suos, ne animis cadant nec spem abjiciant recuperandae pristinae dignitatis.“ — ἔχειν δοκεῖ. Ita significat, res ipsas, i. e. fortunam Atheniensium non *esse* malam, sed *videri*. *Wolf.* Hoc quoque pertinet ad confirmandos Atheniensium animos. — τί οὖν ἐστι τοῦτο; Saepissime et Demosthenes et alii oratores graecae latinaeque linguae his atque ejusmodi formis interrogandi ad comparandam attentionem utuntur. Vid. ad §. 3. Cf. §. 10. 34. Phil. II. §. 31; III, §. 5. Cumulantur interrogationes Olynth. II. §. 16. Vid. Cic. pro Rosc. Am. §. 36. — οὐδὲν — τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν. Ita saepe orator noster cives suos vituperans monet, ne abjiciant animum. Cf. Olynth. I. §. 22. 23. Phil. III. §. 5: νῦν δὲ τῆς μὲν ῥᾳθυμίας τῆς ὑμετέρας — κεκράτηκε Φίλιππος, τῆς πόλεως δ᾽ οὐ κεκράτηκεν. — ἐπεί τοί γε, *quoniam profecto quidem.* Ἐπεί ratiocinatur, τοί confirmat, γέ urget. *Zeun,* ad Vig. p. 403. Gravior est haec lectio, quamquam uno tantum cod. Vict., quod sciam, adjuvatur, quam altera ἐπεί τοι. De particula γε vid. ad Olynth. I. §. 10. — προςῆκε. Male codd. nonnulli habent προςήκει; nam referendum est ad εἶχεν. Olynth. III. §. 9: εἰ, ὡς προςῆκεν, ἐβοηθήσαμεν. Itaque recte Bekk. Phil. III. §. 5 προςήκει mutavit in προςῆκε. Rüdig. ad h. l. —

§. 3. Ἔπειτα — παρ᾽ ἄλλων ἀκούουσι καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς, *Deinde cogitandum est vobis, partim ex aliis audientibus, partim qui ipsi nostis, in memoriam revocantes.* Ἔπειτα sine δέ respondet superiori πρῶτον μέν. Vid. ad §. 4. Phil. III. §. 9. ἀκούειν dicitur de rebus gestis, quas non

ἄλλων ἀκούουσι καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς ἀναμιμνησκομένοις, ἡλίκην πότ᾽ ἐχόντων δύναμιν Λακεδαιμονίων, ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς, ὡς καλῶς καὶ προσηκόντως οὐδὲν ἀνάξιον ὑμεῖς

---

ipsi vidimus, sed ab aliis fide dignis accepimus. Cf. §. 23. Olynth. II. §. 3 et 21. Phil. II. §. 11. Heind. ad Plat. Gorg. §. 226. Unde *ἀκοή* de *fama* vel narratione. Plat. Phaedr. p. 274: *Ἀκοήν γ᾽ ἔχω λέγειν τῶν προτέρων, τὸ δ᾽ ἀληθὲς αὐτοὶ ἴσασιν.* Cf. Eurip. Phoen. 826. „*Εἰδότες* Demostheni dicuntur ii, qui adfuerunt rei aut interfuerunt. Dem. adv. Aphob. de fals. testim. p. 856: *τοὺς γὰρ εἰδότας καὶ παρόντας μάρτυρας παρεσχόμην ἐγώ.*" *Brem.* Quare pro *παρόντες* poni potest. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. p. 473, 22. Similis locus est apud Cic. Cat. III. §. 24: ***Etenim recordamini, Quirites, omnes civiles dissensiones, neque solum eas, quas audistis, sed has, quas vosmet ipsi meministis et vidistis.*** Ceterum illud spectat ad bellum Peloponnesiacum, quod, quum ab anno 431—404 a. Chr. gereretur, clade apud Aegos flumen accepta, quinquaginta fere annis ante, quam habita est haec oratio, viribus Atheniensium penitus fractis, compositum est; hoc ad bellum Corinthium (vid. ad §. 25) contentionesque Atheniensium, quas inde ab eo tempore ad civitates Graecas a Spartanorum foedere avocandas fecerunt. Vid. A. *G. Beck.* in vers. Germ. p. 58 sq. — *ἡλίκην — ἐξ οὗ — ὡς.* Magnam vim habet talis verborum relativorum conduplicatio, quam formam dicendi Alliterationem rhetores vocant. Cf. §. 36. Plat. Phaedr. p. 271. B: *διδάσκων, οἵα οὖσα (ἡ ψυχή) ὑφ᾽ οἵων λόγων δι᾽ ἣν αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἡ μὲν πείθεται, ἡ δὲ ἀπειθεῖ.* Cic. pro Mil. §. 38: ***Quem si interficere voluisset, quantae, quoties occasiones, quam praeclarae fuerunt.*** Vid. quae ad Cic. pro Sull. §. 40 notavi. Sic duo Relativa eleganter junguntur Just. XXVIII, 12: ***Meminisse jubent, qui quibus minentur.*** — *δύναμιν Λακεδαιμονίων.* Nam Lacedaemonii inde a devictis Atheniensibus Ol. XCIII, 4 (404 a. Chr.) insulis maris Aegaei, Peloponneso, Corintho et Boeotia potiti erant. *Rüdig.* Xenoph. Hell. V, 3, 27: *προκεχωρηκότων δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις, ὥστε Θηβαίους μὲν καὶ τοὺς ἄλλους Βοιωτοὺς παντάπασιν ἐπ᾽ ἐκείνοις εἶναι, Κορινθίους δὲ πιστοτάτους γεγενῆσθαι, Ἀργείους δὲ τεταπεινῶσθαι, διὰ τὸ μηδὲν ἔτι ἀφελεῖν αὐτοὺς τῶν μηνῶν τὴν ὑποφοράν, Ἀθηναίους δὲ ἠρημῶσθαι, τῶν δ᾽ αὖ συμμάχων κεκολασμένων, οἳ δυσμενῶς εἶχον αὐτοῖς· παντάπασιν ἤδη καλῶς καὶ ἀσφαλῶς ἡ ἀρχὴ ἐδόκει αὐτοῖς κατεσκευάσθαι.* Neque tamen minus Athenienses fortiter eos impugnare pergebant, ut principatum quendam recuperarent. Cf. Phil. III. §. 47. — *ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς,* sc. *ἐστί,* de qua Ellipsi vid. ad §. 29. Adverbialiter dictum est, ***non ita pridem***, et mediae enuntiationi saepe interponitur, ut Isocr. Orat. ad Phil. p. 91. D: *οὗτοι μὲν γὰρ ἄρχοντες οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ εἰς τοσαύτην μεταβολὴν ἦλθον.* Vid. *Lobeck.* ad Soph. Aj. 601. — *προσηκόντως,* quippe qui Persis devictis principatum Graeciae diu tenuerint inferioresque Graecas civitates a potentiorum injuriis se defendere prae se tulerint. Hanc Atheniensium laudem saepe orator noster commemorat, ut ea civium suorum animos ad aemulationem majorum accendat. Cf. Olynth. I. §. 12. 24; III. §. 6. 9. Phil. III. §. 20. 73. — *οὐδὲν ἀνάξιον.* „Sive metu consternati cessissent Lacedaemoniis: sive largitionibus corrupti Graecos deseruissent." *Wolf.* — *ὑπὲρ τῶν δικαίων.* Athenienses, quum ad potestatem suam augendam bella susciperent, tamen se ea communis omnium salutis jurumque tuendorum causa (quod dicebatur *ὑπὲρ τῶν δικαίων*) gerere simulaverunt. Vid. ad Olynth I. §. 24. Phil. II. §. 8. 35. Dem. de Rhod. libert. p. 199:

ἐπράξατε τῆς πόλεως, ἀλλ᾽ ὑπεμείνατε ὑπὲρ τῶν δικαίων τὸν πρὸς ἐκείνους πόλεμον. Τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; ἵν᾽ εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεάσησθε, ὅτι οὐδὲν οὔτε φυλαττομένοις ὑμῖν ἐστι φοβερὸν, οὔτ᾽, ἂν ὀλιγωρῆτε, τοιοῦτον, οἷον ἂν ὑμεῖς βούλησθε, παραδείγμασι χρώμενοι

§. 3. τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων) Vocem Ἑλληνικῶν, quam Par. 1, 2, 3, Aug. 2, Meerm., Ald., Felic. non habent, Reiskius ex Bav., Aug. 3 a nova manu, Append. Francf. et Ald. Tayl., Harris. et Harlei. recepit. Male; nam sine dubio interpreti debetur. Vid. adn. *Krüg.* ad h. l. — χρωμένοις) Cod. Vossian., Schol. Vid. adn. —

ἁπάντων δὲ τῶν ἄλλων ὅπως ἀδικεῖν δυνήσονται παρασκευαζομένων, ἡμᾶς τὰ δίκαια προτείνεσθαι. Sed recuperare principatum voluerunt, id quod Thebanorum legati aperte Athenis dixerunt. Xenoph. Hellen. III, 5, 10: *Καὶ μὴν ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, βούλοισθ᾽ ἂν τὴν ἀρχὴν, ἣν πρότερον ἐκέκτησθε, ἀναλαβεῖν, πάντες ἐπιστάμεθα.* „Vulgo *ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων.* Sed plurimorum optimorumque codicum auctoritati cedendum et *Ἑλληνικῶν* exterminandum erat. Parum recte Olynth. I. §. 24 *ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων* Bekkerus uncis inclusit. Ex illo autem loco in nostrum a quibusdam vel grammaticis vel librariis translatum esse videtur *Ἑλληνικῶν.*" *Brem.* Ceterum vox *δίκαιον* Substantivi loco haud raro ponitur. Dem. Mid. p. 572. §. 47: *καὶ μέγα γ᾽ ὑμῖν τοῦτ᾽ ἐδόκει δίκαιον ἔχειν ὁ προβαλλόμενος λέγειν,* ubi plerique codices ante *δίκαιον* falso *καὶ* inserunt. Vid. Buttm. ad h. l. — *πρὸς ἐκείνους πόλεμον.* Lacedaemonii, postquam principatu iterum potiti erant, superbe et crudeliter in socios suos ceterasque civitates consuluerunt, unde et bellum Corinthium (vid. §. 25) et sociale exortum est. Nam in expeditione adversus Olynthum facta Phoebidas, dux Spartanorum, per fraudem Cadmeam, arcem Thebarum, impulsu paucorum Thebanorum et Lacedaemoniis clam jubentibus (vid. Proleg. §. 9), occupaverat multosque cives ejecerat, qui ab Atheniensibus adjuti Pelopida duce postero anno Lacedaemonios Thebis expulerunt. Cf. Olynth. I. §. 24. Vid. ad Olynth. II. §. 27. Hoc bellum Boeoticum, quod vocant, descripsit Xenoph. Hellen. V, 4. Cf. Corn. Nep. Pelop. c. 1 sq. Omnibus his bellis Athenienses, ut Spartanorum vires frangerent, interfuerunt. Chabrias (vid. §. 23) ad Naxum, Timotheus ad Leucadem Lacedaemonios maritimis proeliis superaverant, et hic inprimis Corcyra insula eos expulerat. — *τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; Schleiermach.* ad Plat. Men. p. 513 observavit, hanc formulam nonnisi tum adhiberi, quum transitus fiat ad sententiam, quae primo adspectu parum ad rem pertinere videatur. Vid. ad §. 2. Cf. Olynth. I. §. 28. Phil. II. §. 31. Est autem *Subjectio*, sive, ut Cic. de Orat. III, 54 dicit, *sibi ipsi responsio.* Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 2. Cf. infra §. 10. Ceterum solent Graeci interrogationes directas ponere, ubi Latini v. c. dicunt, *jam si quaeris, quid sit, cur,* vel tale quid. Ast. ad Plat. Protag. p. 326. E. Vid. *Krüger.* ad Demosth. Phil. I. Specim. 9. — *ἵν᾽ εἰδῆτε καὶ θεάσησθε.* In hac verborum gradatione multum elegantiae inest: nam *εἰδέναι* est *cognoscere*, *θεᾶσθαι* autem *accuratius aliquid perspicere et quasi oculis videre.* Non multus est Demosthenes in verbis exaggerandis, imo brevitate excellit; ubi vero rem aliquam magni momenti imprimere vult audientium animis, binis verbis aut sententiis eam solet complecti. Praesertim *ὁρᾶν* et *εἰδέναι* et similia saepe conjungit. Cf. Olynth. III. §. 14. Phil. II. §. 33. Sic etiam verba *πράττειν* et *ποιεῖν.*

τῇ τότε ῥώμῃ τῶν Λακεδαιμονίων, ἧς ἐκρατεῖτε ἐκ τοῦ προσέχειν τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, καὶ τῇ νῦν ὕβρει τούτου, δι' ἣν ταραττόμεθα ἐκ τοῦ μηδὲν φροντίζειν ὧν ἐχρῆν. Εἰ
4 δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυσπολέμητον οἴεται

---

§. 3. τῇ τε τότε) ex Reiskii conjectura non necessaria *Auger.* —

Cf. §. 7. 20. Vid. ad Olynth. II. 15. Alia Synonyma conjuncta vid. Olynth. I. §. 1. 6. 13; II. §. 6; III. §. 3. 18. Phil. I. §. 7. 9. 14. 19. 20. 33. 41; III. §. 8. Dionys. περὶ δειν. Δημοσθ. VI. p. 1127 ed. R. bene oratorem nostrum contra eos defendit, qui offensionis aliquid in hac verborum collocatione inesse putant. De Conjunctivo vid. ad §. 38. — ὅτι οὐδὲν οὔτε χρώμενοι, *nec quidquam praecaventibus vobis formidabile esse, neque, si neglexeritis, ex animi vestri sententia quidquam successurum, exemplis utentes.* Χρώμενοι pertinet ad εἰδῆτε· itaque non χρωμένοις cum Vossio et Schol. scribendum est. — οἷον ἂν βούλησθε. Apud Relativa, si de re quadam incerta, aut de ea, in qua, quamquam fieri possit, dubium est, an fiat, sermo est, modo Conjunctivus, modo Optativus adhibetur, ille quidem, quoniam omnino tempus praesens aut futurum spectat, adjecta particula ἄν, si res praesens aut futura, hic sine ἄν, si praeterita est. Matth. Gr. §. 527. Cf. §. 6. 15. 21. Vid. ad §. 26; ad Olynth. II. §. 54 et 35. Latini in hisce sententiis Conjunctivo utuntur. Caes. bell. civ. I, 87: *Quascunque postea controversias inter se milites habuerint, sua sponte ad Caesarem in jus adierunt.* — τῇ τότε ῥώμῃ. Adverbia aut Praepositiones addito Articulo Adjectivorum aut Nominum vice funguntur. Cf. §. 7. 14. 17. 37. 40 et proxime τῇ νῦν ὕβρει. Phil. II. §. 54. Imitantur interdum Latini. Sall. Jug. 85, 6: *adnitendum est, ut — illi frustra sint.* — ἐκ τοῦ προσέχειν τὸν νοῦν. Praepositio ἐκ causam et originem, qua aliquid efficitur, indicat. Sic statim ἐκ τοῦ — φροντίζειν. Cf. §. 46. Olynth. I. §. 9. Vid. ad Olynth. III. §. 7. Phil. II. §. 16. Idem igitur valet, quod Dativus (cf. Olynth. I. §. 6. 7. 9) vel διά cum Accusativo. Pro his §. 51 ἐπὶ τῷ πεπεῖσθαι legitur. — προσέχειν τινὶ τὸν νοῦν est, quod Latini dicunt *animum intendere alicui rei* vel *in aliquam rem, advertere animum.* Cf. Olynth. III. 6. Phil. III. 20. — πράγμασι. Πράγματα, *res summae, summa salus rei publicae,* et omnino id, de quo agitur et super quo certatur, *das Interesse des Staates.* Vid. ad §. 13. Olynth. I. §. 3; II. 3. 8. 12. Phil. III. §. 3. 63. 65. Unde οἱ ἐπὶ sive ἐν τοῖς πράγμασι, *qui rei publicae praesunt.* Vid. ad Olynth. I. §. 12. Phil. III. §. 2. 56. Interdum est *potentia,* ut §. 8 et 44. Sic *res publica* apud Latinos usurpatur. — τῇ νῦν ὕβρει τούτου, sc. Φιλίππου. Pronomen οὗτος saepe vim contemptus habet. Cf. §. 9. 11. 19. Olynth. I. §. 15. Phil. III. §. 12. Vid. ad §. 17. Sic Cic. Mil. §. 47: *Jacent suis testibus hi, qui Clodium negant eo die Romam — fuisse redditurum.* Praesertim οὑτοσί apud Demosthenem saepius insectandi causa, ad verba praecedentia magis evehenda, adhibetur. Cf. Olynth. II. §. 33. de Pac. §. 14. De Philippi insolentia vid. ad §. 9. — ταραττόμεθα. De personae mutatione vid. ad §. 11 s. v. ἡμετέραν ἀμέλειαν. —

§. 4. Εἰ δέ τις ὑμῶν. Occupatio (Πρόληψις), potentiam Philippi non esse extimescendam. Ratio ab ipsius hostis exemplo: quod is, quum vires Atheniensium non reformidasset, rem suam bene gesserit. Quas autem cogitationes Philippo tribuit, iisdem uti jubet Athenienses. *Wolf.* Cf. Olynth. I. §. 22, ubi eadem arte utitur. —

τὸν Φίλιππον εἶναι, σκοπῶν τό τε πλῆθος τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ δυνάμεως, καὶ τὸ τὰ χωρία πάντα ἀπολωλέναι τῇ πόλει, ὀρθῶς μὲν οἴεται· λογισάσθω μέντοι τοῦθ᾽, ὅτι εἴχομέν ποτε ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Πύδναν καὶ Ποτίδαιαν καὶ Μεθώνην καὶ πάντα τὸν τόπον τοῦτον οἰκεῖον κύκλῳ, καὶ πολλὰ τῶν μετ᾽ ἐκείνου νῦν ὄντων ἐθνῶν αὐτονομούμενα καὶ ἐλεύθερα ὑπῆρχε καὶ μᾶλλον ἡμῖν ἐβούλετ᾽ ἔχειν οἰκείως ἢ ᾽κείνῳ. Εἰ τοίνυν ὁ Φίλιππος τότε 5

§. 4. τῆς νῦν ὑπαρχούσης) Cod. Vict. Reisk. Rüd. defend. *Krüg.* "Sane ferri potest; vid. adn. ad §. 3. — ἢ ἐκείνῳ) Vulg. „Cod. Σ ᾽κείνωι, quae est perpetua huius Pronominis in bonis libris vel elisio vel crasis; ceteri ἐκείνῳ." *I. Bekker.* Cf. tamen Olynth. I. §. 22, ubi ἢ ἐκείνῳ. Vid. quoque *Dindorf.* ad h. l. Praef. p. III. sq. *Buttm.* Gr. max. §. 74. Ann. 2. *Voemel.*

δυςπολέμητον. Vid. ad Olynth. I. §. 5. — σκοπῶν τό τε πλῆθος — ἀπολωλέναι. Variatur structura; nam ab eodem verbo σκοπῶν et Substantivum πλῆθος et Infinitivus ἀπολωλέναι pendent. Cf. §. 48. Vid. ad Olynth. III. §. 14. Phil. II. §. 7. de Pac. §. 10. Hor. Od. I, 1: *Est, qui nec veteris pocula Massici, Nec partem solido demere de die Spernit.* Ceterum Philippus illo tempore (353 — 352), quo cum Onomarcho, Phocensium duce, in Thessalia pugnabat (vid. Proleg. §. 10), viginti millia peditum equitumque tria millia habuit. *Tourr.* — χωρία πάντα, i. q. infra ἐπιτειχίσματα, *castella, loca munita.* Cf. Olynth. I. §. 9. Aesch. de fals. leg. p. 247 quinquaginta urbes dicit amissas fuisse. Vid. Proleg. §. 14. — ὀρθῶς μὲν — μέντοι, *recte quidem — at vero (jedoch).* Particulam μέν non semper sequitur δέ, sed interdum ἔπειτα, ἀλλά, μέντοι, μήν, αὐτάρ apud Homerum. Matth. Gr. §. 606. 5. Vid. etiam ad Phil. III. §. 24. Particula μέντοι, concesso quodam, aliud magis urget, cum affirmatione adversans. *Voemel.* Vid. Buttm. Gr. §. 156 s. h. v. — λογισάσθω τοῦτο. Ut apud Latinos *hoc, id, illud, sic, ita,* sic τοῦτο, τόδε, ἐκεῖνο, οὕτως apud Graecos magna vi ponuntur, ut animi audientium aut legentium ad sequentia advertantur. Cf. §. 5. 13. 50. Olynth. I. §. 2. de Pac. §. 8. 24. Vid. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. p. 475, 13. — Πύδναν καὶ Ποτίδαιαν καὶ Μεθ. Hoc *Polysyndeton,* quod vocant, exprimendis magnis opibus, quibus Athenienses tunc temporis utebantur, bene inservit. Hac figura novo novum addituri rei gravitatem sensim adaugere oratores volunt. Vid. ad §. 8 32. 36. Phil. III. §. 26. Olynth. III. §. 9 iisdem his verbis *asyndetis* utitur, ut complures res animis audientium una infigat. De Pydna et Potidaea vid. Proleg. §. 5; de Methone Proleg. §. 10. Has multasque alias urbes Athenienses amiserant bello sociali (vid. Proleg. §. 6), quo Chares dux (vid. ad §. 24) male rem gesserat. Quae quanto momento ei, qui possidebat, fuerint, facile ex situ earum intelligitur. Phil. II. §. 17: εἰ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προεῖτο (Φίλιππος), οὐδ᾽ ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγοῖτο. — τόπον. De hac voce vid. ad §. 31. — ἐθνῶν. Illyrios, Paeones ac Thraces intelligit. *Lucches.* Vid. ad §. 6. — αὐτονομούμενα, ἰδίοις νόμοις χρώμενα. Schol. ad Thuc. VIII. 9. — ἐλεύθερα, sunt populi, qui praeter leges etiam magistratibus suis libere fruuntur. Cf. Olynth. III. §. 25. *Boeckh.* Staatshaush. der Ath. I. p. 433. — οἰκείως ἔχειν τινί, ut §. 6 προςέχειν τὸν νοῦν, est *partes alicujus sequi, se alicui applicare.* Cf. §. 8. Idem notat Phil. III. §. 18: Πελοποννησίους

ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην, ὡς χαλεπὸν πολεμεῖν ἐστὶν Ἀθηναίοις, ἔχουσι τοσαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὑτοῦ χώρας, ἔρημον ὄντα συμμάχων, οὐδὲν ἂν ὧν νυνὶ πεποίηκεν ἔπραξεν, οὐδὲ τοσαύτην ἐκτήσατο δύναμιν. ἀλλ᾽ εἶδεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο

§. 5. τοιαῦτα) Vulg., etiam Cod. Vict. *Reisk.*; sed ex multis codd. Bekker. dedit τοσαῦτα. Vid. adn. — αὐτοῦ) Vulg. Victorius super αὐτοῦ scripsit γρ. αὑτοῦ. Illud praefert *Engelh.* in Program. Berol. 1828. αὐτῶν) Par. 5, 7, 8, Aug. 2, 3 e correctione, erasa vetusta lectione. Harris., Harlei. ἑαυτοῦ) Aldus, Laudianus. αὑτοῦ) Bekker. Vid. adn. — ἔρημος ὤν) Cod. Harlei. Nostram lectionem Reisk. ex codd. plerisque correxit, quum in antiquis edd. ἔρημος ὢν legeretur. Vid. adn. — ἐκτήσατ᾽ ἂν δύν.) Sic Reisk. ex Par. 5, 7, 8, Pithoean., Ald. Tayl., Harl., Aug. 1.; secutus est Bekker. Particula ἂν ex praeced. ἂν huc relata esse videtur. Vid. ad or. Pac. §. 12., ubi Bekk. male alterum ἂν omisit; Olynth. III. §. 10. — οἶδεν) Vulg. Sed

τἀκείνου φρονῆσαι. Phil. II. §. 6: τούτοις προςθῆσθε. Ibid. §. 12. Eodem sensu Cic. pro Mil. c. 8: *non potuit legere non studiosos mei.* Opponitur πολεμικῶς ἔχειν. Xenoph. Cyr. V, 2, 25. —

§. 5. ὡς χαλεπόν — ἐστιν. In oratione obliqua ea, quae ex aliena cogitatione dicuntur, quoniam a Graecis ut praesentia narrari solent, in Indicativo construuntur; in his proprie Optativo utendum erat, qui etiam saepe ponitur. Cf. §. 49. Olynth. II. §. 3. Phil. II. §. 14. Matth. Gr. §. 507. 3. Latini hoc interdum imitantur. Vid. ad Cic. pro. Sull. c. 14: *Ait, me aliter, ac dictum est, in tabulas publicas retulisse.* — τοσαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὑτοῦ χώρας, Alii scribunt ex codd. τοιαῦτα ἐπιτ. Utraque lectio potest defendi, quum munimenta et *multa* et *magno usui* essent; sed illa magis arridet propter munimenta paulo ante enumerata. Nam *quot*, non *qualia* ἐπιτειχίσματα Athenienses olim habuerint, docetur. *Schaef.* ad h. l. Ἐπιτείχισμα est secundum Schol. τόπος ὑψηλός, ὃν προκαταλαβόντες πολέμιοι τειχίσειαν διὰ τὸ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ὁρμωμένους ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἐχθροῖς. *Suidas* et *Phavor.* ὅθεν ἦν τοὺς ἐπιτειχισθέντας κακῶς ποιεῖν. Est igitur castellum ad hostes oppugnandos exstructum. Quare ἑαυτοῦ sive αὑτοῦ, non αὐτῶν legendum est. Nam Athenienses ex his castellis in terram Philippi invadere eamque populari potuerunt. Cf. Phil. II. §. 17. Quare non opus est, cum Hemsterh. ad Luc. Nigrin. c. 25. scribere: τῇ αὐτοῦ χώρᾳ. Genitivus τῆς χώρας est Genitivus objectivus. Dem. Rhod. libert. p. 193. §. 12: τῆς δ᾽ αὐτῆς (τῆς Ἀρτεμισίας) ἀρχῆς ἐπιτείχισμα πρὸς τὸ μηδοτιοῦν παρακινεῖν. Eurip. Orest. 442: καταφυγὴ κακῶν. Xenoph. Anab. IV, 5, 13: ἐπικούρημα τῆς χιόνος, *praesidium contra nivem.* Vid. Matth. Gr. §. 313. Cic. pro leg. Man. §. 39: *hiemis perfugium.* *A. G. Becker.* in vers. Germ. αὐτοῦ et in sequentibus ἔρημος ὢν praefert totamque orationem tanquam directam sic vertit: *wie schwierig ist's, einen Kampf mit den Athenern zu beginnen, die hier im Lande* (αὐτοῦ) *so bedeutende Festungen inne haben, während ich einzeln von Verbündeten dastehe.* Ceterum notandum est, ἐπιτείχισμα interdum significare *munimentum, quo quis se tueatur.* — ἔρημον ὄντα, refertur ad πολεμεῖν et subaudiendum est τινά. Lectio ἔρημος ὢν interpretamentum olet Scholiastae, nescientis, quo referret, ut recte animadvertit *Rüdig.*, qui ad Olynth. I. §. 5: διεξιόντα (sc. τινά) — δεῖσθαι, similes Accusativos Participii affert. Plat. Crit. c. 12: πάσχειν (δεῖ), ἐάν τι προστάττῃ (ὁ πατήρ) παθεῖν, ἡσυχίαν ἄγοντα. Saepissime enim Attici τις omittunt, praesertim apud Participia, ita, ut facile subaudiri possit. Cf. §. 36. Vid. ad Olynth. I. §. 5; II.

καλῶς ἐκεῖνος, ὅτι ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία ἆθλα τοῦ πολέμου κείμενα ἐν μέσῳ, φύσει δ' ὑπάρχει τοῖς παροῦσι τὰ τῶν ἀπόντων, καὶ τοῖς ἐθέλουσι πονεῖν καὶ κινδυνεύειν τὰ τῶν ἀμελούντων. Καὶ γάρ τοι ταύτῃ χρησάμενος 6
τῇ γνώμῃ, πάντα κατέστραπται καὶ ἔχει, τὰ μὲν ὡς ἂν ἑλών τις ἔχοι πολέμῳ, τὰ δὲ σύμμαχα καὶ φίλα ποιησάμενος· καὶ

---

melius videtur *εἶδεν, vidit, perspexit.* Cf. Phil. II, §. 7. Vid. ad Olynth. II §. 26.

§. 6. *καὶ γὰρ τοιαύτῃ)* Par. 5, 7, Aug. 2, 3, Bav., Voss., Append. Francf. Harris. Non male quidem, sed ex *καὶ γάρ τοι ταύτῃ* natum esse videtur. — *πολέμου νόμῳ)* Ex marg. Bav., Aug. 2., Append. Francf. Reisk. B. *πολέμῳ νόμῳ)* Pithoean., Aldina Tayl.; sed scribere voluerunt *πολέμου νόμῳ*, quae lectio interpretamentum redolet. —

---

§. 18. Phil. III. §. 67. Herm. ad Vig. p. 739. Nec inusitatum Latinis est. Cic. Tusc. Disp. I, 38, 91: *Quare licet etiam, mortalem esse animum, judicantem* (sc. aliquem, quem) *aeterna moliri.* Cf. de Orat. I, c. 8. — *πεποίηκεν ἔπραξεν.* Notabilis copulatio verborum, non vero synonymorum, sed hic pro synonymis positorum *Schaefer.* Vid. ad Olynth. II. §. 15. — *ἆθλα τοῦ πολέμου κείμενα ἐν μέσω.* Tropice in omnibus fere linguis de omnis generis lucro. *Krüger.* ad Xenoph. Anab. III, 1, 21. Est metaphora a palaestra desumpta. Vid. ad Olynth. I. §. 28. Xenoph. Cyr. II, 3, 2: *τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα πρόκειται.* Ibid. VII, 1, 13: *ἐπίστασθε μέν, οἶμαι, ὦ ἄνδρες, ὅτι νῦν ἆθλα πρόκειται τοῖς νικῶσι — ἀγαθὰ ἔχειν, — ἄρχειν, τοῖς δὲ κακοῖς δηληνότι τἀναντία τούτων.* Liban. de Servit. II. p. 90: *κεῖνται γὰρ αὗται (αἱ πόλεις) βασιλεῦσιν ἆθλα.* Cf. Plat. Legg. I. p. 626. B. Liv. V, 36: *Omnia virorum fortium esse.* Ibid. XXI, 43: *et eadem fortuna, quae necessitatem pugnandi imposuit, praemia vobis ea victoribus proponit etc.* Cf. Sall. Cat. c. 20, 14. —

§. 6. *Καὶ γάρ τοι, Etenim profecto, sane, ja gewiss.* Vig. p. 531. Cf. de Pac. §. 16. Sic etiam *καὶ γὰρ οὖν.* Simile est *καὶ γάρ* §. 11. Indicant, id, quod factum sit, pro rerum natura fieri debuisse. — *κατέστραπται,* significatione media. Cf. §. 9. 42. Sic Olynth. I. §. 4: *πεπολιτευμένοις.* Ibid. §. 11: *ἐψηφισμένοι.* Xenoph. Cyr. V, 3, 19: *ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι ἡμᾶς τῷ ἔργῳ τούτῳ φίλους πεποίησαι.* Cf. Ol. III, §. 1. Sic *εἴργασμαι* apud Sophoclem semper activam sive mediam habet significationem. Cf. Antig. 426. Aj. 21. Inprimis Aorista passiva pro mediis interdum sumuntur. Cf. Phil. II. §. 6: *ἐμοὶ πεισθῆτε.* III. §. 54. Vid. Zeun. ad Vig. p. 216. — *τὰ μὲν ὡς ἂν ἑλὼν — ποιησάμενος, alia, ut belli jure tenentur, alia, inita societate et amicitia.* Sic Sall. Jug. c. 13, 2: *urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adjungit.* Ib. c. 102, 15: *Numidiae partem — jure belli suam factam.* Praeter urbes, quas orator supra commemoravit, Illyrios, Paeones et Thraces vi sibi subegerat; Thessalos autem et Olynthios (vid. Proleg. §. 5 et 7) pactione sibi conciliaverat. *Τὰ μὲν — τὰ δέ* dicit, quia non homines solum, sed urbes quoque, castella, et quae omnino usui sunt, significantur. Ceterum Neutrum plurale de hominibus adhibetur, de quo usu vid. ad §. 8. — *καὶ προσέχειν — ἅπαντες.* Haec verba integrum Hexametrum continent. Et Demostheni, et Ciceroni, et aliis claris oratoribus scriptoribusque versus per imprudentiam exciderunt, quod improbandum per se est, et Cicero ipse in Orat. c. 56 improbavit, dicens: *versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus (quod vehe-*

γὰρ συμμαχεῖν καὶ προςέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες, οὓς ἂν ὁρῶσι παρεσκευασμένους καὶ πράττειν ἐθέλοντας, ἃ χρή. Ἂν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἐθελήσητε γενέσθαι γνώμης νῦν, ἐπειδήπερ
7 οὐ πρότερον, καὶ ἕκαστος ὑμῶν, οὗ δεῖ καὶ δύναιτ' ἂν παρασχεῖν αὑτὸν χρήσιμον τῇ πόλει, πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρω-

---

menter est vitiosum...): *senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus. Magnam enim partem ex jambis constat oratio.* Vid. ad Olynth. III. §. 5. Cic. Rosc. Am. §. 1. pro Arch. poët. §. 1: *Si quid est in me ingenii — —; aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum.* pro Lig. §. 1. Quint Inst. orat. IX, 4, 72. προςέχειν τὸν νοῦν est *partes alicujus sequi*, ut supra §. 4 οἰκείως ἔχειν τινί. Cf. Olynth. I. §. 13. Phil. III. §. 20. Similiter Xenoph. Cyrop. V, 5, 40: ὡς οὔτε ὁ Κῦρος ἀφίστη αὑτοὺς ἀπ' αὑτοῦ, οὔτε οἱ Μῆδοι ἧττόν τι αὐτῷ προςεῖχον τὸν νοῦν, ἢ καὶ πρόσθεν. — ἂν — ἐθελήσητε. De usu conjunctionis ἐάν seu ἄν vid. ad §. 29. — ἐπὶ τῆς τοιαύτης — γενέσθαι γνώμης, *hac sententia esse, firmiter adhaerere huic sententiae.* Ἐπί constantiam, stabilitatem in re exprimit. Cf. §. 9: μένειν ἐπὶ τούτων. *Brem.* Plus igitur significat, quam paulo ante ταύτῃ χρησάμενος τῇ γνώμῃ. Cf. §. 33 ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν. de Cherson. p. 93. §. 14, qui locus adscriptus est ad §. 39 s. v. τὸν αὐτὸν τρόπον. — νῦν, ἐπειδήπερ οὐ πρότερον. Memorabilis est verborum collocatio, qua res valde augetur, *saltem nunc, quandoquidem non prius.* Sic. §. 44: νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον. Praeterea notanda est Ellipsis, de qua vid. ad Phil. II. §. 12. — ἂν τοίνυν — ἐθελήσητε — ὑπάρξῃ — κομιεῖσθε. De constructione Conjunctivi et Indicativi vid. ad Olynth. I. §. 28. Cf. infra §. 11. 19. 20. 29.

§. 7. οὗ (ἐν ᾧ καιρῷ καὶ τόπῳ. *Wolf*) δεῖ καὶ δύναιτ' ἄν, *ubi decet et ipse possit.* Officium omnibus in rebus idem est, neque ab ulla re pendet; res autem, quae fieri possunt, opportunitatem requirunt, nec ubique perfici possunt; unde diversi modi Indicativus et Optativus. Vid. ad Olynth. I. §. 4. Phil. II. §. 8. — εἰρωνείαν, *fallacem tergiversationem.* Ulp. ad h. l.: Ἰστέον. ὅτι εἰρωνεία ἐστὶν ἐναντίον τῆς ἀλαζονείας. ἀλαζονεύεσθαι (vid. ad de Pac. §. 11) μὲν γάρ ἐστι τὸ πλείονα ἐπαγγέλλεσθαι δύνασθαι ποιεῖν, ἤπερ δύναιτο; εἰρωνεία δὲ τὸ λέγειν ἐλάττονα δύνασθαι ποιεῖν, ἄν τις δεδύνηται. Erant cives, qui, ubi tributum conferendum erat, paupertatem, ubi stipendia merenda, infirmam valetudinem per fraudem fallaciamque simulaverunt. Erat ergo, ut recte *Voemel.* dicit, εἰρωνεία *dissimulatio opum.* Cf. §. 37. De re vid. ad §. 36 s. v. ἀντιδόσεις. — εἰςφέρειν, pendet, ut πράττειν, στρατεύεσθαι, ab ἕτοιμος, non ab ὑπάρξῃ unde mala est lectio ἑτοίμως. De ratione conferendae pecuniae vid. ad Olynth. I. §. 29. Similis locus est Olynth. III. §. 28. — ὁ ἐν ἡλικίᾳ, sc. ὤν, *qui est in flore aetatis, in pube, die Erwachsenen,* sive ut est apud Sall. Jug. c. 85, 47: *quibus militaris aetas est.* Dicitur etiam ἡλικίαν ἔχειν. Ut apud Romanos ab anno aetatis decimo septimo usque ad sexagesimum, ita apud Graecos ab anno vigesimo ad sexagesimum omnes militiae erant obnoxii (οἱ ἐν τῷ καταλόγῳ). In utraque civitate sexagenariis data est *vacatio* (ἦσαν ὑπὲρ τὸν κατάλογον sive ἔξω τῆς ἡλικίας, Olynth. II. §. 34; sive ut est apud Xenoph. Cyrop. I, 2, 4: ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη ἐγένοντο), quod Romani *honestum otium* vocabant. Vid. ad Cic. pro Sull. §. 26; etiam ad Olynth. II. §. 11. Ex qua autem aetate haberetur delectus, populus in concione decrevit. Cf. §. 21. Olynth. II. §. 4. — συνελόντι δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, i. e. ἵνα δὲ συνελὼν τὸν λόγον ἁπλῶς εἴπω,

νείαν, ἕτοιμος πράττειν ὑπάρξῃ, ὁ μὲν χρήματ' ἔχων, εἰςφέρειν, ὁ δ' ἐν ἡλικίᾳ, στρατεύεσθαι, συνελόντι δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ἢν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι, καὶ παύσησθε, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἕκαστος ποιήσειν ἐλπίζων, τὸν δὲ πλησίον

§. 7. ἑτοίμως Vulg. ἕτοιμος) Reisk. ex Par. 1, Aug. 1, Ald., ed. Venet. et β. cum W. A. B. dedit. Vid. adn. — συνελόντι δ' εἰπεῖν) Par. 8, Aug. 1; quare Reisk. ἁπλῶς uncis inclusit, ut e Schol. natum, quibus Bekk. liberavit, qui idem εἰπεῖν cum cod. Σ et F. omisit; (idem Phil. II. §. 1 εἰπεῖν om.) utrumque male. Vid. adn. —

Wolf., *ut breviter et simpliciter, ingenue, dicam.* Schol. ad Aesch. adv. Ctesiph. p. 439. §. 50: τριχῶς λέγεται τὸ ἁπλοῦν ἢ επὶ τοῦ ἀπανουργήτου, ἢ ἐπὶ τοῦ ἐρήμου, ἢ ἐπὶ συντόμου. ἐνταῦθα οὖν ἁπλοῦν λέγει τὸ σύντομον, ὥσπερ Εὐριπίδης (Phoen. 772): ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Συνελόντι ad brevitatem, ἁπλῶς ad simplicitatem et ingenuitatem orationis pertinet. Non est igitur pleonasmus neque gradatio verborum, maleque Reisk. ἁπλῶς uncis inclusit. Cf. §. 51: ἁπλῶς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος. Xenoph. Anab. III, 1, 38: ὡς συνελόντι εἰπεῖν. Id. Memorab. IV, 37. Neque εἰπεῖν, quod solet in his formulis poni, Bekkero erat omittendum. Vid. ad Phil. II. §. 1. — ὑμῶν αὐτῶν γενέσθαι, *vestri juris fieri, e vobismet ipsis, non ab aliis pendere.* Cf. Olynth. I. §. 30. Verba εἶναι, γίγνεσθαι, significatione *esse alicujus*, cum Genitivo construuntur. Cf. Olynth. II. §. 20. Matth. §. 355 et 371. Athenienses eo tempore in segnitiem luxuriamque lapsi rei publicae salutem non aeque ac prius curaverunt singulisque eam oratoribus et principibus, qui partim a Philippo erant corrupti, regendam permiserunt, unde male res gestae sunt. *Wolf.* ad Olynth. I. §. 29: οἱ λοιποὶ πολῖται ἐν προςθήκης μέρει ἐστέ, οὐ ψηφίζοντες καθ' ἑαυτούς, ἀλλὰ τὰς τῶν ῥητόρων καὶ τῶν τριακοσίων ἐπιψηφίζοντες γνώμας. — παύσησθε αὐτὸς ἕκαστος. Bene et graviter orationem ab omnibus ad singulos convertit orator, quo magis eos commoveat. Cf. Phil. III. §. 29. Hom. Od. α, 340: Ζεὺς — ὅςτε δίδωσιν ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν, ὅπως ἐθέλησιν ἑκάστῳ. Saepe etiam Participium in Plurali adjicitur, ut infra §. 48. de Pac. §. 19. Matth. Gr. §. 301. a. Not. Est hic Latinorum quoque usus. Sall. Cat. c. 37: *Multi memores Sullanae victoriae — — sibi quisque ex victoria talia sperabat.* Ibid. Jug. c. 75. Huc pertinet §. 10 εἰπέ μοι, ubi vid. adn. De re vid. ad Olynth. I. §. 23. 25. Cf. Phil. III. §. 73. Olynth. II. §. 35. — τὰ ὑμετέρα αὐτῶν. *Brem.* ad Isocrat. Archid. p. 118. §. 10 monet, αὐτῶν Pronomini possessivo necessario addi, ubicunque hoc ad Subjectum enuntiationis referatur; habere igitur reflexivam potestatem. — κομιεῖσθε, *recuperabitis*, quo sensu hoc verbum saepe apud oratorem nostrum legitur. Cf. Olynth. I. §. 28. de Cherson. p. 98. §. 36: οὔτε τὴν Εὔβοιαν ἠλευθερώσατε, οὔτε τῶν ὑμετέρων αὐτῶν οὐδὲν ἐκομίσασθε. Xenoph. Cyr. IV, 6, 5: Κἀγὼ μὲν ὁ τάλας νεκρὸν ἀντὶ νυμφίου ἐκομισάμην. — πάλιν ἀναλήψεσθε, *rursus recipietis.* De geminatione particularum πάλιν et ἀνα vid. ad §. 14: πρότερον προλαμβ. — ἂν θεὸς ἐθέλῃ. Pius Demosthenis animus est, Deorumque auxilium praeter hominum bonam voluntatem ad res feliciter peragendas necessariam esse arbitratur. Cf. Olynth. I. §. 1 et 20. de Corona p. 258, 24: φέρειν, ὅ τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως. De benevolentia deorum in Athenienses vid. ad Olynth. I. §. 1. 22. Ita majorem sui fiduciam civium sibi comparat, quo artificio Cicero quoque in orationibus saepe utitur. Cf. Cat. III. c. 8. Sall. Jug. 14, 19: *Virtute ac diis volentibus magni estis et opulenti.* Sed similis formula *si diis placet*

πάνθ' ὑπὲρ αὐτοῦ πράξειν, καὶ τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε, ἂν θεὸς ἐθέλῃ, καὶ τὰ κατεῤῥαθυμημένα πάλιν ἀναλήψεσθε,
8 *κἀκεῖνον τιμωρήσεσθε. Μὴ γὰρ ὡς θεῷ νομίζετ' ἐκείνῳ τὰ παρόντα πεπηγέναι πράγματα ἀθάνατα, ἀλλὰ καὶ μισεῖ τις ἐκεῖνον, καὶ δέδιεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ φθονεῖ, καὶ τῶν πάνυ νῦν δοκούντων οἰκείως ἔχειν αὐτῷ. καὶ ἅπανθ', ὅσα περ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶν ἀνθρώποις ἔνι, ταῦτα κἀν τοῖς μετ'*

θέλῃ) Vulg. Reisk. ex cod. Bav. et Bekk. e cod. Marciano nostram lectionem dederunt. Permutari solent hae formulae. *Sturz. Lex. Xenoph:* II. p. 519. Alia ratio est praeced. vocali. Cf. Olynth. I. §. 20. —

§. 8. *καὶ)* ante *μισεῖ* abest ab ed. Felic. et Wolf. Male; requiritur propter Polysyndeton. — *εἶναι)* Aug. 1, Harl., Ald. Tayl. et Append. Francf. Male; praeced. *ἔνι* postulat vulgatam. Phil. III. §. 30 eadem est lectionis varietas. *Rüdig.* —

---

apud Latinos saepe exprimendae cavillationi, indignationi et admirationi inservit. Vid. ad Cic. pro Rosc. Am. §. 102. — *τὰ κατεῤῥαθυμημένα*, i. e. *διὰ ῥαθυμίας προειμένα ὑφ' ὑμῶν καὶ ἀπολωλότα. Wolf.* — *τιμωρήσεσθε. A. Gell. N. A.* VI, 14: *Altera* (causa puniendi) *est, quam* — *τιμωρίαν appellant. Ea causa animadvertendi est, quum dignitas auctoritasque ejus, in quem est peccatum, tuenda est, ne praetermissa animadversio contemptum ejus pariat et honorem levet: idcirco id vocabulum a conservatione honoris (τιμῆς) factum putant.* Cf. Olynth. II. §. 1. Xenoph. Cyr. VII, 5, 77: *ἐπιβουλευθέντες ἐτιμωρησάμεθα.* De discrimine inter *τιμωρεῖσθαι* et *κολάζειν* vid. ad Phil. III. §. 45. Illud spectat ad injuriam vindicandam legibusque satisfaciendum, hoc ad emendandum et cohibendum eum, qui peccat.. Bellum autem ad ultionem de Philippo sumendam erat susceptum, qua de re vid. ad §. 43. —

§. 8. *πεπηγέναι, res fixas esse et stabilitas.* In Aristog. p. 797, 90: *Ταῦτα τοίνυν Ἀριστογείτων τὰ καλῶς οὕτω πεπηγότα τῇ φύσει καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς ὑμετέροις κινεῖ καὶ ἀναιρεῖ καὶ μεταῤῥίπτει. Rüdig. πηγνύειν* est proprie *pangere;* deinde *confirmare, stabilire.* Augetur haec notio addita voce *ἀθάνατα,* quae quidem vox omnino de rebus firmis, quae interire non posse videntur, non rara est. Dem. adv. Androt. p. 617: *ἀφ' ὧν κτήματα ἀθάνατα αὐτῷ περίεστι.* Soph. Phil. 1406: *ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον.* Unde etiam Persarum milites, qui semper erant in armis, *ἀθανάτους* vocat Herod. VII, 211. Cf. Xenoph. Cyr. VIII, 4, 5. Opponitur *θανεῖν.* Eurip. Herc. Fur. 69 cit. *Bremio: καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν θανόντ' ἀνέπτατο.* Ceterum *ἀθάνατα* adjectum dici potest usu proleptico, pro: *ὥστε ἀθάνατα εἶναι.* Vid. ad Olynth. I. §. 5. Soph. Oed. Col. 1200: *τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος.* Ibid. Antig. 786. — *πράγματα, potentia.* Vid. ad §. 3. Cf. §. 44. Olynth. I. §. 9. Sic *res* apud Latinos. Hor. Od. III, 3: *ne, nimium pii rebusque fidentes, avitae tecta velint reparare Trojae.* Cf. Liv. I, 2. — *μισεῖ τις.* Fortasse significantur Illyrii, Thraces et Paeones, quos vocat Olynth. III. §. 23. *Τίς* in universum est *nonnemo* (*mancher* sive *man*) nec paucos complectitur. Ita emphatice dicitur etiam §. 44. Olynth. I. §. 1. 15. Thuc. III, 111: *καί τινας αὐτῶν — ἠκόντισέ τις.* — *δέδιεν,* Thessali, quos a tyrannis liberatos male postea vexavit. Proleg. §. 11. Olynth. I. §. 7. 8; III. 22. — *φθονεῖ,* pertinere videtur ad Olynthios, qui eo tempore malo in Philippum animo erant eique magnas opes invidebant. Vid. Proleg. §. 14 et 15. — De Polysyndeto *καί,* quo oratio amplificatur magnaque ei vis ac sublimitas additur, vid. ad §. 4. De tota hujus loci sententia cf. Olynth. I. §. 15. — *ἅπανθ', ὅσαπερ, quicunque alii affectus animi.* Locus nostro simillimus est

ἐκείνου χρὴ νομίζειν ἐνεῖναι. Κατέπτηχε μέντοι πάντα ταῦτα
νῦν, οὐκ ἔχοντ' ἀποστροφὴν διὰ τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ
ῥᾳθυμίαν, ἣν ἀποθέσθαι φημὶ δεῖν ἤδη. Ὁρᾶτε γάρ, ὦ 9
ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ πρᾶγμα, οἷ προελήλυθεν ἀσελγείας ὤνθρωπος, ὃς οὐδ' αἵρεσιν ὑμῖν δίδωσι τοῦ πράττειν, ἢ ἄγειν ἡσυχίαν, ἀλλ' ἀπειλεῖ καὶ λόγους ὑπερηφάνους, ὥς φασι, λέγει,

---

βραδύτητα) proparoxytone Aug. 2. *Reisk*. Antiqui dixere ταχυτής, βραδυτής et similia; recentiores ταχύτης, βραδύτης. *Reiz.* de acc. Inclin. p. 109 ed. Wolf. Cf. Arcad. p. 28, 9. ibiq. Var. lect. *Schaeferus*. *Stallbaum* ad Plat. Phaedon. p. 184. *Voemel*. —

§. 9 *ἄνθρωπος)* Codd. et Edd. Recte Rüdig. ex conject. dedit ὤνθρωπος. Vid. adn. — *πέμπει)* Cod. Vossianus. Vide, ne hoc πέμπει genuinum sit. Tragicum quidem est λόγους πέμπειν, sed locutio altius surgens quam maxime convenit oratoris indignationi. Cf. Eurip. Suppl. 567. Markl. *Schaefer*.

---

apud Xenoph. Cyr. VII, 5, 77: *εὖ εἰδότας, ὅτι, ὅταν πλεῖστά τις ἔχῃ, τότε πλεῖστοι φθονοῦσι. καὶ ἐπιβουλεύουσι καὶ πολέμιοι γίγνονται, ἄλλως τε κἂν παρ' ἀκόντων τά τε κτήματα καὶ τὴν θεραπείαν, ὥσπερ ἡμεῖς, ἔχῃ.* — *ἐν ἄλλοις τισίν*, qui Philippi imperium detrectant. Tangere videtur Athenienses, qui rebus male gestis nuntioque allato, Philippum ad Thermopylas accedere, valde perturbati fuerunt. Ita nos quoque verbis: *so mancher andere*, ad certum aliquem significandum, quem nominare nolumus, utimur. Cf. Olynth. I. §. 6; II. §. 21. de Pac. §. 5. Latini *nonnemo*. Cic. Cat. IV, 10: *Video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse nonneminem, ne de capite videlicet civium Romanorum sententiam ferat.* — *κατέπτηχε*, *ταπεινοῦται* Schol., *ἐφοβήθησαν* Hesych., *demissi sunt et consternati*, ut est in lingua vulgari: *sich ducken.* Sumpta est metaphora a pecudibus, quae metu perterritae corpora demittere solent. Herod. II, 5, 8: *οὐδέν τι κατεπτηχότος οὐδὲ καταδειλιῶντος.* Idem est *ὑποπτήσσω*. Eur. Orest. 767: *ἀλλ' ὑποπτήξας σιωπῇ κατθάνω;* — *πάντα ταῦτα.* De hominibus intellige, de quibus Graeci, pariter ut nos Germani, passim utuntur genere neutro. Simillimum Xenophontis Oecon. VI, 13: *τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα* post *τέκτονας, χαλκέας, ζωγράφους, ἀνδριαντοποιούς.* *Schaefer*. Vid. ad §. 6 *τὰ μὲν — ποιησάμενος*, Olynth. I. §. 13; ad Olynth. III. §. 22. Xenoph. Cyr. VII, 4, 6: *εἰρήνης δὲ καὶ εὐφροσύνης πάντα πλέα ἦν.* Terent. Phorm. I, 5, 34: *Ecce autem similia omnia* (de hominibus). Cic. Verr. Act. I. §. 8: *dictitat, sese tempus ipsum emisse judicii sui, quo cetera* (judices) *facilius emere posset.* Sall. Jug. c. 13, 6: *postremo, quaecunque possint, largiundo parare ne cunctentur.* Cic. Phil. II. c. 5, 11. Hor. Sat. I, 3, 18. Vid. Ast. ad Plat. Protag. p. 309. D. — *ἀποστροφήν*, *καταφυγήν* Harpocrat., *refugium*. Thuc. VIII, 75: *οὔτε ἐκείνοις ἀποστροφὴν σωτηρίας οὔτε σφίσιν εἶναι.* Xenoph. Mem. II, 9, 5: *Νομίσας δὲ ὁ Ἀρχέδημος ἀποστροφήν οἱ τὸν Κρίτωνος οἶκον, μάλα περιεῖπον αὐτόν.* —

§. 9. *οἷ ἀσελγείας προελ.*, *quo arrogantiae, petulantiae progressus sit.* Ut apud Latinos, sic apud Graecos Adverbia loci et temporis, praeterea Neutra Pronominum cum Genitivo construuntur. Cf. §. 37. 47. Olynth. I. §. 8; II. §. 3. — *ἀσέλγεια*, *ἀκολασία* Etymolog. Magn., *ἡ μετ' ἐπηρεασμοῦ καὶ θρασύτητος βία* Bekk. Anecdd. Gr. p. 451, 10, *immoderatio in omnibus rebus*, unde *insolentia* et *petulantia*. Dicitur de eo, qui omnem pudorem abjecit aliisque insultat. Cf. Olynth. I. §. 19. Phil. III. §. 35. in Mid. init.: *τὴν ἀσέλγειαν καὶ ὕβριν — οὐδένα ἀγνοεῖν ἡγοῦμαι.* Saepe

καὶ οὐχ οἷός ἐστιν, ἔχων ἃ κατέστραπται, μένειν ἐπὶ τούτων, ἀλλ' ἀεί τι προςπεριβάλλεται, καὶ κύκλῳ πανταχῇ

ἔχων) abest a Par. 5 et 8, Harlei. et indice Aldi. Sed cf. §. 42. — οἷός τέ ἐστιν.) Vulg. Vid. adn. — ἐπὶ τούτοις) Par. 5, 7, 8, Harl., Laud., Aug. 1, Ald. Sed Vid. adn. — κύκλῳ καὶ παντ.) Par. 1, 7, 8, Aug. 1, Append. Francf., Harl., Harris., Auger. At κύκλῳ non bene convenit cum προςπεριβάλλεται, optime autem κύκλῳ πανταχῇ conjunguntur. Vid. adn. — πανταχοῦ) Par. 5, 7. πανταχῇ) Sic recte scribunt Auger. et Bekker.

---

orator noster hanc ob causam Philippum perstringit, quippe qui barbarus (cf. Olynth. II. §. 16. 24. Phil. III. §. 31) Athenienses, qui mirum quantum sibi assumebant, vexare belloque persequi conatus sit. Cf. §. 3. 10. 37. Vid. ad Olynth. III. §. 23. Ibid. §. 3 πανοῦργον vocat. — ἄνθρωπος, i. e. ὁ ἄνθρωπος. Pronominis fere personalis vim habet et in contemptione ponitur, ut supra §. 5 τούτου. Cf. §. 50. Olynth. II. §. 16; III. §. 3. Phil. III. §. 27. Infra §. 10: *Μακεδὼν ἀνήρ*. Vid. *Baehr.* ad Plut. Alcib. 69. Lectio ἄνθρωπος ferri non potest; semper enim Articulus apud Demosthenem huic voci additur. Vid. *Schaefer.* ad Olynth. III. §. 3. Sic apud Latinos quoque *homo* per contemptum dicitur. Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 60; item Phil. II. §. 28. — ἀλλ' ἀπειλεῖ καὶ — λέγει, pertinet ad ἀσέλγειαν, qua in Athenienses consuluit. „Pylas ab Atheniensium copiis occupatas relinquere coactus erat Philippus. Hinc fortasse irae, fremitus, minae.“ *Lucches.* In ejus epistolis quoque ad Euboeenses scriptis ejusmodi minae et jactationes fuisse videntur (cf. §. 37), quamquam verba ὥς φασι, ea, quae *Lucches.* attulit, significari declarant. — οὐχ οἷός ἐστιν, *non talis est, qui.* Saepe etiam οὐχ οἷός τ' ἐστιν legitur, parvo tantum discrimine. Nimirum docent, οἷός εἰμι notare: *is sum, qui;* οἷός τ' εἰμι: *possum, queo.* At usus sibi non semper constat. Matth. §. 479. Not. 2. Cf. infra §. 37. Olynth. I. §. 17. 18. Cf. Xenoph. Anab. II, 3, 13: *Οὐ γὰρ ἦν ὥρα οἵα τὸ πεδίον ἄρδειν*, et Cyr. I, 4, 12: *οὐδὲ λέγειν οἷός τέ εἰμι.* — μένειν ἐπὶ τούτων, *contentus esse, acquiescere.* μένειν ἐπὶ τούτοις est *insistere alicui. Rüdig.* Vid. ad §. 6. De Philippi φιλοπραγμοσύνῃ vid. ad §. 42. Olynth. III. §. 14. — κύκλῳ πανταχῇ, Observa conjunctionem verborum idem fere significantium. Cf. Hom. Od. θ, 278: ἀμφὶ δ' ἄρ' ἑρμῖσιν χέε δέσματα κύκλῳ ἁπάντῃ. Phil. II. §. 1 ἅπαντας ἀεί, ubi vid. adn. Vid. ad. §. 3. — καθημένους, *desidentes ignavia.* Hanc vim *inertiae* saepe καθῆσθαι involvit, quare hic jungitur cum μέλλοντας, ut Olynth. I. §. 24 καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες copulantur. Cf. §. 44. Olynth. I. §. 23. Phil. III. §. 75. Xenoph. Cyr. V, 1, 8. Sic θάσσω Eurip. Hec. 36:

> πάντες δ' Ἀχαιοί, ναῦς ἔχοντες, ἥσυχοι
> θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς τῆςδε Θρῃκίας χθονός.

Sic *sedere* apud Latinos. Corn. Nep. Dat. 8, 1: *Autophradates — statuit congredi, quam — tam diu uno loco sedere.* Cic. Att. IX, 8: *nos sedentes in Italia,* i. e. neutrius partis et nihil agentes. Virg. Aen. XII. 15. Idem interdum significant κεῖσθαι, ἀποκεῖσθαι, ut apud Latinos *jacere;* Cic. Fam. VIII. 6: *dici non potest, quomodo hic omnia jaceant,* i. e. nihil agatur; εὕδειν, *dormire.* Vid. Heind. ad Hor. Sat. II, 1, 17. Sed interdum industriam haec verba notant. Vid. ad Olynth. III. §. 18. de Pac. §. 15. — περιστοιχίζεται, *laqueis irretit, velut indagine claudit.* Metaphora a venatione sumpta. *Harpocrat.* s. v. κατὰ τὰς ἐκδρομὰς τῶν θηρίων ὀρθὰ ξύλα ἱστᾶσιν οἱ κυνηγέται, ἃ καλοῦσι στίχους, ἢ στοίχους, καταπεταννύντες αὐτῶν δίκτυα, ἵνα, ἐὰν αὐτοὺς

μέλλοντας ἡμᾶς καὶ καθημένους περιστοιχίζεται. Πότ' 10
οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πότε ἃ χρὴ πράξετε; ἐπειδὰν τί γένηται; Ἐπειδὰν, νὴ Δί', ἀνάγκη τις ᾖ. Νῦν δὲ τί χρὴ τὰ γιγνόμενα ἡγεῖσθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οἴομαι, τοῖς ἐλευθέροις μεγίστην ἀνάγκην τὴν ὑπὲρ τῶν πραγμάτων αἰσχύνην εἶναι. Ἢ

Vid. ad Olynth. III. §. 17 not. crit. s. v. *διχῆ*. — *περισχοινίζεται)* Ald. Lessing. Cf. Aesch. de fals. leg. p. 206. —
§. 10. *οἶμαι)* Vulg. *οἴομαι* habet cod. Bav., quod recepp. R. A. B. Vid. ad or. de Pac. §. 5. *ἡγοῦμαι)* Par. 6, 7, 8, Aug. 1, App. Francf, prob. Schaefero. —

ἐκφύγῃ τὰ θηρία, εἰς τὰ δίκτυα ἐμπέσῃ. Inest huic metaphorae aliquid irrisionis, quum cum belluis comparentur Athenienses. Simile est Cic. pro Mil. §. 40: *Quum illam belluàm* (Clodium) *judicii laqueos declinantem jam irretitam teneret.*

§. 10. *πότε — πότε.* Hujus conduplicationis, quam Epizeuxin vocant, exempla multa sunt. Cf. §. 18. 46. ~~Olynth. I.~~ §. 10; III. §. 19. 20. Vid. ad Cic. Phil. II. §. 37. Simillimum nostro locum laudavit *Mount.* de Chers. p. 102: *τί μέλλομεν; ἢ πότε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελήσομεν; ὅταν νὴ Δί' ἀνάγκη τις ᾖ; Ἀλλ' ἣν ἄν τις ἐλευθέρων ἀνθρώπων ἀνάγκην εἴποι, οὐ μόνον πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθε, τὴν δὲ τῶν δούλων ἀπεύχεσθαι δήπου μὴ γενέσθαι δεῖ.* — *ἐπειδὰν τί γένηται; si quid acciderit?* Pronomen *τὶ* post *εἰ, ὅταν, ἐπειδάν, πῶς* in quaestione ita usurpatur, ut, quod sequitur verbum, aut reliqua enuntiatio ab eo non pendeat. Matth. Gr. §. 488. 5. Xenoph. Mem. I, 4, 14: *ἀλλ', ὅταν τί ποιήσωσι, νομιεῖς αὐτοὺς σοῦ φροντίζειν;* Plat. Hipp. maj. p. 29: *ταῦτα πάντα, ἃ φῂς καλὰ εἶναι, εἰ τί ἐστιν αὐτὸ τὸ καλόν, ταῦτ' ἂν εἴη καλά;* Hor. Sat. II, 3, 201: *Quorsum insanus quid enim Ajax fecit?* De duplici interrogatione in uno enuntiato vid. ad §. 36. Est autem hoc loco egregia *Subjectio*, de qua vid. ad §. 3. — *νῦν δὲ τί*, sc. *εἰ μὴ ἀνάγκην. Reisk.* — *ἐγὼ μέν*, non sequente *δέ*. Nam quid ipsi statuant, illis orator relinquit. *Rüdig.* — *ὑπὲρ τῶν πραγμάτων*, sc. *κακῶν*. Vid. ad §. 13. Olynth. III. §. 27. De sententia cf. Sall. Jug. 31, 21: *tamen ets viro flagitiosissimum existimo, impune injuriam accepisse.* — *εἰπέ μοι.* Formula hortandi, quae etiam tum ponitur, quum adhortatio fit ad plures. Vim ea interrogationis, quae sequitur, multum auget. *Brem.* cf. de Chers. p. 108. §. 74: *Εἰπέ μοι, βουλεύεσθε, „ἔφη,“ Θηβαίους ἔχοντες ἐν νήσῳ, τί χρήσεσθε καὶ τί δεῖ ποιεῖν.* adv. Timocr p. 718, 15. Hic usus, ut Singularis excipiat Pluralem, maxime in verbo dicendi obtinet. Vid. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 268. C. Vid. supra ad § 7. Huc pertinent *ἄγε, φέρε, ἴδε.* Cf. Phil. III. §. 16. Xenoph. Cyr. V, 3, 4: *Ἄγε δή, ἔφη, τὰ τῶν θεῶν ἀποδόντες τοῖς μάγοις, ... τὰ ἄλλα, καλέσαντες τὸν Γωβρίαν, δότε αὐτῷ.* Cic. Rosc. Am. §. 105: *Age nunc, illa videamus, judices, quae statim consecuta sunt.* Sic etiam *cedo* usurpatur. Cic. de Senect. c. 6. — *αὐτῶν*, i. q. *ἀλλήλων.* Sic Phil. III. §. 50. de Cor. p. 231: *πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐτάραττεν.* Thuc. IV, 25: *Οἱ Νάξιοι ... παρακελευόμενοι ἐν ἑαυτοῖς ... προσπίπτουσι τοῖς Μεσσηνίοις.* Soph. Ant. 145, ubi ad *καθ' αὑτοῖν* Schol. notat: *ἀντὶ τοῦ, κατ' ἀλλήλων.* Xenoph. Mem. III, 5. — *περιϊόντες πυνθάνεσθαι.* Egregie totus hic locus Atheniensium curiositatem novarum rerum studiumque de rebus publicis confabulandi exprimit, quum orator singulos loquentes inducat, quam formam loquendi *Sermocinationem* grammatici vocant. Cf. §. 48. Olynth. I. §. 23; II. §. 35. Phil. II. §. 14. *περιϊόντας* cum irrisione et contemptu vocat homines in foro ambulantes, otio-

βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες αὐτῶν πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγοράν· Λέγεταί τι καινόν;— γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν;— Τέθνηκε Φίλιππος; „Οὐ μὰ Δί', ἀλλ'
11 ἀσθενεῖ." Τί δ' ὑμῖν διαφέρει; καὶ γὰρ ἂν οὗτός τι πάθῃ,

αὐτῶν) Vulg. αὐτῶν) legitur in Felic. et P. Manut. edd. Recte Bekk. hoc recepit. αὐτοί) Laudian., Append. Francf., et ind. Herwag. αὐτοῦ) (*hic loci*) pessime Reisk. ex Aug. 2 recepit. ἀλλήλων) Auger. ex Longin. Sect. XVIII. At est interpretamentum. Vid. adn. — κατὰ τὴν ἀγοράν) Bekk. uncis inclusit, quos tollendos jubent *Rüdig.* et Krüger. Recte. — τί δ' ἂν γένοιτο καινότερον) Harl., Ald. Tayl., Append. Francf., Par. 8, Voss., Pith. τί γὰρ ἂν γένοιτο κ.) Longinus. Nimirum non intelligentes vim particulae γὰρ in interrogatione hallucinati sunt librarii. Vid. adn. —

---

sos illos, loquaces et novitatis curiosos. Interrogationes autem cumulatae, ut *Longinus* c. 38, 1 dicit, magnam orationi vim, vigorem fidemque conciliant, quare alii quoque rhetores hunc locum admirati sunt. *Hermog.* de Formis I, 7. Cf. infra §. 44. Multus Ciceronis usus harum interrogationum est in orationibus. — *Μακεδὼν ἀνήρ.* Vid. ad §. 9. Quanto hoc contemptu dictum sit, intelligitur maxime ex Phil. III. §. 31, ubi Macedones vilissimis barbaris adnumerantur. — *γένοιτο γάρ.* In omni interrogatione locus est particulae *γάρ,* quia intelligitur semper *nescio,* vel *dic mihi,* vel simile quid. Cf. §. 27. Eurip. Orest. 1111: *τρυφὰς γὰρ ἥκει δεῦρ' ἔχουσα Τρωϊκάς;* Unde et Latini *quisnam* vel *nam quis* (Cic. Rosc. A. §. 107: *numquisnam praeterea?* de Orat. II, 13: *numquidnam, inquit, novi?*) et Germani *denn* dicunt. Vid. Herm. ad Vig. p. 829. Vid. etiam ad Olynth. II. §. 6. — Acerbe ludit orator in verbis *καινόν* et *καινότερον,* quum *καινόν* sit proprie *novum,* et *inusitatum, non exspectatum.* Vid. §. 14. Similiter Cic. Cat. II. c. 8: *Quid enim exspectas? — — An tabulas novas? errant, qui istas a Catilina exspectant; meo beneficio tabulae novae proferentur, verum auctionariae.* Vid. Paldam. ad Propert. p. 267. — *τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν, res Graecas administrans,* ut Olynth. III. §. 21. Phil. III. §. 20. Vid. ad §. 12. Hoc praesertim valuit ad inflammandos Atheniensium animos, quippe qui Graeciae principatum sive hegemoniam, quam dicebant, nulli Graecorum civitati, nedum Philippo, homini barbaro, concedere voluerunt. Vid. ad Olynth. II. §. 27. Phil. II. §. 7. — *τέθνηκε — ἀσθενεῖ.* Nuntius de morbo Philippi Athenas allatus erat, qui morbus qualis esset, quamquam erat ignotum, facile tamen credebatur, et, ut fit, jam mortuus esse Philippus ferebatur. Unde alteri interroganti, num re vera mortuus esset, alter, qui melius esse doctus sibi videbatur, respondit, aegrotare Philippum. Utrumque ridet orator verbis *τί δ' ὑμῖν διαφέρει;* Vid. ad Olynth. II. §. 5. —

§. 11. *ἂν οὗτός τι πάθῃ, si quid huic acciderit,* pro: *si mortuus fuerit.* Euphemismus est et apud Graecos et apud Latinos usitatissimus. Cf. §. 12. Olynth. I. §. 15; III. §. 12. Vid. ad Cic. Cat. IV. §. 3. Veteres enim, humanitatis quodam studio ducti, quum rem injucundam et tristem significare volebant, eam, omissis verbis male ominatis, suavioribus vocibus significare solebant. Germani sic dicunt: *wenn ihm etwas begegnet.* — De constructione vid. ad Olynth. I. §. 28. — *τί δ' ὑμῖν διαφέρει; quid vestra refert?* Saepe etiam *διαφέρει* in hac formula omittitur. Ast. ad Plat. Prot. p. 310. D. Sensus est: nullum ex morte Philippi

ταχέως ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε, ἄνπερ οὕτω προσέχητε τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν. οὐδὲ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξηται, ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν. Καίτοι καὶ τοῦτο. εἴ τι πάθοι, καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρ- 12

---

§. 11. *ἐπηύξηκεν)* Bavar., sed ultimae syllabae superscriptum est *ται*. *ἐπηύξησεν)* Ald. Tayl. At passiva significatio verbi *αὐξάνω*, *augeor*, non invenitur in scriptoribus melioris notae. Vid. Vig. p. 181. a. Cf. etiam ad Olynth. I. §. 5; II. 39. — *ὑμετέραν)* Par. 1, 2, 3, 7, Aug. 2, 8, Ald., Felic., Bav. Non male respectu antecedentium. Sed vid. adn. ad h. l. et ad Phil. III. 15.

§. 12. *τούτων)* Sic Reisk. ex Pith., Ald. Tayl. dedit, putans, Pronomen a *τι* pendere; aut, si *τοῦτο* scribatur, *τι*, quod abest a Paris. 1, 8, Harris., delendum esse censet. At formulam non intellexit. Vid. adn. — *εἴ τοι πάθοι)* Bavar. *εἴ τοι πάθῃ)* Aug. 2. *καίτοι τοῦτο εἰ πάθοι)* Voss. — *ὑπάρξει)* Vulg. *ὑπάρξοι)* Ald., Felic., Manut., W. *ὑπάρξῃ)* ex Bav., Aug. 2, Reisk. Male; *πάθοι* requirit Optativum. Idem verba *ἧπερ ἀεὶ* —

---

commodum percipietis; nam in vestra socordia segnitiaque mox alius quis exsistet, qui aeque atque Philippus injuriam vobis faciat damnumque afferat. — *ἄνπερ οὕτω προσέχητε — τὸν νοῦν*, *ἐὰν οὕτως ἀμελήσητε τῶν πραγμάτων*. Per Emphasin *οὕτως* notat *tam negligenter, tanta socordia*. Saepe enim *οὕτω* vel *οὕτως* absolute ponitur cum mala notione, quae satis ex contextu intelligitur, et rem *consuetam, quotidianam* designat, id quod in omnium ferme linguarum sermone familiari invenitur. Cf. Olynth. III. §. 20. Phil. III. §. 22. 44. Ita Latini voce *sic* utuntur. Cic. Cat. III. §. 22: *Jam vero illa Allobrogum sollicitatio sic* (i. e. tam dementer) — *ceterisque domesticis hostibus — credita esset et ignotis et barbaris.* Rosc. A. §. 71: *Noluerunt corpus feris objicere —; non sic nudos in flumen dejicere* — *παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην*, *ex suo ipsius robore*, sive *per* vel *propter suum ipsius robur*. Sic Phil. III. §. 2: *οὐ παρ' ἓν οὐδὲ δύο εἰς τοῦτο τὰ πράγματα ἀφῖκται.* *Brem.* adv. Aphob. docuit *παρὰ* sic constructum plus esse, quam *διὰ* et significare rei momentum, *inprimis propter, was den Ausschlag gibt.* Ceterum de hoc Atheniensium vituperatione vid. ad §. 24. — *ἡμετέραν ἀμέλειαν*. Non erat, quod ob praecedentia *ποιήσετε — προσέχητε* librarii nonnulli *ὑμετέραν* scriberent; nam saepe orator personas mutat primaque utitur, ad omnes rem pertinere indicaturus. Schol. ad Olynth. I. §. 7 ita: *διὰ τὸ ἐπαχθὲς καὶ ἑαυτὸν συνάπτων τῷ ἐγκλήματι.* Cf. §. 3 *ταραττόμεθα.* Olynth. II. §. 6; III. §. 2. Saepe autem *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς* in codd. confunduntur. Cf. Olynth. III. §. 15. Cic. Cat. IV. §. 3: *Veremini, censeo, ne in hoc scelere tam immani ac nefando nimis aliquid severe statuisse videamini; quum multo magis sit verendum, ne remissione poenae crudeles in patriam, quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamur* (malo hoc loco codd. videamini exhibent). Cf. Xenoph. Cyr. V, 4, 23. —

§. 12. *Καίτοι καὶ τοῦτο.* Haec verba absolute dicuntur et supplendum est *λέγω* seu *φημί, ἴστε, σκοπεῖτε*, quod bene *Voemelius* cum *Engelhardtio* vidit; nisi forte ad sequens *ἴστε* referre voles, quod durum videtur. Dem. pro Cor. p. 268. §. 123: *Καίτοι καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι.* Vid. *Voemel.*, qui multus est in explicando hoc loco. Cf. Eurip. Orest. 657:

αὐτὸ τοῦτο, τοὺς φίλους
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν

Ibid. 794: *τοῦτ' ἐκεῖνο, κτᾶσθ' ἑταίρους, μὴ τὸ συγγενὲς μόνον.* De

ξαι, ἧπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, καὶ τοῦτ' ἐξεργάσαιτο, ἴσθ' ὅτι πλησίον μὲν ὄντες, ἅπασιν ἂν τοῖς πράγμασι τεταραγμένοις ἐπιστάντες, ὅπως βούλεσθε διοικήσαισθε, ὡς δὲ νῦν ἔχετε, οὐδὲ διδόντων ὑμῖν τῶν καιρῶν Ἀμφίπολιν, δέξασθαι δύναισθ' ἄν, ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς

ἐπιμελούμεθα sic dedit: (ἡ γὰρ ἀεὶ βέλτιον, ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν, ἐπιμελουμένη, καὶ τοῦτ' ἂν ἐξεργάσαιτο,): at hoc quoque ex formula male intellecta; neque ἐπιμελουμένη scribendum erat pro ἐπιμελούμεθα, quum ἡμεῖς proximum sit subjectum, neque ἂν post τοῦτο sine codicum auctoritate addendum erat. Vid. adn. — ἂν βούλησθε) Par. 1, 5, 7, Harl., Felic., P. Manut., Ald. Lessing. *Schaefero* quoque verum videtur. Sed vid. adn. — διοικήσεσθε Ald. Lessing., Par. 1, 5, 7, Aug. 2, Meermann. διοικήσετε) Par. 5, 7, 8. Harl., Aug. 1, Voss., Pith., Append. Francf., Ald. Tayl. Utrumque male; vid. adn. — ὑμῖν) Bekk. in ed. maj. omisit; restituit e quinque codd. in minore. — τῶν πραγμάτων ἀπηρτημένοι) Par. 5, 7. Est interpretamentum.

---

alio Ellipsis genere huic finitimo vid. ad §. 19. De καίτοι ad §. 35. — εἴ τι πάθοι — ἴστε. Vid. ad §. 18. — τὰ τῆς τύχης, i. q. ἡ τύχη, *fortunae favor*; sed plus haec formula, quum solum Substantivum, significat; exprimit enim omnem, quae in Substantivo inest, notionem atque rationem. Cf. §. 28. 33. 36. Olynth. III, §. 22. De fortuna, cui multum Demosthenes tribuit, vid. ad Olynth. I. §. 2. 22; III. §. 1. Cf. infra §. 45. — ὑπάρξαι, *adsit, faveat*. Cf. §. 32. 37. Olynth. I. §. 14; III. §. 10. Xenoph. Anab. I, 1, 4: Παρύσατις μὲν δὴ ἡ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ. De sententia verborum sequentium cf. Ovid. Metam. II, 140 sq.: *Fortunae cetera mando; quae juvet, et melius, quam tu tibi, consulat, opto.* — ἧπερ ἀεὶ βέλτιον, sc. ἡμῶν ἐπιμελεῖται. Vid. ad Olynth. II. §. 29. Particula περ, quam Reisk. male in γάρ mutavit, significat animum ejus, qui sententiam suam ab aliis non improbari putat, quod *Rüdig.* monet. Notat omnino *immer, immerhin*. Herm. ad Vig. p. 795. — καὶ τοῦτ' ἐξεργάσαιτο, pendet ab εἰ, orationemque interpositis enuntiationibus interruptam superioribus adnectit. Latini particulis *sed, igitur, tamen, itaque* ad orationem post parenthesin redordiendam utuntur. Cf. §. 20. 50. Vid. ad Cic. Phil. II. §. 77. — ἅπασιν — ἐπιστάντες. Haec verba interpretantur priora πλησίον ὄντες, et, ut *Rüdig.* dicit, rationem significant, qua rerum possint potiri. Aesch. in Tim. p. 151: τῇ κατηγορίᾳ ἐπιστῆναι. Latini dicunt *praesto esse, supervenire*. Vid. ad Olynth. III. §. 2, ubi est παρεῖναι. — ὅπως βούλεσθε. Indicativus recte se habet, quamquam verbum primarium in Optativo construitur; nam neque de *consilio ante capto*, verum *de re praesenti*, ut *Rüdigeri* verbis utar, sermo est, et orator sua, non Atheniensium persona loquitur, ubi Latini quoque in enuntiatione secundaria Indicativo utuntur, primaria cum Conjunctivo constructa. Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 6. — διοικήσαισθε. In libris nonnullis legitur διοικήσεσθε. Male. Nam rem, quae fieri possit, non quae fiat, indicari, ex toto loco intelligi potest. Vid. ad §. 42. — Ἀμφίπολιν. Vid. Proleg. §. 5. — δύναισθ' ἄν. In protasi εἰ cum Optativo (διδόντων i. q. εἰ διδοίη), in apodosi Optativus adjecta particula ἂν ponitur, si utriusque rei ea conditio est, ut tempore incerto fieri possit; sed non certum est, num re vera fiat. Cf. §. 25. Olynth I. §. 4. Phil. III. §. 14. Buttm. Gr. §. 126. 9. 3. — ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς γνώμαις. *Wolf.* hunc locum ita interpretatur: *vestris et apparatibus et animis*

παρασκευαῖς καὶ ταῖς γνώμαις. Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προς- 13
ήκοντα ποιεῖν ἐθέλοντας ὑπάρχειν ἅπαντας ἑτοίμως, ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων, παύομαι λέγων· τὸν δὲ τρόπον τῆς παρασκευῆς, ἣν ἀπαλλάξαι ἂν τῶν τοιούτων πραγμάτων ὑμᾶς ἡγοῦμαι, καὶ τὸ πλῆθος ὅσον, καὶ πόρους οὕςτινας χρημάτων, καὶ τἆλλα ὡς ἄν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκεῖ παρασκευασθῆναι, καὶ δὴ πειράσομαι λέγειν, δεηθεὶς

---

§. 13. *ἑτοίμους)* Vulg. Vid. adn. — *δοκῇ)* Vulg. Reisk. Rüdig. Ex Aug. 1. 2, Bav., Meerm. Bekk. recte *δοκεῖ* dedit. Nam particula *ἂν* pertinet ad *παρασκευασθῆναι*. Eadem constructio praecessit *ἣν* — *ἡγοῦμαι*. Vid. adn.

---

fluctuantes; unde alii, eum secuti, intellexerunt: *pendentes ab apparatibus et consiliis.* At melius Schol. *κεχωρισμένοι* sc. *τῶν πραγμάτων* (quam vocem codd. Parr. male addunt), *quum apparatu et consiliis longe absitis,* seu *non adsitis,* quam interpretationem recentiores recte amplexi sunt; nam et quod supra dixerat, *πλησίον ὄντες,* et totius loci ratio, qua rebus adesse Athenienses orator jubet, eam postulat. Contrarium est *προςηρτημένον,* de quo vid. ad Orat. de Pac. §. 12. Sensus igitur est: *Quamquam et hoc dico: si quid ei accidat et fortunae favor nobis adsit, quae quidem semper melius nobis, quam nosmet ipsi providemus, si, inquam, hoc efficiat, scitote, vos, si prope sitis, et rebus omnibus turbatis superveniatis, eas ex arbitrio esse gubernaturos; ut vero nunc estis, ne si det quidem Amphipolin opportunitas temporis, accipere possitis, quum et apparatu et consiliis absitis.* De re vid. ad §. 32 *βοηθείαις.* —

§. 13. *Ὡς μὲν οὖν — ἑτοίμως.* Constructio haec est: *Ὡς μὲν οὖν δεῖ ὑπάρχειν ἅπαντας ἐθέλοντας ποιεῖν ἑτοίμως τὰ προςήκοντα. Ἐθέλω ποιεῖν* est *sponte mea, meo ipsius impulsu aliquid facio.* Olynth. III. §. 6. *Brem.* Cf. Olynth. I. §. 9. 13; II. §. 14. *ἑτοίμως* ad *ποιεῖν* pertinet, quum verba *ἐθέλοντας ποιεῖν* unam notionem efficiant, non ad *ὑπάρχειν,* ut *Rüdig.* putat, qui hanc ob causam *ἑτοίμους* recepit. De constructione Impersonalis *δεῖ* vid. ad §. 22. — *ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων,* quippe *qui ita sentiatis et persuasum vobis habeatis.* Schol.: *τοιοῦτος δὲ ὁ Δημοσθένης, τὰ ἀμφιβαλλόμενα λαμβάνων ὡς ὁμολογούμενα.* Cf. §. 19 *δεδόχθαι. ὡς* sive *ὥστε, ἅτε* cum Participio ita construuntur, ut ex alterius sententia indicetur, cur aliqua res fiat, et reddi debent *quippe, utpote, quia, quasi, tanquam.* Quales constructiones qui solvere volet, is Participiis *νομίζων, διανοούμενος,* sequente Accusativo cum Inf., utetur. Matth. Gr. §. 568. Cf. Olynth. III. §. 21. Phil. II. §. 13; III. §. 20. Herod. VIII, 144: *νῦν δὲ, ὡς οὕτω ἐχόντων, στρατιὴν ὡς τάχιστα ἐκπέμπετε.* — *ἣν ἀπαλλάξαι ἂν — ἡγοῦμαι, quem* (apparatum) *hoc rerum statu vos liberaturum esse arbitror.* Utraque lingua in hac Relativorum constructione congruunt. *Ἣν* est Subjectum, *ὑμᾶς* Objectum ad verbum *ἀπαλλάξαι.* Particula *ἄν,* quam *potentialem* vocant (vid. ad §. 42), ad *ἀπαλλάξαι* referenda, si Participiis et Infinitivis adjuncta est, toti enuntiationi eam addit significationem, quam aut Optativus aut Indicativus, si posuisses, cum eadem hac particula haberent, et saepissime tempus futurum exprimit. Sic proxime *ἂν παρασκευασθῆναι.* Cf. §. 31. Olynth. I. §. 1; II. §. 8 et 27; ad III. §. 10; inprimis ad Phil. II. §. 18 not. crit. Matth. Gr. §. 597. a et b. Buttm. Gr. §. 126. 14. — *τοιούτων πραγμάτων,* sc. *κακῶν,* emphatice dictum; nam *πράγματα* est vocabulum medium, quod modo bonam, modo malam rerum conditionem significat. Hoc loco est re-

14 ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοσοῦτον. Ἐπειδὰν ἅπαντα ἀκούσητε, κρίνατε, μὴ πρότερον προλαμβάνετε· μηδ', ἂν ἐξ ἀρχῆς δοκῶ τινι καινὴν παρασκευὴν λέγειν, ἀναβάλλειν με τὰ

---

§. 14. *καὶ μὴ πρότερον προλάμβανετε)* Vulg. At *καὶ* ex interpretamento additum; est enim grave Asyndeton, quod non erat pervertendum. — *κενήν)* Index Lamb., quod probat *Mounten.*, existimans, Scholiastam quoque id in suo codice habuisse. Reisk. At errat, et verbum *ἀναβάλλειν* respuit *κενήν*. — *ἀναβάλλεσθαι)* Vulg. At vid. adn. ad h. l. et Phil. III. 14. —

---

rum status, quo Atheniensibus erat timendum, ne Philippus superior esset. Cf. §. 10. Olynth. III. §. 8, ubi Schol. interpretatur: *ἃ ὑπὸ Φιλίππου πεπόνθασιν.* Vid. ad §. 5. — *ὥς μοι δοκεῖ.* Male *Rüdig.* ex codd. *δοκῇ* recepit. Nam quae sibi optima viderentur, certo scire oratorem oportuit, neque locus, quem ille ex oratione de Class. p. 178, 13: *πειράσομαι τὸν τρόπον εἰπεῖν, ὃν ἄν μοι δοκῆτε παρεσκευάσθαι,* affert, lectionem suam confirmat; nam ibi orator per modestiam quandam, quum *δοκῆτε* ad Athenienses pertineat, Conjunctivum usurpasse videtur. Locum autem, quem ex nostra oratione (§. 21) laudat, plane diversum a nostro esse, facile intelligitur. — *καὶ δή, protinus, statim. Καὶ δή* apud Atticos prope idem est, quod *ἤδη,* et tum de eo, quod protinus sequitur, tum de eo, quod modo antecessit, ponitur. Utriusque generis exempla vid. apud Hermannum ad Vig. p. 829. *Brem.* Cf. de Pac. §. 9. — *δεηθείς, vos rogatos volo.* Vid. ad Olynth. II. §. 35. Phil. II. §. 6. — *τοσοῦτον.* Vid. ad §. 4 *λογισάσθω τοῦτο.* Praeterea in sequenti enuntiatione notandum est grave Asyndeton, in quo nexus orationis sono vocis constituendus est. Vid. ad §. 34. 36. Phil. II. §. 17; III. §. 1. Cic. Verr. Act. I. §. 29: *Accedet nobis etiam illud. Judex est M. Caesonius.* Cf. ibid. §. 34. —

§. 14. *ἐπειδὰν — ἀκούσητε.* Vid. ad §. 22. — *πρότερον προλαμβάνετε, ne antevertatis, ne praecipites sitis in judicio vestro.* Pleonastice dictum est, ut supra §. 7 *πάλιν ἀναλήψεσθε.* Sic Phil. II. §. 18: *ἐὰν μὴ φθάσῃ ποιήσας πρότερος.* Ibid. III. §. 2: *μᾶλλον προαιρουμένους.* Idem Pleonasmus Latinis quoque usitatus est, quum vocabula *rursus, retro, prius, ante, saepe* et alia ponant, verbo eorum hanc vim jam exprimente. Virg. Aen. II, 269: *retro referri.* Corn. Nep. Alcib. IV, *clam se subducere;* ibid. VII, 5: *rursus resacrare.* Alia exempla vid. apud Ramsh. Gr. §. 206. C. a. Ceterum observa hujus loci artem oratoriam. Demosthenes enim dicturus, quod animis civium suorum minus jucundum esset, antevertit supprimitque praecipitem improbationem. Vid. ad or. de Pac. §. 15. De verbo *προλαμβάνειν* vid. ad §. 31. — *κρίνατε — προλαμβάνετε.* Aoristus *κρίνατε* actionem *transeuntem*, in fine orationis *conclusam*, Praesens *προλαμβάνετε permanentem*, per totam orationem saepe *repetitam* significat. Ita saepius diversa tempora junguntur. Cf. §. 16. 18. Olynth. II. §. 31. Matth. Gr. §. 501. Buttm. Gr. §. 124. 5. Herm. ad Vig. p. 748. — *Καινήν, novum, inauditum apparatum,* qualem Athenienses hucusque non instruxerant, aptum illum atque parem rebus cum successu gerendis. *Schaefer.* Novum appellat apparatum, requirens novos milites atque recentes, novas naves, nova arma, vetusta, diuturno usu detrita, reprobans. *Reisk.* Sic *novus* apud Latinos de rebus, quae adhuc non fuerunt, usurpatur. Cic. Lig. §. 1: *Novum crimen, C. Caesar, et ante hunc diem inauditum, propinquus meus ad te detulit.* Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 1. — *ἀναβάλλειν, remorari.* Sensus est: *Nemo, si initio apparatum novum di-*

πράγματα ἡγείσθω. οὐ γὰρ οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες μάλιστα εἰς δέον λέγουσιν (οὐ γὰρ ἂν τά γε ἤδη γεγενημένα τῇ νυνὶ βοηθείᾳ κωλῦσαι δυνηθείημεν), ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ, 15
τίς ποριςθεῖσα παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν διαμεῖναι δυνήσεται, ἕως ἂν ἢ διαλυσώμεθα πεισθέντες τὸν πόλεμον, ἢ περιγενώμεθα τῶν ἐχθρῶν· οὕτω γὰρ οὐκέτι τοῦ λοιποῦ

---

§. 15. *τέως*) Bav. Reisk. Vid. ad Olynth. I. 21, ubi alia loci ratio est. —

---

cere videor, existimet, me rem omnem differre ac remorari, ut omnino non perficiatur. Male in cod. Vict. legitur *ἀναβάλλεσθαι.* Hoc enim dicitur de iis, qui ipsi rem aliquam *differunt* et *prorogant,* et usurpatur ad indicandam cunctationem ac procrastinationem rerum, quae cunctatio fit ex desidia et languore; illud autem de iis, qui alios de industria *remorantur,* vel malitiose ab agendo prohibent; dein etiam ratione rerum, quarum eventum malo consilio reprimunt. Vid. Phil. III. §. 14. Olynth. II. §. 9. — *οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες, qui jactant illico hodieque.* Aut calidi homines sunt, qui primo momento cuncta devorant, secundo languescunt, obdormiscunt tertio; aut, quod verisimilius est, pecunia corrupti, qui sub specie rapiditatis cuncta torpefaciunt. *Brem.* — *εἰς δέον, opportune.* Sic *εἰς καιρόν, εἰς καλόν* (Soph. Oed. T. 78), *commode, opportune, εἰς μακράν* (Olynth. I. §. 20), *in longum tempus, εἰς ἅπαξ* (Olynth. I. §. 10), *semel, in breve tempus, εἰς* et *πρὸς ὑπερβολήν, excellenter, εἰς πᾶσαν ἀκρίβειαν, accuratissime*, et alia ejusmodi. Plura exempla vid. apud Vig. p. 596 sq. — *οὐ γὰρ ἂν — δυνηθείημεν, nam certe, quae* (a Philippo) *facta sunt, hac expeditione subito confecta non impedire* (i. e. amovere, irrita facere) *possimus.* Similiter Hor. Od. III, 29, 45: *non tamen infectum, quodcunque retro est, efficiet, neque diffinget infectumque reddet, quod fugiens semel hora vexit,* quem locum *Brem.* in medium protulit. Vid. inprimis ad Olynth. II. §. 6. — *τῇ νυνὶ βοηθείᾳ.* Vid. ad §. 32. —

§. 15. *ὃς ἂν δείξῃ.* Vid. ad §. 3. — *τίς ποριςθεῖσα παρασκευὴ καὶ πόση. Τίς* respicit varia bellici apparatus genera, equitum, peditum, navium; *πόση* singularum partium numerum (Vid. ad §. 20.). Verbum autem (v. c. *ἀρκέσει*) supprimit vivida et accelerata oratio. *Πόθεν διαμεῖναι δυνήσεται* spectat subsidia, quibus opus est ad alendas omnis generis copias. *Brem.* Cf. §. 20. Class. p. 178, 18: *εἰ . . . εἰς δύναιτο διδάξαι, τίς παρασκευὴ . . . χρήσιμος ἔσται τῇ πόλει.* — *ἕως ἂν ἢ διαλυσώμεθα πεισθ. — περιγενώμεθα, donec aut pacem aequis conditionibus (πεισθέντες) fecerimus, aut hostes devicerimus.* Sic Xenoph. Cyr. V, 5, 45: *πολλῷ ἂν μᾶλλον ἀνύσαι δυναίμεθα, καὶ εἴ τι βιάσασθαι καιρὸς, καὶ εἴ τι πεῖσαι δέοι.* Sall. Jug. c. 13: *Igitur urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adjungit.* Post particulas *ἕως, ἔστ' ἄν, πρίν, μέχρι οὗ,* si de re incerta sermo est, aut *Conjunctivus* aut *Optativus* sequitur, ille, si res praesens aut futura, hic, si praeterita est. Matth. Gr. §. 522. Cf. §. 41. Olynth. I. §. 21. 31. Aoristus Conjunctivi cum hisce particulis habet significationem Futuri exacti. Phil. III. §. 10. 53. *ἂν* plerumque apud prosae scriptores additur; interdum autem omittitur. Cf. Aesch. adv. Ctesiph. §. 60. Indicativus aut Infinitivus de rebus plane certis adhibetur. Phil. II. §. 35. de Pac. §. 15. — *οὕτω, φυλάττοντες τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον.* Schol. — *τοῦ λοιποῦ,* quoties hostis impetum in nos facit. *Herm.* ad Vig. p. 706 haec: *τὸ λοιπὸν* dicitur et *τοῦ λοιποῦ,* hoc discrimine.

πάσχοιμεν ἂν κακῶς. Οἶμαι τοίνυν ἐγὼ ταῦτα λέγειν ἔχειν, μὴ κωλύων, εἴ τις ἄλλος ἐπαγγέλλεταί τι. ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις οὕτω μεγάλη, τὸ δὲ πρᾶγμα ἤδη τὸν ἔλεγχον δώσει· κριταὶ δ' ὑμεῖς ἔσεσθε.

16 *Πρῶτον μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τριήρεις πεντήκοντα παρασκευάσασθαι φημὶ δεῖν, εἶτ' αὐτοὺς οὕτω τὰς γνώμας ἔχειν, ὡς, ἐάν τι δέῃ, πλευστέον εἰς ταύτας*

---

quod *τὸ λοιπόν* continuum et perpetuum tempus significat; *τοῦ λοιποῦ* autem repetitionem ejusdem facti reliquo tempore indicat. — *ἔχω λέγειν, habeo, quae dicam.* Cf. Olynth. II. §. 23. Phil. III. §. 21: *ἔχοιμι διεξελθεῖν.* Raro Latini hoc genus dicendi imitantur. Cic. Rosc. A. §. 100: *Habeo etiam dicere, quem — de ponte dejecerit.* — *ἐπαγγέλλεται — ὑπόσχεσις. Ἐπαγγέλλεσθαι* est secundum veteres Grammaticos (e. g. Ammon. de differ. verb. p. 139 ed. Valcken.: *ὑπισχνεῖται ὁ τῷ αἰτήσαντι δώσειν ὁμολογήσας· ἐπαγγέλλεται δὲ ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ δώσειν ὁμολογήσας) non rogatum aliquid promittere,* ergo *jactare in promissionibus,* et, ut hoc loco, *gloriosa et magnifica profiteri; ὑπισχνεῖσθαι rogatum promittere, quod praestare et possis et velis.* Quod quidem discrimen, quamquam non ubivis observatur, hoc certe loco esse videtur, id quod ex totius enuntiationis ratione patet. Cf. Phil. II. §. 26. Dem. de fals. leg. p. 397. §. 178 utrumque verbum jungit: *ὑμᾶς ταῖς ὑποσχέσεσι καὶ τοῖς ἐπαγγέλμασι τοῖς τούτου καταληφθέντας τότε.* Cf. Eurip. Med. 719. Voci *ἐπαγγέλλεσθαι* respondet apud Latinos *profiteri* vel *pronuntiare.* Hor. Ep. ad Pis. 14: *Inceptis gravibus plerumque et magna professis purpureus assuitur pannus.* Vid. Doederl. Synonyma lat. IV, p. 114 sq. — *οὕτω μεγάλη,* sc. ut vix praestari posse videantur. Sensus est: Commoda, quae ex rogatione mea proficiscentur (*ἕως ἂν ᾖ διαλυσώμεθα — περιγενώμεθα τῶν ἐχθρῶν*), quamquam haud facili negotio assequi poterimus, tamen, ut ex ipsa causa apparebit, percipiemus, si, quod postulo, fecerimus. Vos autem, re diligenter pensitata, dijudicabitis, num ex rogatione mea bonus an malus eventus futurus sit. — *πρᾶγμα,* est *causa, de qua agitur,* de Cor. p. 303, 14: *τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους φυγών.* —

§. 16. *τριήρεις, triremes.* Erant naves longae velociores, bellico usui adhibitae, quae ab ordinibus remorum in utroque navis latere collocatis aut *διήρεις, biremes,* aut *τριήρεις, triremes* (quarum optimus in bello usus fuisse videtur), aut *τετρήρεις, quadriremes,* etc. vocabantur. Eae in longitudinem aedificatae erant, ut major militum numerus in uno ordine stare posset. Aliae naves erant *mercatoriae (ὁλκάδες)* et *onerariae (ἱππαγωγοί),* quae graviores tardioresque triremibus erant et ad transportandos equites cum equis suis adhibebantur. Non aeque longae, multo autem latiores, quam triremes, erant, semperque has sequebantur. Cf. Caes. bell. Gall. IV, 22. Thuc. II, 56 teste singulae naves onerariae circiter triginta equites cum equis suis capiebant. Infra *ἱππαγωγοὶ τριήρεις* junguntur, quod nusquam alias legitur, quum *τριήρεις* et *ἱππαγωγοί* semper opponantur, ut §. 22. Recte *Brem.* ad h. l. dicit, oratorem ideo *τριήρεις* faciendas proponere, ut etiam hostium impetum sustinere possint, commeatusque satis praesidii habeat; nisi forte cum *A. G. Beckero* scribere voles: *ἱππαγωγούς, τριήρεις,* ita, ut hae illis praesidio sint. *πλοῖα* sunt *naves frumentariae, τὰ φέροντα τὰ ἐπιτήδεια. Ulpian.* Cf. de Pac. §. 25. — *πεντήκοντα.* De numero navium, quas etiam Demosthenis aetate Athenienses comparare po-

αὐτοῖς ἐμβᾶσι. πρὸς δὲ τούτοις, τοῖς ἡμίσεσι τῶν ἱππέων ἱππαγωγοὺς τριήρεις καὶ πλοῖα ἱκανὰ εὐτρεπίσαι κελεύω. Ταῦτα μὲν οἶμαι δεῖν ὑπάρχειν ἐπὶ τὰς ἐξαίφνης ταύτας 17
ἀπὸ τῆς οἰκείας χώρας αὐτοῦ στρατείας εἰς Πύλας καὶ Χεῤῥόνησον καὶ Ὄλυνθον καὶ ὅποι βούλεται. δεῖ γὰρ ἐκείνῳ

§. 16. *ἱππαγωγούς, τριήρεις καὶ πλοῖα)* Sic verba disjunxit *A. G. Bekker.* vers. Germ. p. 66, secutus *Robortellum* (Emend. I. 2 in Gruteri Lampad. Vol. II. p. 30). „Sed vide, ne τριήρεις ex antecedentibus irrepserit. Infra §. 22 καὶ ἱππαγωγοὺς τούτοις. Nisi forte αἱ ἱππαγωγοὶ τριήρεις oppositae fuerunt ταῖς ταχείαις, de quibus §. 22." *Schaefer.* Vid. adn. —

---

tuerint, vid. ad §. 40, unde intelligitur, parvum hunc navium numerum fuisse. „Ut aliquid modo gerant, quum tanta sit necessitas, facilia proponit." *Lucches.* — *παρασκευάσασθαι — ἔχειν.* Apparatus bellicus certo tempore finitur, neque perdurat, *naves apparatas volo;* animum autem Atheniensium manere oportet, ut, quandocunque res postulat, naves conscendant; unde varietas temporum. Vid. ad §. 14. Cf. proxime *εὐτρεπίσαι κελεύω — οἶμαι δεῖν ὑπάρχειν.* §. 18: *ἵνα — ἔχῃ — ληφθῇ.* — *αὐτούς.* Athenienses, quum hoc tempore a bello valde abhorrerent, mercenariis ad bella gerenda usi sunt (vid. ad §. 19); qui quum male rem gererent, ut ipsi cives naves conscendant, orator hortatur. Cf. Olynth. II. §. 4. Liv. XXVIII, 44: *Carthaginiensi nihil civilis roboris est; mercede paratos milites habent.* — *οὕτω τὰς γνώμας.* Latini quoque particulas *sic, ita* Substantivis jungunt. Cic. Rosc. A. §. 84: *Sic vita hominum est.* Terent. Ad. IV, 7, 21: *Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris.* — *ἡμίσεσι τῶν ἱππέων,* pro *τῷ ἡμίσει τῶν ἱππέων, dimidiae* seu *alteri parti equitum.* Dem. in Lept. p. 459, 13: *ὁ ἥμισυς τοῦ χρόνου.* adv. Aphob. I. §. 62: *τὰ ἡμίσεα τῶν χρημάτων.* Xenoph. Cyr. II, 3, 17: *ἡμίσεις τῶν ἀνδρῶν.* Plat. Phaedr. p. 104. c. 52: *ὁ ἥμισυς τοῦ ἀριθμοῦ.* Matth. Gr. §. 553. Vid. ad §. 34. Talis Genitivus Latinis incognitus est. — *Κελεύω,* verbum proprium de eo, qui instat et urget. *Brem.* Cf. §. 19. de Pac. §. 24. Sic Latini *jubeo* pro *hortor* usurpant. Cic. Fam. XIV, 1: *Sperare nos amici jubent, suadent, hortantur.*

§. 17. *ταύτας.* Praeter vim contemptus insectationisque, de qua ad §. 3 diximus, hoc Pronomen *res notas* significat, ut h. l.; nam expeditiones paulo ante factae erant. In Lept. p. 480, 7: *εἷλε τῶν νήσων τούτων τὰς πολλάς.* Omnino res *propinquas* ideoque *notas* exprimit. Vid. ad Olynth. I. §. 9; II. §. 4. 6. de Pac. §. 14. Phil. III. §. 23. Idem usus Pronominis *hic* apud Latinos est. Vid. ad Cic. Rosc. Am. §. 74: *hosce ex urbe sicarios.* — *εἰς Πύλας.* Vid. Proleg. §. 11. Qua postea ratione per has angustias in Phocensium terram ingressus sit eosque superaverit, vid. ad Phil. II. §. 7. — *εἰς Χεῤῥόνησον.* Vid. Proleg. §. 5. 10. In Chersonesum jam Miltiades coloniam deduxerat. Postea, bello Peloponnesiaco, Athenienses eam amiserunt. Sed quum magno momento esset ad tutandam in Hellesponto navigationem mercaturamque, et triginta talenta quotannis ex ea redirent, omnibus viribus nisi sunt Athenienses, ut eam a Thracibus, in quorum potestatem redacta erat, reciperent. Quod qua ratione factum sit, narravimus in Prolegg. l. c. Vid. ad Phil. III. §. 16. Olynth. III. §. 13. Phil. II. §. 30. — *εἰς Ὄλυνθον.* Vid. Proleg. §. 14. — *δεῖ ἐκείνῳ ἐν τῇ γνώμῃ παραστῆναι, ei stare oportet sententiam. Παραστῆναι, παρεστηκέναι* et *παρίστασθαι,* ut apud Latinos *stare,* de sententiis et judiciis dicuntur, quae in animo versantur, quae alte infixa sunt animis. Cf. Olynth. II. §. 1. Phil. II. §. 6. Soph. Oed. T. 904: *Χώρας*

τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ παραστῆναι, ὡς ὑμεῖς ἐκ τῆς ἀμελείας ταύτης τῆς ἄγαν, ὥςπερ εἰς Εὔβοιαν καὶ πρότερόν ποτέ φασιν εἰς Ἁλίαρτον καὶ τὰ τελευταῖα πρῴην εἰς Πύλας, ἴσως
18 *ἂν ὁρμήσαιτε. Οὔτοι παντελῶς οὐδ᾽ εἰ μὴ ποιήσαιτ᾽ ἂν τοῦτο, ὡς ἔγωγέ φημι δεῖν, εὐκαταφρόνητόν ἐστιν, ἵν᾽ ἢ διὰ τὸν φόβον, εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὑμᾶς, (εἴσεται γὰρ ἀκριβῶς· εἰσὶ γάρ, εἰσὶν οἱ πάντ᾽ ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ παρ᾽*

§. 17. *ἴσως ἂν)* Post haec verba Reisk. inseri voluit: *καὶ ἐπ᾽ αὐτόν.* At hoc jam significatur per *ταύτης τῆς ἄγαν.* *Rüdig.* —

§. 18. *ποιήσητ᾽ ἂν)* Harl., cod. Obsop., Append. Francf. — *εὐτρεπεῖς ὄντας)* *Wolf.* confirmante Voss. Auger. quoque Participium addidit et Schaeferus requirit. Vid. adn. Pors. ad Eur. Hec. 782.

ἄνακτες, δόξα μοι παρεστάθη, ναοὺς ἱκέσθαι δαιμόνων. Corn. Nep. Att. XXI, 5: *Nam mihi stat, alere morbum desinere.* Liv. XXI, 29 et 30: *postquam ipsi sententia stetit, pergere ire.* Cf. Terent. Eun. II, 1, 18. — *ἐκ τῆς ἀμελείας,* quasi ex somno experrectos. Sic Cic. Rosc. A. §. 141: *experrecta nobilitas.* — *ὡς — ἴσως ἂν ὁρμήσαιτε.* Particula *ἂν* pertinet ad *ἴσως,* non ad *ὁρμήσαιτε.* Nam *ἴσως ἂν, τάχ᾽ ἂν* poni solent *ἐκ παραλλήλου,* ut *Schaeferus* ad Phil. III. §. 70 monet. In oratione obliqua praesertim *ὡς* et *ὅτι* cum Optativo cujusque temporis struuntur, omissa particula *ἄν.* Matth. Gr. §. 529. 2. — *εἰς Εὔβοιαν.* Hujus insulae incolarum inter se discordium alii ab Atheniensibus, alii a Thebanis auxilium petiverunt; quam ob rem illi copiis celeriter collectis, Timotheo auctore, Thebanos brevi tempore (Dem. adv. Androt. p. 597, 19—22 *tribus diebus,* Aesch. adv. Ctesiph. p. 479 *quinque diebus* dicit) insula expulerunt. Vid. Proleg. §. 5. Timothei adhortationem nobis tradidit Dem. de Chers. p. 108. §. 74. Hujus rei bene gestae admonitione (Dem. adv. Andr. l. c. narrat: *Εὐβοεῖς σωθέντες καὶ ἐλευθερωθέντες ἐστεφάνωσαν τὸν δῆμον*) quamquam delectabantur Athenienses, nihilo tamen magis ad eandem in Philippum agendi rationem accensi sunt. Cf. Olynth. III §. 8. Diod. Sic. XVI, 7. Postea Philippus rebus Euboeensibus sese immiscuit, de qua re vid. ad §. 37. — *εἰς Ἁλίαρτον.* Certamine Locrenses inter et Phocenses de agro exorto, Spartani hos, Thebani, a Persis corrupti, illos adjuverunt, unde bellum, quod *Boeoticum* vocant, exortum est, in quo Lacedaemonii, quum Lysandro et Pausania ducibus in Boeotiam invasissent, ad *Haliartum,* urbem hujus terrae insignem, a Thebanis et Atheniensibus in auxilium vocatis, Lysandro interfecto, fugati sunt, priusquam Pausanias opem ferre poterat (Olymp. XCVI, 3. a. Ch. 394). Xenoph. Hell. III, 5, 16—25. Unde factum est, ut Agesilaus, rex Lacedaemoniorum, qui res in Asia bene gesserat, in Europam reverti cogeretur. Vid. ad §. 23. Xenoph. Hell. IV, 2, 1 sq. Multum de hac re Athenienses sibi tribuerunt, ut apparet ex oratione de Cor. p. 258. §. 96. Ceterum perpauci ex iis, qui huic concioni adfuerunt, id tempus, quo hoc bellum gerebatur, attingere potuerunt. Solent autem oratores populum tanquam perennem aut perpetuam personam alloqui, eique ut ab ipso facta tribuere, quaecunque prioribus publice acta erant. *Τὸ ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τὴν πόλιν λέγω,* alicubi dicit orator noster. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. p. 460, 24. —

§. 18. *οὔτοι παντελῶς, sane prorsus non.* — *εἰ μὴ ποιήσαιτ᾽ ἂν τοῦτο,* sc. *τὸ ὁρμᾷν ἐπ᾽ αὐτόν.* *Reisk.* *εἰ* cum Optativo, sequente Indicativo in apodosi ita ponitur, ut in protasi sermo sit de re incerta, quae fieri possit; in apodosi autem de re, quae certe aut fit aut

ἡμῶν αὐτῶν πλείους τοῦ δέοντος) ἡσυχίαν ἔχῃ, ἢ παριδὼν ταῦτα ἀφύλακτος ληφθῇ, μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ὑμῖν, ἂν ἐνδῷ καιρόν. Ταῦτα μὲν 19

περιδών et περιϊδών) Fluctuant codices inter has formulas. Bekk. ex omnibus suis παριδών dedit. „Παριδών missum faciens ex contemptu, quoniam nullum rei tribuatur pretium; περιϊδών, praetermittens ex negligentia, quoniam parum ad rem attendis, ut minus gratam, imo molestam." *Brem.* καιρός) Vulg. ante *Bekkerum*. Vid. adn. —

---

non fit pro eventu rei prioris. Cf. §. 12. 31. Olynth. II. §. 16; III. §. 27. ad Phil. II. §. 8. Ἂν vero, quod raro in hujusmodi enuntiationibus additur (Matth. Gr. §. 525, 7) hanc ob causam adjungi *Schaeferus* dicit, quod enuntiatio per se, h. e. nulla ratione habita antegressae particulae *εἰ*, sit hypothetica, *etiam si forte (εἰ τύχοι) hoc non faciatis.* Xenoph. Mem. I, 5, 3: ἀλλὰ μὴν εἴ γε μηδὲ δοῦλον ἀκρατῆ δεξαίμεθ' ἄν, πῶς οὐκ ἄξιον αὐτόν γε φυλάξασθαι τοιοῦτον γενέσθαι. Vid. Herm. ad Vig. p. 830. Heind. ad Plat. Protag. p. 535. Est autem *Dilemma* in §. 17 et 18 hoc significans: sive cum his copiis expeditionem facitis, sive non facitis, expediet nobis, eas comparare. Hac gravi argumentatione saepe utitur Cicero in orationibus suis. Vid. ad Cic. Phil. II. §. 16. 54. 56. — εὐτρεπεῖς, sc. ὄντας, quam vocem *Wolf.* addidit. At opus non est. Sic enim Adjectiva absolute solent collocari. Vid. ad Olynth. III. §. 28. — εἰσὶ γάρ, εἰσίν. Vid. ad §. 10 πότε — πότε. Phil. III. §. 36. De re cf. Olynth. I. §. 4. — ἐξαγγέλλοντες. *Hesych.*: ἐξάγγελος ὁ τὰ ἔσω γεγονότα τοῖς ἔξω ἀγγέλλων, *qui clandestina consilia enuntiat.* Sturz. Lex. Xenoph. II, 202. Primum hoc loco leviter Demosthenes queritur de proditoribus, qui, quidquid Athenis agebatur, Philippo nuntiabant. Tangit fortasse Aristodemum et Neoptolemum histriones, qui iidem postea pacis auctores fuerunt. Vid. de Pac. §. 6. 7. de fals. leg. p. 344, 21. Acerbius in orationibus, quas post hanc habuit, istos castigavit Cf. Phil. III. §. 9. 14. Aeschines autem, Demosthenis adversarius, post primam demum legationem de pace corruptus est, quod vere monet *Voemel.* ad h. l. *Valckenarius* in oratione *de Philippi Amyntidae indole, virtutibus, rebusque gestis, causis externis fractae Graecorum libertatis* haec dicit: „Rex munificentissimus ubique locorum in Graecia proditores sibi paravit, quorum *atrum catalogum* ex ingenio sic amplificavit (vid. orat. ipsam p. 241. Cf. de Cor. p. 324, ubi nomina proditorum afferuntur, hoc addito: ἐπιλείψει με λέγοντα ἡ ἡμέρα τὰ τῶν προδοτῶν ὀνόματα). Nam inter illos, quos orator turpi hoc nomine dehonestavit, fuisse credibile est non pecunia, sed humanitate regis captos, qui illius imperium anteponerent speciosae libertati, quae dicebatur, et superbis dominis, plebi, quique plebem ducerent, concionatoribus." Neque barbarus fuit Philippus, sed non parva humanitate et eruditione excelluit. Vid. Ael. Var. Hist. IV, 19. Aul. Gell. N. A. IX, 3. Cic. de Offic. II, 15. Ipsum Demosthenem magni aestimavit. Plut. Dem. c. 12. Alias ejus et virtutes et vitia vid. Proleg. §. 4. Olynth. I. §. 16. 18. 19; III. §. 23. Supra §. 9. — ἂν ἐνδῷ καιρόν, sc. ἐκεῖνος. Formula notans hominis incuriam et socordiam, quae nocendi ansam praebet. Frequentior etiam est locutio ἂν μαλακόν τι ἐνδῷ de eo, qui mollem se et remissum praebet. Ἂν ἐνδῷ καιρός, quod ante Bekkerum legebatur, Graecum non videtur. Ἐνδοῦναι quidem saepe intransitive ponitur, sed nonnisi de *hominibus*, qui remittunt, non de καιρῷ similibusve. *Brem.* Praeterea ἂν ἐνδῷ καιρὸν melius congruit illis παρι-

ἐστιν, ἃ πᾶσι δεδόχθαι φημὶ δεῖν καὶ παρεσκευάσθαι προσήκειν οἶμαι· πρὸς δὲ τούτοις δύναμίν τινα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημὶ προχειρίσασθαι δεῖν ὑμᾶς, ἣ συνεχῶς πολεμήσει

§. 19. παρασκευάσασθαι) Vulg. ante Bekkerum, qui recte ex Par 2, 8, Obsop., Felic., Manut., Append. Francf., Harl., recepit παρεσκευάσθαι. Vid. adn. — πρὸ δὲ τούτων) (prae his) Pith., Ald. Tayl., Aug. 3., ind. Ald. Manut. „Vulgata unice vera. Alteram illam opinor natam esse e τούτῳ." *Schaefer.*

δῶν ταῦτα — ληφθῇ. Totius enuntiationis sensus hic est: *Neque omnino, etiamsi forte non faciatis (ut ego faciendum esse dico), contemnendum est, ut aut metu, non ignorans vos esse paratos (nam certe sciet; sunt enim, sunt apud vos justo plures, qui omnia ei denuntiant), aut otium agat, aut, his contemptis, de improviso opprimatur, nemine vos impediente, quominus, si occasionem praebuerit, in ejus regnum navigetis.* — ἵνα — ἔχῃ — ληφθῇ. De temporum varietate vid. ad §. 14 et 16. —

§. 19. δεδόχθαι καὶ παρεσκευάσθαι — οἶμαι, *quae omnibus probata esse oportere dico et quae instructa esse convenire arbitror.* Perfectum παρεσκευάσθαι habet significationem *necessarii* et *absoluti* apparatus, quem *celeriter*, sine ulla cunctatione cives perficiant, *paratum volo.* Exprimitur etiam his Perfectis status *durans* et *permanens* (ich sage, dass es ein für allemal beschlossen werden müsse); praeterea *finis*, non *ratio* et *cursus* rei spectatur. Vid. ad Olynth. I. §. 4. de Pac. §. 12. Phil. II. §. 28. Matth. Gr. §. 500. Dem. de Chers. p. 91. §. 3: περὶ τούτων δ' οἶμαι τὴν ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεῦσθαι καὶ παρεσκευάσθαι. Non infrequens est hic usus Perfecti cum significatione *celeritatis* et *studii* seu *rei perfectae* apud Latinos. Hor. Od. III, 4, 53: *fratres tendentes opaco Pelion imposuisse Olympo.* Ep. ad Pis. 434 sq.: *Reges dicuntur multis urgere culullis et torquere mero quem perspexisse laborant.* Cf. ibid. 98. — δύναμιν, *copias pedestres.* Hoc sensu δύναμις saepe apud Demosthenem legitur, et classi (ἀποστόλῳ) opponitur. Cf. §. 22; ad §. 35. — συνεχῶς πολεμήσει. Quum adhuc Athenienses ita bella gererent, ut post unam expeditionem milites domum redirent, Philippus autem copiis semper instructis paratisque uteretur, factum est, ut quamlibet opportunitatem in suam rem vertere, et illos omnibus in rebus antevenire posset. Cf. §. 36. 37. Phil. III. §. 48. Prudenter igitur orator noster civibus suis suadet, ut belli gerendi rationem Philippi imitantes manum paratam habeant, quae semper eum bello vexet. Vid. ad §. 32. 33. Olynth. III. §. 17. Futuro πολεμήσει eadem, qua postea κελεύω, ratione ad ea, quae fieri velit, significanda orator utitur. Sic proxime ἔσται et πείσεται. Cf. Olynth. I. §. 11; III. §. 2. Vid. ad Olynth. II. §. 9. Interdum Praesens eadem sententia ponitur. Cf. §. 21. — μή μοι, sc. εἴπῃς vel λεγέτω. Haec formula, sequente Accusativo, usurpatur ἀποσιωπητικῶς, ut quisque pro ingenio et moribus possit supplere, quod velit. Hic v. c. μή μοι ψηφίσησθε. Exempla ellipticae hujus locutionis habet *Heindorf.* ad Plat. Protag. §. 25. p. 315. *Brem.* Supplendum est in hac formula verbum dicendi, quod, quia facile et per se intelligitur, Graeci omittunt, quo orationem vividam reddunt. Plat. Menon. p. 74. D: ἀλλὰ μή μοι οὕτως, ἀλλ' ἐπειδή κ. τ. λ. Similem Ellipsin vid. ad §. 12. Soph. Ant. 441: σὲ δή, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα, sc. καλῶ. Ibid. 673: καὶ σοί γε κἀμοί. μὴ τριβὰς ἔτ', ἀλλά νιν κομίζετ' εἴσω, δμῶες, ubi ἐμβάλλετε, ποιεῖτε vel simile quid supprimitur. Aristoph. Ach. 344: μή μοι πρόφασιν. Ibid. Vesp. 1174: μή μοί γε μύθους. Cic. Fin. II, 6: *Tum ille, finem, inquit, interrogandi, si*

καὶ κακῶς ἐκεῖνον ποιήσει. μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους ξένους, μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις, ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔσται, κἂν ὑμεῖς ἕνα κἂν πλείους κἂν τὸν δεῖνα κἂν ὁντινοῦν χειροτονήσητε στρατηγόν, τούτῳ πείσεται καὶ

ἀλλ' ἤ) Vulg., quae lectio nata est ab iis, qui formulam ἀλλ' ἤ non intellexerunt. Vid. adn. — ἔστω) Vulg. Male; ἔσται enim ex ratione fut. πείσεται scribendum est. De hoc Fut. vid. adn. ad πολεμήσει. *Schaefero* quoque placet ἔσται, propter sequens Futurum; quod nisi esset, non dubitaret, praeferre Imperativum, qui modus alibi post μή μοι — ἀλλά ponatur.

---

videtur. Alia exempla habet *Ast.* ad Plat. Protag. p. 318. B. μοί est *Dativus ethicus*, quem vocant, Latinis quoque et Germanis usitatissimus. Ita autem adhibetur, ut exprimatur, ejus, ad quem haec Pronomina referantur, interesse, quae fiant. Cf. §. 26. 35. Matth. §. 392. Buttm. Gr. §. 120, 3. Not. 2. Soph. Oed. Col. 82: ὦ τέκνον, ἦ βέβηκεν ἡμὶν ὁ ξένος; Cic. Cat. II. §. 4: *Tongilium mihi eduxit, quem amare in praetexta coeperat.* Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 133. — μυρίους μηδὲ δισμυρίους. Solebant enim jactabundi Athenienses plurima quaeque decernere, parva autem atque adeo nihil eorum exsequi, ut orator ipse dicit §. 20. Vid. ad Olynth. I. §. 23; II. §. 14. — ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις. Athenienses in luxuriam lapsi hoc tempore non jam ipsi in bellum proficiscebantur, sed mercenariis (ξένοις· nam ξένοι sunt *copiae conducticiae*, quae ex convenis barbarisque hominibus erant conflatae) ad bella gerenda utebantur, ad quos comparandos *epistolas* ad eos duces, quorum tunc temporis negotium erat conducendi mercenarios (ξεναγοί), miserunt, ut magnum horum numerum colligerent. Sed interdum factum est, ut aut nulli aut pauci tantum colligerentur. Vid. ad Olynth. I. §. 23; II. §. 5. 14. Unde recte explicat *Reisk.* „*Truppen, die wohl auf dem Papiere stehen, aber nie angeworben werden, noch viel weniger im Felde erscheinen.*" Vid. ad. §. 30. Cf. §. 43. 45. Olynth. III. §. 14. Sic quoque interpretatur Schol. in Bekk. Anecd. I. p. 253: τὰς ἐν ἐπιστολαῖς γραφομένας μόνον δυνάμεις, ἔργῳ δὲ ἐν πολέμῳ μὴ θεωρουμένας. Itaque Demosthenes jubet, omissa hac mala militum parandorum ratione, robur exercitus ex civibus constare, ita ut summum imperium penes civitatem sit; his civibus nihilo tamen minus mercenarios addi. Male *Palmer.* exercit. ad Auct. Gr. p. 623 intelligit *minas per epistolas ad Philippum missas.* De ταύτας, quod per contemptum hic usurpatur, vid. ad §. 3 τῇ νῦν ὕβρει τούτου. — ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔσται, sc. δύναμις, quod ex priori δυνάμεις repetendum est. Sensus est: *Totius exercitus robur constet ex civibus, potestatemque in eum sola res publica exerceat.* Cf. §. 27. Vid. ad §. 45. Instat orator, ut copiae imperatori a populo ipso electo obtemperent, non alienigenae, quem forte mercenarii sibi sumant. De constructione ἀλλ' ἤ, *nisi, praeterquam,* Herm. ad Vig. p. 812 haec dicit: „Plerumque post negationem vel interrogationem, in cujus sensu inest negatio, usurpatur. Debet autem ita hoc οὐκ — ἀλλ' ἤ explicari, ut omissum statuatur aliud membrum, per ἤ cum priori conjungendum, quod quare omittatur, causa aperta est." Nostro loco alterum membrum statui potest: ἢ οὐδεμία. Xenoph. Hell. I, 7, 15: Οὗτος (Σωκράτης) δ' οὐκ ἔφη ἀλλ' ἢ κατὰ νόμον (*nonnisi secundum legem*) ποιήσειν. Plat. Apol. Socrat. p 34. B: τίνα ἄλλον λόγον ἔχουσι βοηθοῦντες ἐμοί, ἀλλ' ἢ τὸν ὀρθόν τε καὶ δίκαιον; Ceterum vulgata lectio ἀλλ' ἤ, quae Augero et Weiskio placuit, non probanda est, ut minus Demosthenica. — κἂν ὑμεῖς

20 ἀκολουθήσει. καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω. Ἔσται δ' αὕτη τίς ἡ δύναμις καὶ πόση, καὶ πόθεν τὴν τροφὴν ἕξει, καὶ πῶς ταῦτ' ἐθελήσετε ποιεῖν; Ἐγὼ φράσω καθ' ἕκαστον τούτων διεξιὼν χωρίς. Ξένους μὲν λέγω — καὶ ὅπως μὴ ποιήσητε, ὃ πολλάκις ὑμᾶς ἔβλαψεν, ἅπαντ' ἐλάττω νομί-

§. 20. ἐθελήσει) Cod. Lips. prob. Rüdig., recepit Dindorf. Nec re vera spernenda lectio est, quae congruit praeced. ἕξει, et referenda est potissimum ad verba anteced. ἣ συνεχῶς — πολεμήσει, et ad ea, quae §. 31 sq. dicuntur. — ποιήσητε τοῦθ') Vulg. Bekk. autem optimorum codd. auctoritate τοῦθ' delevit, qui idem contra libros ποιήσετε scripsit. Vid. adn. —

ἕνα κἂν πλείους. *Schaeferus* cum Wolfio putat copulam *καί* inserendam esse, ut sit *καὶ κἂν ὑμεῖς*, ne oratio hiet. At vix Demosthenes talem ejusdem vocabuli concursum admisit, unde cacophonia exoriretur. In ipso *κἂν, etsi*, latet copula *et*, quod monuit *Doederl.* in Programm. de Brachylogia sermonis graeci et latini Erlang. 1831 p. 6. Idem hoc numerat in eo brachylogiae genere, quo idem vocabulum, semel scriptum, bis est intelligendum. Infra §. 50 *κἂν* est id quod *καὶ ἐάν*. Sic etiam Phil. III. §. 32. — *πείσεται καὶ ἀκολουθήσει,* sc. *ἡ πολιτικὴ δύναμις*. Unde apparet, mercenarios non cuivis duci parere solitos. *Wolf.* Vid. ad §. 3 *εἰδῆτε καὶ θεάσησθε.* — *τροφήν, σιτηρέσιον.* Vid. ad §. 23. Cf. §. 28. 29. Commeatum copiis praeberi jubet, ne parando alimento aut bellum negligere cogantur, aut hanc causam praetendentes suam tantummodo utilitatem sequantur. Cf. §. 24. 25. Olynth. I. §. 28. —

§. 20. *Τίς ἡ δύναμις.* Hoc pertinet ad genus copiarum, quod esse potest mercenariarum et urbanarum sive civilium, pedestrium et equestrium. Vid. ad §. 15. — *πόθεν τὴν τροφὴν ἕξει.* Quod quum in oratione ipsa non accuratius exponatur, in *ratione pecuniaria* (*πόρου ἀποδείξει*, §. 30), quam ex literis recitabat orator, factum esse liquet. Vid. §. 29. — *ἐθελήσετε, poteritis;* nam *ἐθέλειν* dicitur pro *δύνασθαι,* si facultas pendet a consilio. *Rüdig.* Vid. ad Olynth. I. §. 25. Xenoph. Mem. III, 12, 8: *οὐ γὰρ ἐθέλει αὐτόματα] γίγνεσθαι,* sc. *κάλλιστον καὶ κράτιστον γίγνεσθαι.* Herod. I, 74. Hom. Il. 20, 356: *οὐκ ἔθελε προρέειν, ἀλλ' ἴσχετο.* Zeun. ad Vig. p. 84 et 264. — *καθ' ἕκαστον χωρίς.* De cumulatione verborum idem fere significantium vid. ad §. 3. *Κατά* habet significationem *rei singulatim factae,* et addita voce *χωρίς* augetur. Cf. Olynth. I. §. 24. Phil. III. §. 22. de Pac. §. 26: *πρὸς ἑκάστους καθ' ἕνα.* Xenoph. Cyr. V, 3, 15: *σκοπῶμεν — πάντα καθ' ἕνα ἕκαστον.* — *ξένους μὲν λέγω.* Artificiose orator benevolentiam audientium captaturus, ubi copiarum genus enarrare incipit, metu, ne solos cives conscribi jubeat, auditorum animos liberat, et, quod omnes libentissime audiebant, mercenarios parandos esse dicit; tum interjectis per parenthesin compluribus enuntiationibus, priusquam singulas copiarum partes exponit, ad plenum earum numerum exprimendum transit. Ita aequiore animo auditores excipiunt oratorem, cives exercitui adesse jubentem. Est autem hoc genus orationis, quod *Ὑπέρβατον* rhetores vocant. Longin. *περὶ ὕψους* c. 22, 4 bene de hac arte orationis disserit. Tale *Ὑπέρβατον* Latini dicunt *Trajectionem* seu *Transgressionem verborum.* Vid. Cic. Orat. 69; ibid. de Orat. III, 54. Aliud Hyperbaton vid. Olynth. I. §. 16. Verbis *λέγω δή* orationem interruptam iterum adnectit. — *καὶ ὅπως μὴ ποιήσητε, videte, ne faciatis.* *Ὅπως* praecedente *ἀλλά, καί,* vel sequente *γέ, δή, τοίνυν* et similibus seu *praecipiendo* seu *ve-*

ζοντες εἶναι τοῦ δέοντος καὶ τὰ μέγιστ' ἐν τοῖς ψηφίσμασιν αἱρούμενοι, ἐπὶ τῷ πράττειν οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε· ἀλλὰ τὰ μικρὰ ποιήσαντες καὶ πορίσαντες, τούτοις προστίθετε, ἂν ἐλάττω φαίνηται. — Λέγω δὴ τοὺς πάντας στρα- 21
τιώτας δισχιλίους, τούτων δὲ Ἀθηναίους φημὶ δεῖν εἶναι πεντακοσίους, ἐξ ἧς ἄν τινος ὑμῖν ἡλικίας καλῶς ἔχειν δοκῇ, χρόνον τακτὸν στρατευομένους, μὴ μακρὸν τοῦτον, ἀλλ' ὅσον ἂν δοκῇ καλῶς ἔχειν, ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις. τοὺς δ' ἄλλους

§. 21. δοκεῖ) Aug. 5, sed η superscripto, cod. Vict. — στρατευσομένους) Tayl conject. Sed vid. adn. —

tando per Ellipsin pro Imperativo urgente usurpatur et aut cum Futuro Indicativi, aut cum Conjunctivo construitur. Suppleri potest *ὅρα, ὁρᾶτε, vide, cura, cave ne,* quod in scholis docemur. Vid. ad Olynth. III. §. 26. Xenoph. Cyr. I, 3, 18: *Ὅπως οὖν μὴ ἀπολῇ μαστιγούμενος, ἐπειδὰν οἴκοι εἴης, vide, ne castigatus moriaris, si domum reversus eris.* Ib. IV, 2, 39: *ὅπως μὴ αἰσχροὶ μὲν φανούμεθα, videte, ne turpes appareamus.* Plat. de Re publ. I: *Καὶ ὅπως μοι μὴ ἐρεῖς, ac vide, ne mihi dixeris. Bekkerus* scripsit *ποιήσετε* ex Dawesiana ratione, qua pro Aoristo I Conj. Act. et Med. post *ὅπως* poni solet Futurum. Sed iste canon non ita probandus, ut secundum eum in omnibus locis Aoristus sine certa ratione mutandus sit. Nostro loco Aoristum Conj. defendunt Brem. ad Olynth. II. §. 1, Rüdig. ad h. l., probavit Schaeferus. Vid. Buttm. Gr. §. 126, 4. Not. Matth. Gr. §. 520, 4. Vid. ad Olynth. I. §. 2. 12; III. §. 1. 2. de Pac. §. 14. Conjunctivum contra Bekkerum retinuit *Astius* ad Plat. Protag. p. 313. C. — *ἅπαντα ἐλάττω — τοῦ δέοντος — ποιεῖτε.* Idem Atheniensibus orator objurgat Olynth. II. §. 14. Sensus est: *Mercenarios dico — ac videte, ne faciatis, quod saepe vobis nocuit; minora putantes omnia, quam oporteat, in efficiendo ne parva quidem facitis.* — *πορίσαντες.* Vid. ad §. 29 *προσποριεῖ.* —

§. 21. *λέγω δή.* Particula *δή* eadem ratione, qua apud Latinos *itaque, igitur, inquam,* de quibus ad §. 12 diximus, post parenthesin ad orationem redordiendam adhibetur. Huc pertinet potissimum *ergo,* de qua vocula vid. Goer. ad Cic. de Fin. II, 34, 113. Plat. Apol. p. 21 cit. Voemel.: *Χαιρεφῶντα γὰρ ἴστε δήπου· — — καὶ ἴστε δὴ οἷος ἦν ὁ Χαιρεφῶν.* Cf. Xenoph. Cyr. I, 3, 2. Omnino severe praecipientis est. Cf. Olynth. I. §. 31. Phil. III. §. 71; et in conclusione poni solet ad rem aliquam repetendam et gravius imprimendam. Olynth. III. §. 18. — *στρατιώτας,* i. q. *πεζούς·* opponuntur equitibus. Xenoph. Hell. I, 3, 8: *στρατιώτας καὶ ἱππεῖς.* Cf. §. 28. — *ἐξ ἧς ἂν — δοκῇ.* Vid. ad §. 3 *οἷον ἂν βούλησθε.* De re vid. ad §. 7: *ὁ ἐν ἡλικίᾳ.* — *στρατευομένους.* De Praesente vid. ad §. 19: *πολεμήσει.* Proxime idem Praesens sequitur; quare non opus est conjectura Taylori: *στρατευσομένους.* — *μὴ μακρὸν τοῦτον.* Vide, quam leni passu oratori incedendum sit, ut Atheniensibus, *τοῖς πάλαι ποτ' ἀλκίμοις,* rem longe invisissimam probet. *Schaef.* Callide etiam non ipse omnia suo arbitrio constitui vult, sed civibus imperandi cupidis multa constituenda relinquit. — *ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις, ut alteri alteros excipiant.* Dativus cum Substantivis, a verbis, qui hunc casum secum habent, derivatis, pro Genitivo conjunctus haud ita rarus est. Vid. Matth. Gr. §. 396. Subaudiri potest Adjectivum seu Participium, h. l. *γενομένης.* Vid. infra §. 45. ad Olynth. III. §. 22: *τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις.* Soph. Trach. 668: *οὐ δή τι τῶν σῶν*

ξένους εἶναι κελεύω. Καὶ μετὰ τούτων ἱππέας διακοσίους, καὶ τούτων πεντήκοντα Ἀθηναίους τοὐλάχιστον, ὥςπερ τοὺς πεζούς, τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένους· καὶ ἱππαγωγοὺς
22 *τούτοις. Εἶεν. τί πρὸς τούτοις ἔτι; ταχείας τριήρεις δέκα· δεῖ γάρ, ἔχοντος ἐκείνου ναυτικόν, καὶ ταχειῶν τριήρων ἡμῖν, ὅπως ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ. Πόθεν δὴ τούτοις ἡ τροφὴ γενήσεται; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω καὶ δείξω,*

τούτων εἶναι πεντήκοντα) ex Bav., Aug. 2. Reisk. — *ἱππαγωγοὺς ς'* (i. e. ἓξ) Robortelli conject. l. c. prob. *A. G. Beck.* in vers. G. p. 66. — §. 22. *τριήρων)* „Hunc accentum ubique huic Genitivo dat *Imm. Bekkerus;* in Reiskiana modo legitur *τριήρων,* modo *τριηρῶν.* Et *τριήρων* quidem *περισπωμένως* pronuntiatum analogiae conveniens esse agnoscunt grammatici; usum tamen Atticorum affirmant invexisse *τριήρων,* quoniam *ων* Genitivi non contractum sit ex *εων,* sed *ε* extrusum. Verum in his cupiditas potius grammaticorum, quam ratio grassata est. Cf., si vis, *Buttm.* Gr. ampl. T. II. 401.“ *Brem.* —

Ἡρακλειδῶν ῥημάτων; ibid. Aj. 718: *θύμος Ἀτρείδαις.* Eurip. Phoen. 948: *Κάδμῳ παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων.* Xenoph. Cyr. I, 4, 17: *ἡ διαδοχὴ τῇ πρόσθεν φυλακῇ.* Latinis quoque hoc usitatum est. Cic. Legg. I, 15: *obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum.* Sall. Cat. 32, 1: *quod neque insidiae consuli procedebant,* i. e. quae consuli erant structae. — *ἱππέας διακοσίους.* Ducenti equites pro pedestrium numero, qui quidem vulgo erant deni pro singulo equite (singulis equitibus). *Voemel.* — *τοὐλάχιστον,* minimum. Vid. Vig. p. 22 sq. Cic. Fam. II. 1: *A te bis terve summum literas et eas perbreves accepi.* Vid. ad Cic. pro Mil. §. 12. — *τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥςπερ.* Vid. ad §. 39. —

§. 22. *Εἶεν, haec hactenus,* qua voce utuntur Graeci in omni genere sermonis, ubi ad alia progrediuntur. *Schaefer.* *Συγκατάθεσις μὲν τῶν εἰρημένων, συναφὴ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα Timaeus* s. v. *εἶεν.* Vig. p. 238. Buttm. §. 96. IV. Not. Saepe ita usurpatur, ut antecedentia comprobentur et concedantur, sed cum correctione aliqua, quae statim additur. Plat. Phaedr. c. 64: *ταῦτα δὲ εἰπόντος τοῦ Σωκράτους, ὁ Κρίτων, εἶεν, ἔφη, ὦ Σώκρατες· τί δὲ τούτοις ἢ ἐμοὶ ἐπιτέλλῃ; Zeun.* ad Vig. p. 238. Est Latinorum *esto.* Cic. Phil. II. §. 30: *Esto: sit in verbis tuis hic stupor: quanto in rebus sententiisque major?* Plura exempla vid. ad h. l. — *ταχείας τριήρεις, celoces.* His pugnabant vel in aliarum navium praesidium utebantur; opponuntur *ἱππαγωγοῖς,* quae transportationi militum equitumque usui erant. Vid. ad §. 16. Schol. ad Thuc. VI, 43 explicat: *πρὸς τὴν ναυμαχίαν ἐπιτήδειαι.* — *δεῖ — ἡμῖν.* *Δεῖ* construitur et cum Dativo et cum Accusativo (qui usitatissimus est in constructione Accusat. cum Infinitivo. Olynth. I. §. 2) personae; *χρὴ* nonnisi cum Accusativo; semel tantum apud Sophoclem Ant. 732 Dativus legitur: *ἄλλῳ γὰρ ἢ ἐμοὶ χρή γε τῆςδ' ἄρχειν χθονός;* quem locum respiciens Thom. Mag. in *Χρὴ* haec: *Χρή με ποιῆσαι πάντοτε λέγε, οὐ χρή μοι, εἰ καὶ Σοφοκλῆς ἅπαξ.* Cf. §. 13 32. Olynth. III. §. 19. Eurip. Med. 565: *σοὶ παίδων τι δεῖ;* Aesch. Prom. 86: *αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως.* Matth. Gr. §. 385, 91 et 419, 4. — *ἔχοντος ἐκείνου ναυτικόν.* Quamquam Macedones animum rebus nauticis non admodum advertebant (Heun. Opusc. Acad. IV, p. 169); tamen Philippus, quum sine classe Atheniensium opes haud facile se frangere posse intellexisset, occupatis potissimum Pangaei montis metallis aureis, unde plus

ἐπειδὰν, διότι τηλικαύτην ἀποχρῆν οἶμαι τὴν δύναμιν καὶ πολίτας τοὺς στρατευομένους εἶναι κελεύω, διδάξω.

23 Τοσαύτην μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διὰ ταῦτα, ὅτι οὐκ ἔνι νῦν ἡμῖν πορίσασθαι δύναμιν τὴν ἐκείνῳ παραταξομένην, ἀλλὰ λῃστεύειν ἀνάγκη καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ

---

mille talenta (2,605,827 Flor.) ipsi redierunt, classem comparavit. Cf. §. 34. — *τηλικαύτην, tantillam;* rem minuit, ut proxime *τοσαύτην*. *Auger.* Sic Phil. III. §. 49 *τοιοῦτος* pro *tantillus* dicitur. Xenoph Mem. II, 414: *τοσοῦτον (tam parum) αὐτοὺς τῶν φίλων φροντίζειν*. Sic apud Latinos *quantus* pro *quantillus*. Hor. Sat. II, 4, 81: *Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus consistit sumptus.* *Tantus* pro *tam parvus*, Cic. leg. Man. §. 14: *ceterarum provinciarum vectigalia tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus.* Cic. de Amicit. c. 6. Aliis in locis auget. Vid. ad Olynth. II. §. 13; III. §. 9. Phil. III. §. 21. — *ἀποχρῆν.* Hoc addit, quum mirum videri posset, quod, quum in oratione de Class. magnam imperasset militum et navium copiam, in tantulo numero acquiescendum putaret. *Rüdig.* *ἀποχρῆν* est legitimus Infinitivus verbi, quod origine personale est, *ἀποχράω*. Vid. ad §. 42. Buttm. Gr. s. v. *Ἀποχρῆναι* apud bonos scriptores non in usu. *Brem.* — *ἐπειδὰν — διδάξω.* *Ἐπειδὰν* hic cum Conjunctivo Aoristi struitur, quia Aoristo vis *Futuri exacti* inest, *quum docuero.* Cf. §. 10. 14. 47. Olynth. II. §. 11. Omnino post particulas temporales aut Optativus aut Conjunctivus sequi potest; ille quidem cum particulis *ἐπεί, ἐπειδή, ὅτε, ὁπότε,* si sermo est de re praeterita, non certo quodam tempore definita, sed saepius repetita, quae repetitio saepius addito *ἄν* augetur; hic autem cum particulis *ἐπήν, ἐπειδάν, ὅταν, ὁπόταν,* si res saepius repetita aut ad tempus praesens aut ad futurum pertinet. Cf. §. 10. 46. Olynth. I. §. 9. 21. 29. Cum Optativo construitur *ὁπόταν* etc., quum res ut cogitatio alicujus et cum modestia profertur. Vid. ad §. 31. Herm. ad Vig. p. 792. Matth. §. 521. Buttm. Gr. §. 126. 12. —

§. 23. *διὰ ταῦτα,* sc. *ἀποχρῆν οἶμαι.* — *ἔνι,* i. q. *ἐγχωρεῖ.* Vid. ad Olynth. I. §. 4. — *παραταξομένην, ἐν πολέμῳ ἀνθισταμένην, Hesych., copias, quae in certamen cum eo descendere possint.* Est verbum proprium de iis, qui aperto Marte hostibus adversus aciem instruunt, impetum sive facturi sive propulsaturi. *Brem.* Xenoph Hell. I, 1, 7: *οἱ Πελοποννήσιοι παραταξόμενοι πρὸς τῇ γῇ ἐμάχοντο.* Cf. Phil. III. §. 49. — *λῃστεύειν,* est bellum ita gerere, ut milites nullum certamen, quo res dirimatur, committentes, hostem, ubicunque possunt, vexent, expilent praedenturque, *einen Freybeuter - Krieg führen,* ut est apud Liv. I, 15: *Vejentes — in fines Romanorum excurrebant, populabundi magis, quam justi more belli. Itaque non castris positis, non exspectato hostium exercitu raptam praedam portantes redierunt.* Sall. Jug. 20, 7: *Itaque non uti antea cum praedatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere.* Ad eundem usum hodie adhibentur, quos vocant *irregulaere Kosacken. Schaeferus* bene intelligit eam belligerandi rationem, qua olim Hispani adversus Gallos usi sunt; hodie quoque Neograeci, quorum duces *Clephtae* vocantur, ea utuntur. Vid. ad Olynth. I. §. 19. De re cf. §. 29. Ceterum hoc novum Demosthenis consilium copiarum parandarum non probatum est a civibus suis. — *τὴν πρώτην, ab initio,* für das Erste. Cf Xenoph. Mem. III, 6, 9. Vid. *Schaefer.* ad Lamb. Bos. ind. III. verb. p. 914. Sic *τὴν ἀρχήν, τὴν ταχίστην, quam celerrime* (Olynth. III. §. 2), *τὴν εὐθεῖαν, recte, aperte,* suppressa Prae-

πολέμου χρῆσθαι τὴν πρώτην. οὐ τοίνυν ὑπέρογκον αὐτὴν, (οὐ γάρ ἐστι μισθὸς οὐδὲ τροφὴ) οὐδὲ παντελῶς ταπεινὴν εἶναι δεῖ. Πολίτας δὲ παρεῖναι καὶ συμπλεῖν διὰ ταῦτα κελεύω, ὅτι καὶ πρότερόν ποτ' ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν, οὗ Πολύστρατος ἡγεῖτο καὶ Ἰφικράτης καὶ Χαβρίας καὶ ἄλλοι τινές, καὶ αὐτοὺς ὑμᾶς συστρατεύεσ-

---

§. 23. οὐ τοίνυν οὐθ') Vulg. Hanc lectionem si recipis, proxime pro οὐδὲ scribendum est οὔτε. — ὑμᾶς αὐτούς) Vulg. Male; major vis sita est in αὐτούς, *ihr in eigner Person.* Cf. §. 50. Vid. ad or. de Pac. §. 7. Harl. exhibet αὐτοὺς ἡμᾶς, prob. Schaefero, quia orator universe de Atheniensibus loquatur, non de praesentibus solum.

---

positione κατά construuntur. Vig. p. 11. — ὑπέρογκον, *Hesych.* ὑπέρμετρον, est, *quod justum magnitudinis modum excedit.* Potest enim res aliqua pro natura sua esse permagna; sed si est supra justam naturae suae molem, vitiosa est neque probatur, quamquam homines eam mirantur. Quare notioni ὑπέρογκος semper inest aliquid vituperationis. Ut autem ὑπέρογκον est, quod supra modum extenditur, ita ταπεινόν, quod opponitur, significat, *quod est infra modum, quem rei natura postulat.* — μισθὸς οὐδὲ τροφή. Illud pertinet ad stipendium, quod varium variis militum generibus solvebatur (vid. ad §. 28); hoc ad commeatum et frumentum, quod etiam σῖτος, σιτηρέσιον dicitur. Vid. §. 28 Utrumque si dabatur, erat ἐντελὴς μισθός. Cf. §. 29. Just. XXII, 4: *ceteros — frumento et stipendio instruit.* — πότερόν ποτ' ἀκούω — τρέφειν. De ἀκούω vid. ad §. 5. Sic proxime οἶδα ἀκούων. Praesens τρέφειν ponitur, quia ἀκούω, unde pendet, Praesens est, sed cum notione Imperfecti seu Perfecti. Vid. ad Phil. III. §. 28. Matth. §. 504. 2. Praeterea Infinitivo τρέφειν status durans exprimitur, ut, si verbo finito utaris, Imperfectum ponendum sit. Matth. Gr. §. 499. Vid. ad Phil. II. §. 20. Cf. Olynth. II. §. 21. Sermo autem est de *bello Corinthio*, quod a. 393 a. Chr. exortum per octo annos gerebatur. Nam post proelium Coronense, in quo Agesilaus, Spartanorum rex (vid. ad §. 17), Athenienses, Boeotios eorumque socios devicerat, omne bellum collatum est circa Corinthum, ideoque *Corinthium* est appellatum (Corn. Nep. Ages. c. 5). Discordia enim Corinthi orta alii cives Lacedaemonios, alii, iique expulsi, Argivos in auxilium vocaverant, cui bello ad Lacedaemonios frangendos Athenienses, Boeotii, Locrenses et aliae civitates, a Persis adjutae, se immiscuerunt. Corinthi κοινὸν συνέδριον socii habuerunt, quo copias colligerent. Finitum est hoc bellum pace ista turpissima ab Antalcida, Spartanorum duce, facta, qua hi, ut obtinerent principatum, Graecos Asiaticos Persis prodiderunt. Vid. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. p. 472, 23. Xenoph. Hellen. IV, 4 sqq. Diod. Sic. XIV, 80 sqq. „Exstat Lysiae ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς." *Wolf.* Tum primum mercenariorum exercitum Athenienses collegerant, qui mos inde ab hoc tempore cum magna rei publicae calamitate ita inveteravit, ut omnia deinde bella mercenariorum ope gererent. Quem morem quum Demosthenes non penitus se abolere posse intelligeret, ita minus noxium reddere studuit, ut exercitum, in quo cives mercenariis adjuncti essent, parandum suaderet. — Πολύστρατος. Hic cum *Strabace* quodam Iphicrati petenti in hoc bello adjunctus erat. Vid. Dem. Lept. p. 482. §. 84 ibique Fr. A. Wolf., qui Polystrati nomen tuetur. Male enim *Didymus*, inter-

θαι. καὶ οἶδα ἀκούων, ὅτι Λακεδαιμονίους παρατατ- 24
τόμενοι μεθ᾽ ὑμῶν ἐνίκων οὗτοι οἱ ξένοι καὶ ὑμεῖς μετ᾽ ἐκεί-
νων. Ἐξ οὗ δ᾽ αὐτὰ καθ᾽ αὑτὰ τὰ ξενικὰ ὑμῖν στρατεύεται,
τοὺς φίλους νικᾷ καὶ τοὺς συμμάχους, οἱ δ᾽ ἐχθροὶ μείζους
τοῦ δέοντος γεγόνασι. καὶ παρακύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως

---

pres Demosthenis, apud Harpocrat. p. 249 *Πολύτροπον* scribendum jubet. Is erat Lacedaemoniorum dux. Diod. Sic. XV, 62. — *Ἰφικράτης*, Atheniensis, inter clarissimos Atheniensium duces, qui vivebant hoc tempore, fuit. Multa, ut ait Corn. Nep. Iphicr. c. 1, in re militari partim nova attulit, partim meliora fecit. Post bellum cum Thracibus bene gestum apud Corinthum moram (quae erat pro variis temporibus quingentorum, septingentorum, nongentorum militum) Lacedaemoniorum intercepit, quod tota celebratum est Graecia. Corinthum ceperat (Xenoph. Hellen. IV, 4, 18), pro quo facto Athenienses eum donarunt statua aenea, victu Prytanei, aliis praemiis, teste Dem. in Aristocr. p. 746. Cf. Aesch. in Ctes. p. 635. §. 243. Sed quum Corinthiorum regionem Atheniensibus subjicere vellet, a civibus suis impeditus se abdicavit imperio, quod Chabriae delatum est. Diod. Sic. XIV, 92. Paulo post possessiones ad Hellespontum amissas in potestatem Atheniensium iterum redegit. Postea a. 370 — 369 ejus opera Athenienses ad recuperandam Amphipolin frustra usi sunt. Vid. Proleg. §. 5. Idem in bello sociali (Proleg. §. 6) cum *Timotheo* (vid. de eo ad Olynth. I. §. 14) et Chabria bene de patria meruit. Semel accusatus est, de quo vid. ad §. 47. Proleg. §. 6. Cornel. Nep. vit. Iphicr. et Timoth. — *Χαβρίας*. Is quoque in summis habitus est ducibus, resque multas memoria dignas gessit. Corn. Nep. Chabr. c. 1. In proelio apud Coroneam contra Agesilaum excelluit. De ejus imperio in bello Corinthio paulo ante dictum est. In bello Aegyptios inter et Persas conflato, quum Agesilaus in Asiam ad Persas vincendos profectus esset, sua sponte illos adjutum profectus Aegyptiae classi praefuit. Sed querentibus regis Persarum legatis revocatus est a civibus suis, qui cum Artaxerxe societatem inierant. Aesch. adv. Ctes. p. 635. §. 244 ait, cum propter pugnam navalem inter Naxum et Parum praemiis ornatum fuisse. Inprimis autem nominis celebritatem sibi paravit invento illo apud Thebas in pugna facto, quum Boeotiis subsidio venisset. Diod. Sic. XV, 35. Corn. Nep. Chabr. c. 1. Interfectus est in oppugnatione insulae Chii. Diod. Sic. XVI, 7. Vid. ad §. 27. — *ἄλλοι τινές*, Callias, Strabax, Philocrates. — *οἶδα ἀκούων*, *auditione accepi*. Vid. ad §. 3. Sic Cic. Nat. deor. II, 37: *accipere fama et auditione*. —

§. 24. *αὐτὰ καθ᾽ αὑτά*, *ipsi per se*. Est haec plena dictio, pro qua alias legitur solum *αὐτός*, quod per se notat *μόνος*. Vid. ad §. 33. Isocr. de Pac. p. 170. §. 54: *ἐκεῖνοι (οἱ πρόγονοι) τοὺς αὐτοὺς προστάτας τῆς πόλεως ἐποιοῦντο — —, νομίζοντες τὸν ἐπὶ τοῦ βήματος τὰ βέλτιστα συμβουλεῦσαι δυνάμενον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ἄριστ᾽ ἂν βουλεύσασθαι καὶ καθ᾽ αὑτὸν γενόμενον.* — *τὰ ξενικὰ ὑμῖν στρατεύεται* — *συμμάχους*. Acerbe orator cives suos castigat, quippe qui bella sua, quum ipsos gerere oporteat, per alios eosque peregrinos gerenda curent. Vid. §. 19. Olynth. I. §. 25. *Ὑμῖν* est Dativus commodi. Vid. ad §. 32. 26. 45. Olynth. I. §. 31. Cic. pro Sull. §. 13: *qui vobis in consilio fuerunt*. De re locus classicus est apud Isocrat. de Pac. c. 16. §. 43 sqq., quem vide, sis. Ceterum sociorum vexatio, de qua orator dicit, praecipue ad *Charetem* pertinet. Is enim, quamquam belli imperitus, superbus ac luxuriosus erat, et ita jactare sole-

*πόλεμον, πρὸς Ἀρτάβαζον καὶ πανταχοῖ μᾶλλον οἴχεται
πλέοντα, ὁ δὲ στρατηγὸς ἀκολουθεῖ, εἰκότως· οὐ γὰρ ἔστιν
25 ἄρχειν, μὴ διδόντα μισθόν. Τί οὖν κελεύω; τὰς προ-
φάσεις ἀφελεῖν καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν στρατιωτῶν,
μισθὸν πορίσαντας, καὶ στρατιώτας οἰκείους ὥςπερ ἐπόπ-
τας τῶν στρατηγουμένων παρακαταστήσαντας, ἐπεὶ νῦν γε*

---

bat, ut ejus promissa in proverbium abirent (*Χάρητος ὑποσχέσεις*, vid. ad §. 46), tamen benevolentia plebis, quacum praedam apud socios factam partiebatur (Diod. Sic. XV, 95; XVI, 21. 22. 86 ibique Wessel.) in omnibus fere bellis eo tempore gestis summam rerum administravit. Quare, quum, Olyntho a Philippo capta, ob male rem gestam (praefuerat enim exercitui Olynthiis in auxilium misso; vid. Proleg. §. 16) accusatus esset, ejusdem plebis auxilio liberatus discessit. Jam prius autem in bello sociali (vid. Proleg. §. 6), postquam diu haud prospero successu classi praefuerat, tandem, stipendio ab Atheniensibus non soluto, una cum copiis suis ad Artabazum satrapen, qui defecerat a rege Persarum, transierat, quod tangit orator verbis *πρὸς Ἀρτάβαζον — οἴχεται πλέοντα*. Vid. ad Olynth. I. §. 28. De sociorum vexatione vid. Diod. Sic. XV, 95. Infra §. 45. Ex Aeschine de fals. leg. p. 111 ed. Schaef. patet, eum septuaginta quinque urbes, quas Timotheus occupaverat, perdidisse, ex centum quinquaginta navibus, quas e navalibus acceperat, nullam reduxisse, mille quingenta talenta (3,908,740 Flor.) non in milites, sed in insolentiam ducum, qui fugitivos homines ex Graecia collegerant, et in mercenarios oratores insumsisse, sexaginta talenta (156,349 Flor.) a miseris insularibus quotannis tributi nomine exegisse et concessisse, ut Philippus Lemnum, Imbrum et Scyrum insulas obsideret. Vid. ad Olynth. II. §. 28. Neque tamen minus Demosthenes ejus malam agendi rationem ob rerum necessitatem excusavit. Nam Athenienses saepe nullum mercenariis stipendium solvebant. — *οἱ δὲ ἐχθροὶ — γεγόνασιν*. Praeter Philippum, quem sola Atheniensium negligentia potentem esse factum saepe orator queritur (cf. §. 11. Olynth. I. §. 4; II. §. 28; III. §. 9.), intelligendi sunt socii, quibuscum illi bellum gesserant, Chii, Rhodii, Coi, Byzantini, praeterque eos Thebani. Similis nostro locus est apud Sall. Jug. c. 44, 1: *exercitus — iners, imbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingua quam manu promptior, praedator ex sociis et ipse praeda hostium, sine imperio et modestia habitus*. Ibid. c. 31, 23: *Sociis vestris veluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur*. — *παρακύψαντα*. Hoc verbum significat proprie *transversim adspicere*, quasi limis oculis vel in transitu adspicere. *Budaeus* Comment. p. 71. Inde *negligenter quid agere, leviter modo attingere*, degustandi ergo et explorandi, num arrideat, nec ne, tum celeriter ad alia pergere. *Voemel*. — *οἴχεται πλέοντα*. *Οἴχομαι* adjuncto Participio abitum significante eleganter ponitur *ad celeritatem exprimendam*. Hoogev. ad Vig. p. 349. Cf. de Pac. §. 8. 12. Xenoph. Cyr. VII, 5, 15: *ᾤχοντο ἀποθέοντες*. Ceterum Diod. XVI, 22 refert, pergratum fuisse Atheniensibus, quod Artabazus mercenariis illorum stipendium erogaverit. Vid. ad §. 46. —

§. 25. *προφάσεις ἀφελεῖν*. Duces, si male rem gesserant, accusati ita se defendere solebant, ut dicerent, se ob inopiam alimentorum non tanto studio, quanto opus fuisset, ad bellum incumbere potuisse. Has aliasque vanas causas (*προφάσεις*) praecidi orator jubet. Cf. Olynth. I. §. 27. Vid. ad §. 46. Similia leguntur §. 47. — *ἐπόπ-*

γέλως ἐσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν. Εἰ γὰρ ἔροιτό τις ὑμᾶς· Εἰρήνην ἄγετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; Μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε, εἴποιτ' ἄν, ἀλλὰ Φιλίππῳ πολεμοῦμεν. Οὐκ ἐχειροτονεῖτε δὲ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχους 26 καὶ στρατηγοὺς καὶ φυλάρχους καὶ ἱππάρχους δύο; τί οὖν οὗτοι ποιοῦσιν; πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς, ὃν ἂν ἐκπέμψητε ἐπὶ

§. 25. ἡμεῖς γε) Abest γε ab Aug. 1 et β.; Vid. adn. et ad §. 2. — §. 26. *Schaeferus* mavult καὶ χειροτονεῖτε pro οὐκ ἐχειροτονεῖτε, interrogationis signo post δύο cum puncto mutato. Cod. Laud. habet καὶ pro οὐκ. — πέμψητε) Par. 1. 5. 6, Aug. 1., Harris. —

τας, ἐφόρους, qui, quae fiant, inspiciant recenseantque, ita ut domum reversi duces ne ficta civibus dicant. Herodian. I, 17: αἰδούμενος ἔχειν αἰσχρῶν ἔργων σεμνοὺς ἐπόπτας. Cf. §. 47. Vid. ad Olynth. III. §. 2. — στρατηγουμένων, militum, inprimis imperatorum. Cf. §. 47. — ἐπεί — γε. Vid. ad §. 2. — γέλως ἐστί, pro γελοῖόν ἐστι. Substantivum loco Adjectivi positum rem auget. Cf. Olynth. I. §. 1. 22. Phil. II. §. 5; ad III. §. 31. Herod. I, 32: πᾶς ἐστι ἄνθρωπος συμφορή. Vig. p. 53 sq. Matth. Gr. §. 429, 4. Idem usus frequens est apud Latinos. Cic. pro Dejot. §. 15: *cujus tanti sceleris fuerit, in conspectu deorum penatium necare hospitem.* — εἰ γὰρ ἔροιτο — εἴποιτ' ἄν. Vid. ad §. 12. *Τίς* pertinere videtur ad peregrinum quendam, qui, quum duces in urbe versantes videat, mirans interrogat, num in pace vivant Athenienses. *Rüdigerus* autem putat, oratorem, ut significet, Athenienses ipsos nescire, quid agatur, eos dicentes facere, se gerere, quae non gerant. At hoc nimis acerbe orator in cives suos dixisset. Quare cum A. G. Beckero illud melius mihi videtur. — μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε, *minime vero nos quidem.* Sic respondet interroganti Atheniensis quidam jactabundus, ac si turpe esset, pacem cum Philippo habere. Athenienses enim, ut *Bremius* ait, quamquam bellum nondum inceperant, buccas tamen inflabant. Particula γε acerbitatem continet non parvam et acuit confirmatque vocem antecedentem. — Dialogismus finitur verbo πολεμοῦμεν. —

§. 26. ἐχειροτονεῖτε. Hoc orator iterum ex sua persona dicit. Solebant Athenienses sententiam rogati manibus porrigendis eam significare. Cf. §. 30. Imperfectum indicat, *solere id fieri,* quare vertendum est: *creare soletis.* Matth. Gr. §. 503. Neque tamen Imperfectum *solere notat*, nisi de re ad certum tempus restricta dicitur. Herm. ad Vig. p. 746. Vid. proxime ad ἐκπέμψητε. — δέκα ταξιάρχους καὶ στρατηγούς — ἱππάρχους δύο; Ex decem tribubus (φυλαῖς), in quas Attica erat divisa, si bellum imminebat, decem ταξίαρχοι, *centuriones* (τάξις erat certa pars peditum vel major vel minor, pro ratione expeditionis) a populo creati sunt, qui delectui ex singulis tribubus habendo praeerant, delectorum ordines instruebant eosque artem militarem docebant. Tum singulae tribuum partes in unum conjunctae sub imperium cedebant στρατηγῶν (*ducum, imperatorum*), qui iidem decem erant a populo in unum annum creati (χειροτονητοί); unus idemque autem saepius creari potuit, sicut Phocioni quadragies quinquies imperium est demandatum. Qui quum prioribus temporibus omnes in bellum proficiscerentur, ita ut singuli singulis diebus ex lege imperarent, postea modo omnes, modo singuli, aut bini aut terni etc. emittebantur in bellum, ceteri domi remanebant rebusque potissimum bellicis ordinandis

τὸν πόλεμον, οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν· ὥςπερ γὰρ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους, εἰς τὴν ἀγορὰν χειροτονεῖτε τοὺς ταξιάρχους καὶ τοὺς φυλάρ-

---

praeerant. Ut autem *ταξίαρχοι* decem peditum partibus, ita *φύλαρχοι (tribuni militum)* decem equitum partibus, quae ex singulis tribubus deligebantur, praefecti, iidemque decem creati sunt, qui iterum duobus *ἱππάρχοις (magistris equitum)* erant subjecti. Sed hi quoque sub imperio *στρατηγῶν* fuerunt. Imperatoribus *(στρατηγοῖς)* autem saepe *πολέμαρχος* addebatur, qui summam omnium administraret, et potissimum, si qua res in disceptationem veniret, eam auctoritate sua discerneret. — *ὃν ἂν ἐκπέμψητε.* Conjunctivus Aoristi hic locum habet, quia universe orator loquitur de re, *quae fieri solebat.* Sic §. 34 *οὓς ἂν προθῆσθε*, ubi de re saepius repetita, quae ad futurum quoque tempus spectat, sermo est; quare lectio *προέλοισθε* rejicienda est. Vid. ad §. 3. Cf. §. 38. 43. 51. Matth. Gr. §. 527. Aoristi autem usus cum significatione *solere* (sc. rem et factam esse et in posterum fieri) haud rarus est. Cf. §. 36. 44. Vid. ad Olynth. I. §. 9; III. §. 15; II. §. 14. Buttm. Gr. §. 124. 6 Not. 4. Latini Perfectum quoque hoc sensu usurpant. Hor. Ep. ad Pis. 412: *Qui studet optatam cursu contingere metam, multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit.* Queritur autem Demosthenes, quod hos fere omnes, quos commemoravit, copiarum praefectos otiosos domi manere peregrinosque mercenariis praeesse sinant. — *πομπὰς πέμπουσι, pompas ducunt.* In sacris, quae Athenis habebantur, v. c. Panathenaeis, Dionysiis aliisque (vid. ad §. 35), in honorem Minervae, Bacchi, Cereris pompae ducebantur, quibus praeter homines cujuslibet generis et sexus armati quoque intererant ad saltationem armatam, quam vocabant, peragendam, ut gestibus pugnam Giganteam saltarent. Creuz. Symb. Tom. II. p. 808 sq. Dem. Mid. p. 570. §. 171: *ὑμεῖς γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐχειροτονήσατε τοῦτον (τὸν Μειδίαν), ὄντα τοιοῦτον οἷός ἐστι, ἵππαρχον, ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον, καὶ ἱεροποιόν ποτε.* Vid. Buttm. ad h. l. — *τῶν ἱεροποιῶν.* *Bekker. Anecdd.* p. 265, 22, *ἱεροποιοί· κληρωτοὶ ἄρχοντες, εἰσὶ δὲ δέκα τὸν ἀριθμόν, οἵ τά τε μαντεύματα ἱεροποιοῦσι, κἄν τι καλλιερῆσαι δέῃ, καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων, καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν τῶν Παναθηναίων.* *Ulpianus* in Schol. *κατὰ Μειδ.* p. 180. ed. Bas.: *ἱεροποιὸν δὲ καλοῦσι τὸν ὑποπτεύοντα τοὺς μάντεις, ὅτε θύουσι, μή πού τι κακουργῶσιν ἐν ταῖς θυσίαις.* Vid. etiam Buttm. in ind. Mid. s. v. *ἱεροποιός.* — *ὑμῖν.* Vid. ad §. 19. 24. — *οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους*, sc. *ἀνδριάντας.* Ad haec verba ex sequentibus repetendum est *εἰς τὴν ἀγοράν.* Non in vitae usum, sed in lusum et delectationem *πηλοπλάθοι* et *κοροπλάθοι* e luto, argilla, gypso, cera multarum rerum, ut puellorum puellarumque, frugum, florum, foliorum, aedicularum etc. similitudines s. planguneulas et sigilla fingebant, easque pupullas, imagunculas, alias res lusorias et ornamenta in foro venalia proponebant. *Voemel.* ad h. l. Bene Jacobs. *Puppenmacher.* — *εἰς τὴν ἀγοράν*, ut ibi instar rerum venalium exponantur et sua specie splendeant. *Rüdig.* In foro pompae splendor maxime erat insignis; unde comparatio cum imaginum fictoribus instituta est. In hac autem comparatione magna inest acerbitas, quasi duces ad nullam rem magni momenti utiles in foro habitus formositate spectacula praebeant, tanquam *ἀγάλματα ἀγορᾶς.* De formula *ἐξ ἀγορᾶς*, in qua notio rei vilioris inest, vid. ad Phil.

χους, οὐκ ἐπὶ τὸν πόλεμον. Οὐ γὰρ ἐχρῆν, ὦ ἄνδρες **27** *Ἀθηναῖοι, ταξιάρχους παρ' ὑμῶν, ἱππάρχους παρ' ὑμῶν ἄρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν' ἦν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις; ἀλλ' εἰς μὲν Λῆμνον τὸν παρ' ὑμῶν ἵππαρχον δεῖ πλεῖν, τῶν δ' ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως κτημάτων ἀγωνιζομένων Μενέλαον ἱππαρχεῖν; καὶ οὐ τὸν ἄνδρα μεμφόμενος*

---

§. 27. *ἡ)* ex Harl. adnotavit Tayl., Mount. recepit. Male. Vid. adn. — *τὸν ἀγωνιζόμενον)* Vulg. ante Reisk. Male. Nostra lectio in multis codd. invenitur.

III. §. 39. Similis est locus apud Cic. Cat. II. §. 5: *Hos, quos video volitare in foro, — qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, mallem secum eduxisset.* —

§. 27. *οὐ γὰρ ἐχρῆν — ἡ δύναμις;* Sensus et nexus orationis est: (Male facitis, quod hos copiarum praefectos domi manere pompasque ducere sinitis, res autem in bello gerendas peregrinis permittitis;) *nonne enim illos e vobis ipsis magistratus domesticos creatos esse castraque sequi oportuit, ut re vera urbis exercitus esset* (quippe qui rei publicae suae salutem defenderet, non aliena bella, ut peregrini, gereret)? Cf. ad §. 19. Ita facillime haec verba et cum antecedentibus et cum sequentibus cohaerent. De particula *γάρ* vid. ad §. 10. Indicativus *ἐχρῆν* sine particula *ἄν* eadem, qua apud Latinos *oportuit, debuit* etc., ratione ponitur, si de re sermo est, quae, quum esset facienda, tamen facta non est. Sic etiam *ἔδει, προσῆκεν, καιρὸς ἦν, καλῶς εἶχε, μᾶλλον εἶχε* rel. construuntur. Vid. ad Phil. III. §. 6. Soph. Phil. 1363: *Χρῆν γάρ σε μήτ' αὐτόν ποτ' ἐς Τροίαν μολεῖν, ἡμᾶς τ' ἀπείργειν.* Cic. Cat. I, §. 2: *Ad mortem te, Catilina, duci jussu consulis jam pridem oportebat.* Matth. Gr. §. 510. — In Pronomine *παρ' ὑμῶν* repetito est *Epiphora*, cujus figurae insignia exempla sunt apud Cic. Phil. II, §. 55; pro Mil. §. 59. Agrar. II, 9: *Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem partem populi suffragiis prohibuit? Rullus. Quis comitiis praefuit? idem Rullus.* — *ἵν' ἦν. Ἵνα,* ut omnes particulae, quae eandem vim habent, cum Indicativo praeteritorum temporum jungitur, quum significatur aliquid, quod futurum fuisset, si quid aliud actum esset, sed nunc non factum est, sive quod fieri debebat, sed non factum est. Vid. Herm. ad Vig. p. 850. *Ast.* ad Plat. Protag. p. 355. C. Eurip. Hippol. 645: *χρῆν — ἄφθογγα αὐταῖς (ταῖς γυναιξί) συγκατοικίζειν δάκη θηρῶν, ἵν' εἶχον μήτε προσφωνεῖν τινὰ* etc. — *εἰς μὲν Λῆμνον.* Hoc pertinet ad bellum sociale, de quo vid. Proleg. §. 6. — *τῶν ὑπὲρ τῶν — ἀγωνιζομένων.* Hoc pertinere videtur ad expeditionem, quam Athenienses ad Philippum ab aditu Thermopylarum repellendum fecerant. Vid. Proleg. §. 11. *Voemel.* putat, spectare fortasse oratorem illum Philippi impetum ad Marathonem factum, de quo vid. ad §. 34. Proleg. §. 6. — *Μενέλαον. Harpocrat.* s. v. *Μενέλαος: Δημοσθένης Φιλιππικοῖς, ἀδελφὸς Φιλίππου ὁμοπάτριος.* Just. VII, 4: *Per ordinem deinde successionis regnum Macedoniae ad Amyntam — pervenit — — —, qui ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrum, Perdiccam et Philippum, Alexandri Magni patrem, . . . ex Gygaea autem Archelaum, Aridaeum, Menelaum.* Equidem cum Oliveto, inquit *Mountenay.*, potius sentiam, hunc alium esse Menelaum, nobis alias ignotum. Quamvis enim Philippus et Menelaus diversis matribus fuerint nati neque sane amicitia conjunctissimi, non tamen verisimile videtur, Athenienses hostis sui fratri confidere voluisse.“ *A. G. Becker.* consentit *Lucchesinio* suspicanti, Phocensem civem hunc

ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν ἔδει κεχειροτονημένον εἶναι τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ.

28 Ἴσως δὲ ταῦτα μὲν ὀρθῶς ἡγεῖσθε λέγεσθαι, τὸ δὲ τῶν χρημάτων, πόσα καὶ πόθεν ἔσται, μάλιστα ποθεῖτε ἀκοῦσαι. τοῦτο δὴ καὶ περαίνω. Χρήματα τοίνυν, ἔστι μὲν ἡ τροφὴ, σιτηρέσιον μόνον τῇ δυνάμει ταύτῃ, τάλαντα ἐνενήκοντα καὶ μικρόν τι πρός· — δέκα μὲν ναυσὶ ταχείαις τετ-

---

§. 27. ἀφ' ὑμῶν) Ex Reisk. mente et Oliveti auctoritate Augerus. At vid. adn.
§. 28. περανῶ) Vulg. Bekk. ex optimo cod. Σ dedit περαίνω. Recte. Vid. adn. — σιτηρέσιον, τοῖς στρατευομένοις μόν. τῇ δυν.) Vulg. At voces τοῖς στρατευομένοις ex seq. §. hic male repetitae sunt. Est Pleonasmus non ferendus, cui etiam non medetur Rüdigeri scriptura: σιτηρέσιον τ. στρατ. μόνον, τῇ δυνάμει ταύτῃ τάλ. etc. —

Menelaum fuisse, quem utpote regionis, in qua pugnaretur, gnarum Athenienses equitatui praefecerint. Ceterum probatum fuisse hunc virum Atheniensibus, ex hoc loco patet. — ὑφ' ὑμῶν, *a vobis creatum*, ut §. 33: ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ' ὑμῶν. *Augerus* cum *Oliveto* scripsit ἀφ' ὑμῶν, *e vobis*. Sed recte *Schaeferus* animadvertit, vulgatam per se significare, quod illi significari voluerint, quum ab Atheniensibus non potuerit χειροτονεῖσθαι, nisi qui ipse Atheniensis. Menelaus, ut peregrinus et ξεναγός, non fuit κεχειροτονημένος. Vult igitur orator, Atheniensem imperatorem in concione rite creari. —

§. 28. τὸ δὲ τῶν χρημάτων. Vid. ad §. 12. — περαίνω, *oratione exsequor*. Verborum περαίνειν et διαπεραίνεσθαι in oratione absolvenda vel ad exitum adducenda usus est haud ita rarus. Plat. Phaedr. p. 263: πρὸς τοῦτο ἤδη ξυνταξάμενος πάντα τὸν ὕστερον λόγον διεπεράνατο. Protag. p. 314. Hipp. maj. p. 304. Sic *perficere* apud Latinos. Cic. Arch. 11: *quas res — — nos gessimus, attigit hic verbis et inchoavit: quibus auditis eum ad perficiendum sum hortatus. Bremius* putat, Demosthenem fortasse innuere orationem non fore irritam. Vulgo legitur περανῶ, quod opus non est; nam statim orator rem aggreditur, et Praesens multo gravius est. Vid. Ast. ad Plat. Protag. p. 139. Omnino Praesens pro Futuro ponitur, si res futura aut ad tempus praesens quoque pertinet, aut tam certum habet eventum, ac si praesens fiat. Hic usus Latinis quoque frequens est. Vid. Brem. ad Corn. Nep. Hannib. II, 3. Ramsh. Gr. §. 164. Not. 5. Vid. ad Phil. II. §. 15; de Pac. §. 11. — χρήματα τοίνυν, *quod attinet ad pecuniam*. Accusativum absolutum alii, alii Nominativum accipiunt. Magis arridet Nominativus, qui tanquam genus in eodem casu, quo species τροφή, σιτηρέσιον, ponitur, ab eodemque verbo, quo hae voces, pendet, id quod in partitionibus ὁ μέν, ὁ δέ sexcenties fit. Vid. ad Olynth. II. §. 11. Phil. II. §. 11; III. §. 29. Simile exemplum est apud Plat. Phaedr. p. 238: καὶ τἄλλα δὴ τὰ τούτων ἀδελφὰ καὶ ἀδελφῶν ἐπιθυμιῶν ὀνόματα, τῆς ἀεὶ δυναστευούσης ὃ προσήκει καλεῖσθαι πρόδηλον, *et quod ad reliqua his similia similiumque cupiditatum nomina attinet, quodnam* (nomen) *ex quaque cupiditate dominante poni oporteat, liquet*. Matth. Gr. §. 358. Caes. bell. Gall. I. 53: *Duae filiae harum, altera occisa, altera capta est.* — σιτηρέσιον. Non igitur stipendium, sed commeatum dari jubet orator. Vid. ad §. 23. „Verpflegung in genere, welche selten in Natur geliefert wurde. Da die Soldaten meist freie Bürger waren,

ταράκοντα τάλαντα, εἴκοσιν εἰς τὴν ναῦν μναῖ τοῦ μηνὸς ἑκάστου, στρατιώταις δὲ δισχιλίοις τοσαῦθ' ἕτερα, ἵνα δέκα τοῦ μηνὸς ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ, τοῖς δ' ἱππεῦσι διακοσίοις οὖσιν, ἐὰν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος λαμβάνῃ τοῦ μηνός, δώδεκα τάλαντα. Εἰ δέ τις οἴεται 29
μικρὰν ἀφορμὴν σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις ὑπάρχειν,

δέκα ἕκαστος) Sic Reisk. ex Ald., P. Man., Felic., Wolf. dedit; omittunt ἕκαστος Harris., Harl., Ald. Tayl., quos Bekk. secutus est. Videtur haec vox ex sequente ἕκαστος, ubi recte ponitur, quoniam substantivum deest, huc relata esse. — τὸ σιτηρέσιον) Harr. „Optime: nam de certo σιτηρεσίῳ orator hic loquitur, nempe de eo, quod modo per partes descripsit." *Schaefer.*

---

glaubte man gut bezahlen zu müssen; die gefährlichste Kunst, von freien Menschen tapfer geübt, sollte ihren Mann nähren, welcher durch sie das Leben selbst aufs Spiel setzte: nur die Feldherrn und Anführer waren verhältnissmässig schlecht bezahlt, weil ihr Abstand von den gemeinen Soldaten nicht so gross, als heut zu Tage, war, die Ehre als Entschädigung angesehen wurde und Beute und Contributionen den Feldherrn bereichern konnten. Der Sold wurde bei den Athenern meistens in ihrem eigenen Silber bezahlt; zugleich mit demselben aber auch die Verpflegungsgelder, welche eben desshalb nicht immer von der Löhnung oder dem Solde (*μισθός*) gehörig unterschieden wurde. — Der Sold eines Hopliten betrug nie weniger als zwei Obolen täglich, und eben so viel die Verpflegung; noch in Demosthenes Zeitalter war diess der gewöhnliche Maasstab." *Boeckh. Staatshaushaltung der Athener* Tom. I. p. 293. — μικρόν τι πρός, puta duo talenta. Erant igitur talenta 92, quae 133,186 Thal. vel 259,753 Flor. conficiebant. Ceterum unum talentum confecit ex Wurmii (Rat. Tabb.) ratione circiter $1447^{31}/_{43}$ Thal. = $2823^{2}/_{5}$ Fl. *Πρός* adverbialiter positum, qui Praepositionum usus inprimis apud Herodotum frequens est. Matth. Gr. §. 594. 1. Dem. adv. Androt. p. 611. §. 60: δραχμὰς ἑβδομήκοντα καὶ μικρόν τι πρός. Eurip. Orest. 621: Μενέλαε, σοὶ δὲ τάδε λέγω, δράσω τε πρός. Xenoph. Cyr. VI, 4, 8: πρὸς δὲ καὶ — — ὑπεσχόμην αὐτῷ. Multae Praepositiones apud Latinos quoque vim Adverbiorum habent. Zumpt. Gr. §. 323. Cf. Sall. Cat. 36. — εἴκοσι μναῖ, tertia pars talenti; nam unum talentum explebat sexaginta minas sive 6000 drachmas. — στρατιώταις. Vid. ad §. 21. — ἕτερα. Hoc vocabulum de numero, non de genere hic dictum est. De genere usurpatum est Olynth. III. §. 17. — δραχμάς. Drachma fuit centesima pars minae et effecit, quantum *denarius* apud Romanos, circiter $5^{3}/_{4}$ Gross. sive 26 Crucigeros. Sexta pars drachmae erat Obolus, qui igitur nostra pecunia circiter $4^{1}/_{2}$ Crucig. explet. Peditem igitur per diem accipere jubet orator 2 Obolos; equitem Drachmam, quod erat minimum. Vid. ad §. 29 μισθὸν ἐντελῆ. —

§. 29. ἀφορμήν, *subsidia victus*. Nam ἀφορμή est omnino id, unde aliqua res effici aut comparari potest, *causa*, *occasio*, *locus*, unde tuto et commode hostes aggredi potes; quare tropice *fundamentum*, *subsidium* ad bona adipiscenda, aut, ut *Buttm.* ad Dem. Mid. in Ind. interpretatur, *materia omnis, quae inserviat alicui in rebus gerendis et in vitae genere.* Quare Plut. Pericl. c. 33. dicit: διαβολῆς ἀφορμὰς ἐνδιδόναι. Vid. Baehr. ad Plut. Pyrrh. p. 237. Cf. Olynth. I. §. 22; II. §. 33; III, 23. Phil. III. §. 70 Apud Atticos saepe significat *subsidia vitae sustentandae*, *res familiares*, *pecuniam*, *quae ad mensam dabatur* etc. Vid. Vig. p. 81 sq. — τοῦτ' ἂν

οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκεν· ἐγὼ γὰρ οἶδα σαφῶς, ὅτι, τοῦτ' ἂν γένηται, προςποριεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου, οὐδένα τῶν Ἑλλήνων ἀδικοῦν οὐδὲ τῶν συμμάχων, ὥστ' ἔχειν μισθὸν ἐντελῆ. ἐγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχῃ. Πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων, ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω γενέσθαι; τοῦτ' ἤδη λέξω.

---

§. 29. εἰ τοῦτο γένηται) Ald., P. Manut., Felic., cod. Vict. Sed vid. adn. — προςποριεῖταὶ) Sic Bekk. in edit. minore; et re vera syllaba ται ob sequens τὰ a librario aut negligi aut praeteriri potuit. Sed codd. obstant; quare Bekk. in ed. maj. reduxit προςποριεῖ. Vid. adn. — ἐγὼ δέ) Harr., Par. 1, 5, cod. Obsop., Voss. κἀγώ) Aug. 2, Ald., Felic., P. Manut. κἀγὼ δὲ) Vulg. Male. Conjunctione non opus est, quum sono vocis orationis nexus constitui possit. Vid. ad §. 13 fin. — κελεύω, γενήσεται) Vulg. At Rüd. ex cod. α Bekkerum secutus dedit κελεύω γενέσθαι. Illa lectio orta esse videtur a librariis ad enuntiationem πόθεν οὖν ὁ πόρος τ. χρημ. verbum requirentibus. At facile suppleri potest ἔσται, quod in hisce locutionibus omitti solet (Vig. p. 236). Sed enuntiatio ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω sine verbo, quo referatur, poni non potest. Vid. etiam adn. ad ἕτοιμος. —

γένηται, si hoc factum fuerit. Incertus igitur orator est, num ea, quae suadeat, re vera fiant. Nam particula *ἐάν* ad *experientiae* significationem adhibetur, ita ut *ἐὰν τοῦτο γένηται* sit: *sumo, hoc fieri, et potest omnino fieri, sed utrum vere futurum sit, nec ne, id nescio, verum experientia cognoscam.* Hinc fit, ut *ἐάν, ἄν, ἤν* nonnisi de re futura ea, qua dictum est, ratione ponantur. *Herm.* ad Vig. p. 834. Cf. §. 6. 7. ad Olynth. I. §. 28. De vi Futuri exacti, quae Aoristo inest, vid. ad §. 22. — *προςποριεῖ τὰ λοιπά, ipsum exercitum reliqua sibi comparaturum esse.* Nonnulli editores (e. g. *Rüdigerus, Bekk.* in ed. minore) dederunt contra codd. auctoritatem *προςποριεῖται,* quod, quamquam hoc sensu est multo usitatius, tamen invitis libris recipiendum non est, quod aliis quoque locis Activum reperitur (cf. §. 20. §. 23 est *πορίσασθαι δύναμιν* et §. 33 *ποριςῆτε τὰ χρήματα.* Olynth. I. §. 16. Vid. Lex. Xenoph. III. 651 s. v. *πορίζειν*), et si ubivis mutare velles, mutandi finis non esset. Ceterum ex Küsteri, quem Bekk. secutus erat, vera ratione de verbis mediis p. 35 est *πορίζω suppedito, praebeo aliis; πορίζομαι* in Medio *mihi reperio, comparo, quaero aliquid.* — *ἀπὸ τοῦ πολέμου, ἐκ τῆς λείας καὶ τῶν λαφύρων. Wolf.* Vid. ad §. 23 s. v. *λῃστεύειν, Rüdig.* ad h. l. „Praepositio *ἀπό* fontem et originem rerum indicat. Cf. §. 34. Olynth. III. §. 22 *ἀπὸ τούτων.*" Cf. Olynth. I. §. 16; II. §. 34. de Pac. §. 12. Phil. II. §. 16, ubi causam indicat. Matth. Gr. §. 573. — *μισθὸν ἐντελῆ, stipendium absolutum, vollständigen Sold.* Nam *ἐντελής* est *absolutus, vollständig,* si spectas quantitatem; *τέλειος, perfectus,* vollkommen pertinet ad qualitatem alicujus rei. Cf. §. 33. Vid. ad §. 23. *Meurs. Lectt. Att.* II, 8 docet, alias pedites quaternos in diem obolos, classiarios ternos accepisse. Equitibus duplum vel triplum solvebatur. — *ἕτοιμος,* sc. *εἰμί.* Solent *ἕτοιμος, ἱκανός, φροῦδος, ῥᾴδιος, δίκαιος* al. absolute poni, ut verbum intelligi oporteat *εἶναι.* Matth. §. 305. Cf. §. 3. 52. Phil. III. §. 4. 26. Olynth. I. §. 18. 19; II. §. 30; III. §. 14. Vid. Porson. ad Eurip. Hecub. p. 97 ed. Lips. tert. Ita ad proximum *πόθεν* supplendum est *ἔσται.* Apud Latinos *est* et *sunt* in proverbiis potis-

ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ.

Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα 30
εὑρεῖν, ταῦτά ἐστιν. ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσατε, ἵνα μὴ μόνον τοῖς

§. 30. χειροτονήσαντες) Vulg. defendente Rüdig., *si sententias comprobatis decernentes, quae vobis placuerint,*" ita ut ante ἵνα μή sq. suppleatur ὁρᾶτε, quod quamquam fieri potest (vid. ad §. 20), tamen opus non est; nam χειροτονήσατε habent optimi codd. Aug. 1, 2, 3, Meerm., Ald., Felic., P. Manut. et β. Verba autem ἵνα μή sq. non pendent, ut Rüdig. putat, solum a χειροτονήσατε, sed et ab hoc verbo et ab enuntiatione ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ, neque quidquam habent, in quo offendas. Ceterum vid. adn. *Schaeferus* conjecit ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονήσητε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ ποιήσατε. —

simum omitti solent. Cic. Off. I, 10: *summum jus summa injuria.* de Fin. II, 32: *acti labores jucundi.* De re cf. Dem. de Chors. p. 96. §. 24: ἢ ἐγὼ πάσχειν ὁτιοῦν τιμῶμαι. Simili fere ratione dicta sua orator confirmat Phil. III. §. 20: ἂν δὲ ληρεῖν — δοκῶ, μήτε νῦν μήτ' αὖθις ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε. — πόθεν οὖν ὁ πόρος — γενέσθαι. Vid. not. crit. —

§. 30. πόρου ἀπόδειξις. Demosthenes una cum compluribus aliis (quod patet ex verbis ἃ μὲν ἡμεῖς δεδυνήμεθα εὑρεῖν) rationem pecuniarum exigendarum accuratam confecerat literisque consignaverat, quam in concione recitaret; nam in talibus singula quaeque accuratissime constitui erat necesse, et facile errare potuit orator, si ex memoria referre voluisset. „Catalogus autem de scripto, ut apparet, recitatus hic praetermissus est, ut et leges, et decreta, et testimonia, et alia scripta complura: quae nobis nec inutilia nec injucunda lectu essent, si exstarent." *Wolf.* Vid. ad §. 37 ὥστε ἐπιστέλλειν. ad Phil. III. §. 46. Cf. Cic. Rosc. A. c. 9. — ἃ μὲν ἡμεῖς. His verbis prorsus novam incipere orationem alio tempore (fortasse Olymp. CVIII, 2. a. Chr. 347, quo anno bellum contra Philippum exortum erat; vid. ad §. 34) habitam multi docti recentioris temporis, *Schottius, Fabricius, Taylorus, Lelandus, Jacobsius, Rüdigerus, Wachsmuthius* judicaverunt, auctore Dionysiso Halic. Ep. ad Amm. c. 4. T. VI p. 736: Θεμιστοκλῆς, ἐφ' οὗ τὴν ἕκτην τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἀπήγγειλε Δημοσθένης περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πολέων, ἧς ἐστιν ἀρχή: Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἐστι. Contra alii, Scholiastam, qui Dionysium hac de re impugnat, secuti, *Tourellus, Mounteneyus, Augerus, A. G. Beckerus, Bremius* (philologische Beiträge aus der Schweiz I. p. 21 sq.), ipse ille *Rüdigerus* (de canone Phil. p. 11), *Schaeferus* et nunc etiam *Voemelius* hanc alteram partem ad unam eandemque orationem, primam, pertinere statuerunt. Pauca de hac re ad §. 34 diximus. Ceterum non est hujus libri, rationes in utramque partem dijudicare, quod longum est, et satis erit dixisse, neque mirum esse, quod in altera parte orator nonnulla commemorat, quae in priori non dicuntur; nam non omnia omni loco dicenda sunt; neque, quod argumentum Dionysius statuit tanquam alterius orationis, congruere cum iis, quae in hac altera parte continentur. Multa autem sunt, quae in utraque parte consentiunt, de quibus vid. §. 33. — ἐχειροτονῆτε τὰς γνώμας, *si suffragia de sententiis* (oratorum) *feretis.* Postquam plures oratores de re aliqua verba fecerunt, is, qui concioni praeerat (πρόεδρος) populum ad suffragia ferenda (ἐπιχειροτονεῖν, nam manibus porrigendis fieri sole-

ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις.

31 Δοκεῖτε δέ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ πολέμου καὶ ὅλης τῆς παρασκευῆς βουλεύσασθαι, εἰ τὸν τόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς χώρας, πρὸς ἣν πολεμεῖτε, ἐνθυμηθείητε, καὶ λογίσαισθε, ὅτι τοῖς πνεύμασι καὶ ταῖς ὥραις

ἐν τοῖς ψηφίσμασι) Sic plerique codd.; ἐν abest a Par. 5, 8, Aug. 1, 2, Ald., Felic. W. et Bekk. in ed. min., Reisk. et Rüdig. uncis incluserunt. Praepositio neque opus est, et abhorret a seq. τοῖς ἔργοις. —

§. 31. πολεμήσετε) Vulg. πολεμεῖτε) Aristid. τέχν. p. 118. Aug. 2, Bav. et α Bekk. Recte. Athenienses enim inde ab Amphipoli expugnata bellabant cum Philippo vel bellare sibi videbantur. Cf. §. 25 sq. adn. ad §. 12. Male autem *Rüdigerus* πολεμεῖτε pro Futuro habet. —

---

bat, vid. ad §. 26) provocabat; hic autem orator ipse hoc verbo *ἐπιχειροτονεῖν* utitur pro *ἐπικουροῦν*, *suffragiis sancire et confirmare.* Phil. III. §. 1. Sic pro Cor. p. 261: *καὶ ἐπεχειροτόνησεν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος.* Ibid. p. 235. p. 309, 27: *τὰς ἐμὰς γνώμας ἐχειροτόνει.* Verba *ἐπιχειροτονῆτε — χειροτονήσατε* *Paronomasiam* efficiunt. Cf. Olynth. III. §. 13. Phil. III. §. 20. Vid. Creuz. ad Procl. Alcib. II. p. 160. — *ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ.* Emphatice hoc dictum est: *quae vobis cum certa animi persuasione placuerint et certo consilio, ea efficiendi. Brem.* Vid. ad Olynth. I. §. 11. Latini sic voce *placere* usurpant de eo, quod aliquis, quia bonum et utile videtur, faciundum statuit, sive omnino, quod comprobat. Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 131. Sall. Jug. 87, 4: *Ita Jugurthae placuerat, speranti, mox effusos hostes invadi posse.* Hinc et *ἀρέσκειν* et *placere* dicuntur de philosophorum sententiis. Wyttenb. ad Cic. de Nat. deor. I, 22. p. 732 ed. Creuz. — *τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς.* Facile Athenienses et decretis et epistolis minaciter contra Philippum loquebantur; sed haec verba minantia re et facto non adjuvabant. Saepe etiam milites conscribi jubebant epistolasque ducibus mittebant, fore, ut auxilia iis submitterentur; re autem vera nihil peragebant. Vid. ad §. 19. cf. ad Olynth. I. §. 23; II. §. 5. 14. De lectionis varietate vid. not. crit.

§. 31. *δοκεῖτε δέ μοι — ἂν — βουλεύσασθαι.* De particula *ἂν* vid. ad §. 13. — *τὸν τόπον τῆς χώρας, situm, naturam loci,* *τὴν τοποθεσίαν τῆς χώρας,* ut seriores scriptores dicebant (Diod. Sic. I, 42 cit. Schaefero: *ἑξῆς δὲ περὶ τῆς τοποθεσίας τῆς κατ' Αἴγυπτον χώρας κ. τ. λ.*). In Aristocr. p. 681, 18: *ὥσπερ γὰρ Χαλκὶς τῷ τόπῳ πρὸ τῆς Βοιωτίας κεῖται.* Sall. Jug. 88, 4: *statuit urbes, quae viris aut loco pro hostibus — erant, singulas circumvenire.* Vocabulum autem *τόπος,* quod §. 32 sequitur, est *tractus regionis.* Cf. §. 4. Xenoph. Hell. III, 4, 21: *ἐς τὸν Σαρδιανὸν τόπον ἐνέβαλεν.* Intelligit orator oram Macedoniae et Thraciae, Hellespontum et insulas septentrionales maris Aegaei. — *εἰ ἐνθυμείητε.* Vid. ad. §. 18. — *τὰ πολλά.* Vid. ad §. 38. — *προλαμβάνων διαπράττεται, praeripiens et antevertens perficit,* quod Latini dicunt *occupare, antecapere.* Cf. §. 14. 42. Olynth. I. §. 9; II. §. 2. Liv. I, 14: *Fidenates occupant bellum facere.* Sall. Jug. 21, 3: *tempus legatorum antecapere.* Ibid. Cat. 32, 1. Vid. Heind. ad Hor. Sat. I, 9, 6. *διαπράττεσθαι* est *perficere, ad exitum perducere,* saepe de rebus fortiter gestis (Olynth. II. §. 14) et hic involvit notionem clandestini et fallacis. Cf. Olynth. I. §. 13. Xenoph. Cyr. VII, 1, 23: *Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ταῦτα διαπραξάμενος ἐπὶ τὸ δεξιὸν παρῄει.* Differt autem ab

τοῦ ἔτους τὰ πολλὰ προλαμβάνων διαπράττεται Φίλιππος, καὶ φυλάξας τοὺς ἐτησίας ἢ τὸν χειμῶνα ἐπιχειρεῖ, ἡνίκ' ἂν ἡμεῖς μὴ δυναίμεθα ἐκεῖσε ἀφικέσθαι. Δεῖ τοίνυν **32** ταῦτ' ἐνθυμουμένους μὴ βοηθείαις πολεμεῖν (ὑστεριοῦμεν

§. 31. *δυνώμεθα)* Vulg. Vid. adn.
§. 32. *τοίνυν ἡμᾶς)* Par. 3, Meerm., Reisk. B. prob. Schaefero. *τοίνυν ὑμᾶς)* Vulg. Deest ὑμᾶς in codd. α et β, Harris., Harl. Recte. Solent enim ejusmodi Pronomina ad Participium omitti. Vid. ad Phil. I. §. 10 et 50. —

ἀνύειν ita, ut hoc dicatur respectu difficultatum superatarum et nonnisi Substantivum habeat Objectum, nunquam Infinitivum; διαπράττειν autem magis pertineat ad ea, quae laboribus comparantur. τελεῖν (τέλος, *finis)* spectat ad finem, quem quis assecutus est. Doederl. Syn. Lat. IV, p. 370. Praepositio διά in compositione significat *perfectionem et absolutionem victis difficultatibus.* Solebat autem Philippus qualibet opportunitate uti, neque bellum indicere (ad Phil. II. §. 21), sed subito, omnibus insperantibus, modo huc modo illuc impetum facere hostesque ubique occupare, et omnino inferre injuriam malebat quam pati. Cf. §. 41. Olynth. I. §. 9. Phil. III. §. 48 sqq. — τοὺς ἐτησίας, *anniversarios ventos, Passatwinde,* qui a regione cauro subjecta paulo post caniculae exortum per quadraginta dies perflabant et, quum a septentrione flarent, Macedoniam versus navigantibus valde adversi, meridiem autem versus navigantibus secundi fuerunt. Praeter hos venti aquilones in mari Aegaeo saeviebant. Corn. Nep. Milt. I, 4: *Hic enim ventus, a septentrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus.* — ἡνίκ' ἂν ἡμεῖς μη δυναίμεθα, *quo tempore haud facile eo pervenire possimus.* Inest Optativo vis modestiae, leniusque orator profert sententiam suam, quam si dixisset: ἡνίκα ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα. Particula ἂν addi in tali enuntiatione debet. Vid. ad §. 22. ad Olynth. I. §. 3. Phil. II. §. 11; de Pac. §. 15. Matth. Gr. §. 514. Xenoph. Cyr. I, 2, 11: καὶ θηρῶντες μὲν οὐκ ἂν ἀριστήσαιεν, *haud facile pranserint.* Cic. Rosc. A. §. 123: *de quibus* (quae posita sunt in suspicionibus) *si coepero dicere, pluribus verbis sit disserendum, ich möchte leicht sprechen müssen.* Cf. Hor. Od. I, 1, 13. *Bremius* hypothetice explicat: *quo tempore istuc proficisci non possemus, etiamsi velle nos diceremus,* et ipsa in hypothesi irrisionem inesse putat, quam equidem non video, nec videt *Schaeferus,* qui monet, haec Demosthenem scripsisse docendis Atheniensibus, non irridendis: sedata enim omnia et gravia esse. *Engelhardtus* denique in programmate p. 38 existimat, Optativum ab oratore ita positum esse, ut ex mente Philippi haec diceret, quippe qui multa conetur eo tempore, quo nos eo pervenire non possimus. At nimis subtilis haec interpretatio esse videtur. Conjunctivus autem δυνώμεθα, quae est lectio vulgata, ferri nullo modo potest. Res enim non spectat ad *eventum,* sed ad *cogitationem.* Neque ἡνίκ' ἂν h. l. pro ὅταν ponitur, sed ἡνίκα h. e. ὅτε per se intelligendum est, quum sermo sit de tempore certo, et ἂν ad Optativum pertineat. De hac vi utriusque modi vid. ad Olynth. I. §. 3 not. crit.; II. §. 34. Cf. etiam Olynth. III. §. 3.

§. 32. Δεῖ — ἐνθυμουμένους. Vid ad §. 22. — βοηθείας. Intelligendae sunt copiae, quae subito et celeriter comparantur eoque mittuntur, ubi hostis impetum aut fecit aut facturus est, *milites tumultuarii.* Liv. III, c. 4: *subitarii milites: ita tum repentina auxilia appellabant.* Opponuntur παρασκευῇ συνεχεῖ. Observa nomen abstractum pro concreto βοηθοῖς positum, quod

γὰρ ἁπάντων), ἀλλὰ παρασκευῇ συνεχεῖ καὶ δυνάμει. ὑπάρχει δ' ὑμῖν, χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμνῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σκιάθῳ καὶ ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις, ἐν αἷς καὶ λιμένες καὶ σῖτος καὶ ἃ χρὴ στρατεύματι πάνθ' ὑπάρχει·

ταῖς ἄλλαις ταῖς) Vulg. prob. *Schaefero*, qui dicit, Homoeoteleuton effecisse, ut omitterentur. Sed verba ταῖς ἄλλαις non leguntur in Par. 5, 7, 8, Ald. Tayl., Harl., Aug. 1, 2, Bav., in cujus margine adscripta erant, neque in α et β. Recte; facile enim suppleri possunt. — στρατεύμασι) Vulgo. στρατεύματι) Voss., Ald. Tayl., Aug. 1, 3, Bav., α, β. Recte. —

---

saepissime fit. Vid. ad Phil. III. §. 51. Suadet igitur orator, ut Athenienses, quum Philippus exercitum et belli et pacis tempore alat, et ipsi copias semper paratas habeant, ne ille ubivis praeveniat alienaque rapiat. Cf. §. 42. 49. 59. 41. Dem. Chers. p. 101. §. 47: *οὐ γάρ ἐστι βοηθείαις χρωμένους οὐδέποτ' οὐδὲν τῶν δεόντων πρᾶξαι, ἀλλὰ κατασκευάσαντας δεῖ δύναμιν καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαντας καὶ ταμίας καὶ δημοσίους καὶ ὅπως ἔνι τὴν τῶν χρημάτων φυλακὴν ἀκριβεστάτην γενέσθαι, οὕτω ποιήσαντας, τὸν μὲν τῶν χρημάτων λόγον παρὰ τούτων λαμβάνειν, τὸν δὲ τῶν ἔργων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ*; *Gottsched.* ad sensum bene, quamquam humili sermone, vertit: *In Betrachtung dessen müsst ihr nicht zuweilen über Hals und Kopf ein Kriegsheer hinschicken.* — **ὑστεριοῦμεν γὰρ ἁπάντων.** Plerumque *ὑστερίζειν, ὑστερεῖν*, quia notio Comparativi inest, cum Genitivo rei construuntur. Cf. §. 35. 38. Xenoph. Anab. I, 7, 12: *Ἀβροκόμας ὑστέρησε τῆς μάχης πέντε ἡμέρας. Lobeckius* autem *ad Phrynich.* p. 237 docet, tempus definitum modo in Dativo poni (Herod. VI, 89: *ὑστέρισαν μιῇ ἡμέρῃ*) modo in Accusativo, ut exemplum ex Xenophonte citatum probat. Ceterum tardos esse Athenienses et segnes, qua re sero venientes omnes opportunitates negligant, saepe iis orator noster objicit. Cf. §. 12. Olynth. I. §. 2. — **ὑπάρχει, *prodest, adjumento est.*** Vid. ad §. 12. — **χειμαδίῳ.** Etymolog. Magn. p. 810, 1: *τόπῳ, ἐφ' ᾧ ἄν τις δύναιτο χειμῶνος καθορμίσασθαι, hiberna.* Dativus est Appositionis, *licet nobis hibernis uti Lemno.* — **τῇ δυνάμει, *in commodum exercitus.*** Hujus Dativi commodi alia exempla vid. §. 24. Olynth. II. §. 27. Phil. II. §. 2. 23. de Pac. §. 6. Buttm. Gr. §. 120, 3. Not. 2. Eodem modo Phil. III. §. 24 *Λακεδαιμονίοις* — *κατέστησαν* est *Dativus incommodi.* Vid. ad Olynth. I. §. 5. — **καὶ λιμένες καὶ σῖτος καὶ ἃ χρὴ στρατεύματι.** De Polysyndeto vid. ad §. 4. 36. Ad *στρατεύματι* ex sequente verbo finito supplendum est *ὑπάρχειν*, a quo pendet Dativus, non a *χρή*, ut falso *Rüdig.* putat. Vid. ad §. 1. *Seidler.* ad Eur. El. 891. Saepe enim, ut *Bremius* ad h. l. dicit, ex verbo primario Infinitivus supplendus in enuntiationem interjectam. Solet hoc praecipue fieri apud verbum *μέλλω*, ita ut Infinitivus ex alio verbo sive subsequente sive praecedente subaudiatur. Thuc. I, 134: *καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεισαν*, ubi post *ἐμέλλησαν* subaudiendum est *ἐμβάλλειν.* Vig. p. 261 sq. Sic Cic. Off. II, 22: *ne illam quidem consequuntur, quam putant* (sc. se consecuturos), *gratiam.* Cf. ad proximum *ῥᾳδίως ἔσται.* — **τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, *per opportunum anni tempus.*** *Hesych.* *καιρὸς ἔτους, τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος. Moschop. ἔτους ὥραν ἰδίως τὸ θέρος φασὶν Ἀττικοί.* Quemadmodum *ἡ ἡλικία* de flore aetatis adhibetur (vid. ad §. 7), ita etiam *ὥρα* interdum *κατ' ἐξοχὴν* legitur vel de *vere*, tanquam tempestate navigationi opportuna, vel, et inprimis, de *aestate eaque adulta.* Omnino ponitur de *tempore opportuno cui-*

τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων στόμασι ῥᾳδίως ἔσται.

Ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει, παρὰ 33
τὸν καιρὸν ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ' ὑμῶν βουλεύσε-

ῥᾳδίως ἔσται) H. Wolf. aut legi vult εἴσεσθε, aut γνῶναι suppleri; Reisk. deesse putat διαγνῶναι, quod Aug. in textum recepit. Vid. adn. —

---

cunque rei. Cf. Olynth. I. §. 23. Vid. ad Phil. III. §. 48. Zeun. ad Vig. p. 162. De Accusativo temporis vid. Matth. Gr. §. 424. — ῥᾳδίως ἔσται. Multum hic locus interpretatores vexavit vexatque. Schol. supplet ἅπαντα hoc sensu: *facile omnia copiis aderunt.* Hunc secutus *Voemel.* ita interpretatur: *exercitus prope ipsam illius regionem et emporiorum ostia nullo negotio stipendium mereat, sive conquirat sibi stipendium,* ut ῥᾳδίως ἔσται idem sit, quod ἃ χρὴ στρατεύματι πάντα ῥᾳδίως ὑπάρξει. At praecipua hujus loci sententia esse videtur, non unde alimenta et stipendium parentur copiis, sed qualis sit usus earum in his regionibus. Quare *Bremius* et *A. G. Beckerus* multo melius ita interpretantur, ut ex antecedenti subaudiatur χρῆσθαι τῇ δυνάμει, et ἔσται sit ἐξέσται (vid. ad Phil. II. §. 19) hoc sensu: *per opportunum autem tempus, quum et ad terram accedere facile et a ventis nihil periculi est* (de omisso ἐστί vid. ad §. 29), *ad ipsam terram* (sc. Philippi) *et emporiorum aditus* (πρὸς cum Dativo est *ad, prope.* Cf. Olynth. III. §. 23.) *facile copiis uti licebit.* Similis Ellipsis est apud Cic. Mil. §. 22: *Quod vero te, L. Domiti, huic quaestioni praeesse maxime voluit: nihil quaesivit aliud, nisi justitiam... Tulit, ut consularem necesse esset:* ubi ex antecedenti supplendum est: *praeesse quaestioni.* Non multum haec ratio discrepat ab ea, qua *Schaeferus* cum *Rüdigero* intelligit ex antecedenti supplendum esse δύναμις hoc sensu: *classis facile accedet ad terram et mercatuum aditus. Wolfius* quoque se principio sic vertisse ait. Magis arridet Bremii et Beckeri interpretatio. *Wolfius* autem pro ἔσται legi vult εἴσεσθε „*haud difficulter intelligetis anni tempestatem opportunam.*" Male; nam opportunam anni tempestatem, qua in mari navigare et hostium terram petere possit, ubique locorum quivis intelligere, at non ubique et semper ea uti potest. *Reiskius* denique deesse putat διαγνῶναι, „*facile erit, ut tempestatem anni opportunam observetis.*" Claudendis autem emporiis multum damni Philippo afferri potuit. Cf. Olynth. I. §. 16. —

§. 33. Ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει, *Quemadmodum igitur et quando copiis utatur* sc. ὁ τούτων κύριος, *penes quem harum rerum potestas est.* Χρῆσθαί τινί τι est *uti aliqua re ad aliquid.* Unde dictio: οὐκ ἔχω, ὅ τι (pro ἐφ' ὅ τι) χρήσωμαι αὐτῷ, *non habeo, quid eo* (ei, de eo) *faciam.* In talibus dictionibus τί, ὅ τι saepe nihil aliud est, quam πῶς, ὅπως, id quod ad nostrum quoque locum pertinet. Cf. Olynth. II. §. 6. Matth. §. 413. Not. 4. — παρὰ τὸν καιρόν: De Praepositione παρά vid. ad Olynth. I. §. 22. — χρήματα — ἃ λέγω. Vid. ad §. 28. — τοὺς στρατιώτας — ἱππέας. Haec et alia (verba παύσεσθ' ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν βουλευόμενοι plane cum initio orationis congruunt) quum in utraque orationis parte legantur, demonstrant, falsam esse sententiam Dionysii, novam orationem a §. 30 incipere, statuentis. Vid. §. 16. 19. 21. 22. Ejus sententia si vera esset, omnia haec verba non haberent, quo referrentur et omni vi prorsus carerent. — ἐντελῆ

ται. ἃ δ' ὑπάρξαι δεῖ παρ' ὑμῶν, ταῦτ' ἐστὶν, ἃ ἐγὼ γέγραφα. Ἂν ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πορίσητε τὰ χρήματα πρῶτον, ἃ λέγω, εἶτα καὶ τἄλλα παρασκευάσαντες, τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τοὺς ἱππέας, ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν νόμῳ κατακλείσητε ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν, τῶν μὲν χρημάτων αὐτοὶ ταμίαι καὶ πορισταὶ γιγνόμενοι, τῶν δὲ πράξεων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸν λόγον ζητοῦντες, παύσεσθ' ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν βουλευόμενοι καὶ

§. 33. *Ἂν δέ)* Wolf. conj. *κἂν)* Reisk. Auger. Schaefero *ἀσύνδετον* non placet et mavult *ἂν δὲ ταῦτα.* — *χρήματα, πρῶτον ἃ λέγω)* Vulg. — *τἄλλα πάντα)* Vulg. Sed *πάντα* abest a Par. 1, 8, Aug. 1, 3, Harl., Harris. — *γενόμενοι)* Par. 1, 5, 8, Aug. 1, App. Francf., Ald. Tayl., Reisk. Sed vid. adn. —

πᾶσαν, integras omnes copias, i. e. omnes omnino copias. *Auger.* Vid. ad §. 3 *εἰδῆτε καὶ θεάσησθε.* — *νόμῳ κατακλείσητε, lege obstrinxeritis.* De vi Futuri exacti, quae inest in Aoristo, vid. ad §. 22. — *ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν.* Vid. ad §. 19 *συνεχῶς πολεμήσει.* — *αὐτοὶ ταμίαι καὶ πορισταὶ γιγνόμενοι.* *Αὐτός* est h. l. *ipsi soli, per se*, reliquis omnibus exclusis, sine auctoritate alterius; vern. *für sich. Ast.* ad Plat. Protag. init. et p. 320. A. Soph. El. 36. Aeschyl. Choeph. 552. *Fr. Aug. Wolf.* ad Dem. Lept. p. 482, 28, ubi *αὐτός* et *μόνος* graviter conjunguntur: *Χαβρίας δ' αὐτὸς ἐτιμήθη παρ' ὑμῖν μόνος.* Sic etiam Eurip. Phoen. 1245 sq. Plat. Lach. §. 35: *αὐτὸς (διδασκάλῳ οὐ χρώμενος) δ' αὖ εὑρεῖν τὴν τέχνην ἀδυνατῶ ἔτι νυνί.* Hinc illud *αὐτοί ἐσμεν, wir sind unter uns*, quod imitatus est Tacit. Agr. 15: *Jam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare.* Vid. *Doederl.* Progr. de Brachyl. serm. gr. et lat. p. 8. Vid. etiam ad Phil. II. §. 20, ubi notat *sponte sua.* Quum adhuc imperatores praeter res bellicas pecuniam quoque militarem, stipendium, frumentum commeatumque et conquirendum et distribuendum curarent, neque in his rebus semper probi continentesque essent, jubet Demosthenes cives ipsos esse rerum pecuniariarum, frumenti et omnino alimenti quaestores et suppeditores. *Ποϱισταί* sunt ii, qui pecuniam omniaque ad alendum exercitum utilia conquirunt suppeditantque; secundum Shol. Aristoph. Ran. 1553: *οἱ περὶ πόρου χρημάτων εἰσηγούμενοι.* *Ταμίαι* autem sunt, qui pecuniam acceptam curant et dispertiunt rationemque ejus reddunt. Quare, quum *ποϱισταί* his sint priores, hoc loco est *ὕστερον πρότερον* seu *ὑστερολογία* (cf. Soph. Oed. T. 820: *ὅς ἐξέθρεψε κἀξέφυσέ με.* Ibid. Trach. 34: *τοιοῦτος αἰὼν εἰς δόμους τε κὰκ δόμων || ἀεὶ τὸν ἄνδρ' ἔπεμπε λατρεύοντά τῳ.* Hom. Il. I, 251.); orator autem *ταμίαι* priori loco posuit non modo ut nomen generale, sed etiam quod in administratione acceptae pecuniae summa rei versatur; nam in ea adhuc maxime erat peccatum. Sic Corn. Nep. Att. III, 2: *Phidiam Athenienses in omni procuratione rei publicae actorem auctoremque habebant.* De re vid. locum ex orat. de Chers. ad §. 32 s. v. *βοηθείαις* adscriptum. Pro Praesente *γιγνόμενοι* male Reisk. ex codd. recepit *γενόμενοι.* Non semel enim, neque certo quodam tempore, sed per omne belli tempus rem pecuniariam administrari a civibus Demosthenes jubet; cf. proxime *ζητοῦντες.* Vid. ad Olynth. I. §. 1. Cf. etiam §. 42. Non igitur ad Aoristos *πορίσητε, κατακλείσητε* est construendum, quorum plane alia ratio est. Variant autem tempora, quamquam conjunctionibus cohaerentia, pro varia enuntiationis ratione. Vid. de Pac. §. 12. — §. 34. *τὸν μέγιστον τῶν ἐκεί-*

πλέον οὐδὲν ποιοῦντες. Καὶ ἔτι πρὸς τούτῳ πρῶτον 34
μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μέγιστον τῶν ἐκείνου πόρων ἀφαιρήσεσθε. ἔστι δ' οὗτος τίς; ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑμῖν πολεμεῖ συμμάχων, ἄγων καὶ φέρων τοὺς πλέοντας τὴν θάλατταν. Ἔπειτα τί πρὸς τούτῳ; τοῦ πάσχειν αὐτοὶ κακῶς ἔξω γενήσεσθε, οὐχ ὥσπερ τὸν παρελθόντα χρόνον εἰς Λῆμ-

---

§. 34. τούτοις) Vulg. —

νου (Philippi) πόρων. Eleganter Adjectivum, servato genere Substantivi sui, hoc ipsum in Genitivo Pluralis assumit. Vid. ad §. 16. Phil. II. §. 13; III. §. 52. Plat. Gorg. p. 519: νῦν γοῦν συχνοὺς τείνω τῶν λόγων, pro τοὺς λόγους. Ibid. Polit. I, 328. E: χαλεπὸν τοῦ βίου. Xenoph. Cyr. III, 2, 2: πολλὴν τῆς χώρας. Thuc. I, 5: ὁ πλεῖστος τοῦ βίου. *Ast.* ad Plat. Protag. p. 329. A. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. p. 459, 13. Vig. p. 62. Multo frequentior autem est usus Adjectivi in neutro sive Singularis sive Pluralis cum Genitivo Substantivi sui in Plurali, id quod Latini quoque imitantur. Cf. §. 45. Hor. Ep. ad Pis. 49: *abdita rerum.* — ἀπὸ τῶν ὑμετέρων συμμάχων. Vid. ad §. 29 ἀπὸ τοῦ πολέμου. — ἄγων καὶ φέρων. Haec verba, quorum illud proprie ad animantia, hoc ad inanimantia pertinet, in direptione hostili poni conjungique solent et significant *diripere et populari cum homines, tum res locaque.* Cf. Phil. III. §. 52. Xenoph. Hell. VI, 5, 50: οἱ μὲν ἄγοντες, οἱ δὲ φέροντες, ὅ τι ἡρπάκεσαν. Hom. Il. V, 483. Virg. Aen. II. 374: *Alii rapiunt incensa feruntque Pergama.* Leniore sensu ἄγειν καὶ φέρειν est *afferre* vel *adducere.* Xenoph. Cyr. V, 4, 29: ἄλλα τε δῶρα πολλὰ καὶ παντοῖα φέρων καὶ ἄγων. — ἔξω γενήσεσθε. Haec formula cum Genitivo dicitur proprie de iis, qui extra hostium aciem et jactum venerunt. *Rüdig.* Xenoph. Cyr. VII, 5, 6: ἐπεὶ δὲ ἔξω βελῶν ἐγένοντο. Opponitur εἰς τόξευμα ἀφικνεῖσθαι, sive ἐντὸς τοξεύματος γίγνεσθαι Xenoph. Cyr. I, 4, 23. Unde metaphorice de iis, qui calamitati non obnoxii sunt. Luc. Ep. Saturn. γενέσθαι ἔξω τοῦ φθονεῖσθαι. Dem. epist. II. p. 1471, 19: ἔξω προπηλακισμοῦ γενέσθαι. Aliam significationem vid. ad Olynth. III. §. 27. — οὐχ ὥσπερ. Frequentissima haec est Graecorum ratio, quod una consecutione οὐχ ita cum ὥσπερ copulatur, ut verbum totaque sententia ejus ex insequentibus et nonnunquam varie repetenda sit. *Voemel.* *Reiskius* hoc loco subaudiri monet οὐκ οἰχήσεται ἔχων etc., οὐκ ἐκλέξει etc., οὐκ ἀποβήσεται, sc. quemadmodum antea fecit. Plat. Gorg. §. 165: καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν ὑμᾶς, i. e. εὐωχῶν ὑμᾶς, ὥσπερ ἐγὼ εὐώχουν. Vid. Heind. ad Plat. Protag. §. 77. — εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον — ᾤχετ' ἔχων τριήρη. Est grave hujus loci Asyndeton. Cf. §. 36. Olynth. I. §. 25; III. §. 9. Phil. III. §. 59. Vid. ad §. 4. 9. 13. Non satis liquet, quo haec omnia facta pertineant. Verisimile est, ea bello sociali evenisse, quo Philippus, impeditis Atheniensibus, *Lemnum et Imbrum,* fortasse adjutus a sociis, depopulatus est civesque captivos abduxit; tum ad *Geraestum,* promontorium in angulo meridiali insulae Euboeae, naves cepit magnamque pecuniam comparavit; atque adeo ad Marathonem appulsus sacram triremem Atheniensium rapuit. Vid. Proleg. §. 6. Neque impedire hoc Athenienses poterant. Nam neque copiae praesto fuerunt et Philippus celeriter omnia peregit. Est haec sententia *Lucchesini* a pluribus interpretatoribus probata, quae quamquam testimoniis caret, tamen ob hanc causam alteri

νον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν αἰχμαλώτους πολίτας ὑμετέρους ᾤχετ' ἔχων, πρὸς τῷ Γεραιστῷ τὰ πλοῖα συλλαβὼν ἀμύθητα χρήματ' ἐξέλεξε, τὰ τελευταῖα εἰς Μαραθῶνα ἀπέβη καὶ τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς χώρας ᾤχετ' ἔχων τριήρη, ὑμεῖς δ' οὔτε ταῦτα ἠδύνασθε κωλύειν οὔτ' εἰς τοὺς χρόνους, οὓς
35 ἂν προθῆσθε, βοηθεῖν. Καίτοι τί δήποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε, τὴν μὲν τῶν Παναθηναίων ἑορτὴν καὶ

ἄγων καὶ) Vulg. Sed ἔχων exhibent Par. 1, 5, 8, Aug. 1, Obsop., Pith., App. Francf., Ald. Tayl., Harr.; ἄγων ferri possit, minus καὶ, quo addito perit grave asyndeton, quam ob causam ad τὰ τελευταῖα omittendum est δ', quod vulgo legitur. — προέλοισθε) Ald., P. Manut., Wolf. Aug. προέλησθε) Reisk. ex Harl. et ed. Lut. Sed προθῆσθε in plerisque codd. legitur. Vid. ad §. 26 ὃν ἂν ἐκπεμψητε. —

sententiae, has expeditiones post Olynthum captam factas esse, non postponenda est; nam haec et ipsa testimoniis non adjuvatur. Ceterum ex hoc potissimum loco *Jacobsius* et alii, qui hanc orationem dividendam in duas existimant, argumenta sumunt, quibus sententiam suam confirment, dicentes, bellum, quod priori parte orationis exarsisse nusquam legatur, hoc tempore, quo altera pars orationis habita sit, prorsus exortum fuisse, ita ut rex Athenienses, ubicunque potuerit, persecutus sit. Has igitur injurias in illud tempus transponunt, quo capta Olyntho Philippus pergebat vexare Athenienses, ut ad pacem faciendam eos compelleret. Quod si verum esset, certe orator mentionem de expugnata Olyntho in hac oratione fecisset. Deinde de his ipsis vexationibus longe aliter Demosthenes diceret, neque priori tempore eas illatas esse adderet. Denique quum statim post Olynthi eversionem et Philippus et Athenienses pacem valde exoptarent (vid. Proleg. §. 1 T. II), non verisimile est, neque illum injuriis denuo illatis laesisse Athenienses, neque hos in eum Demosthenis oratione ad bellum incendi potuisse, neque oratorem ipsum tam vehementer in regem perorare ausum fuisse, quippe qui ipse pacis ineundae suasor fuit. — ἱερὰν τριήρη. Erant tunc temporis duae triremes sacrae apud Athenienses, *Salaminia* et *Paralus*, ex quibus illa ad res sacras in insulis (Delo potissimum, unde et *Delia* vocabatur) celebrandas; haec ad cetera rei publicae munera obeunda, ad duces e bello ad judicium revocandos, ad legatos ac nuntios vehendos, ad pecuniam transportandam et alia ejusmodi adhibebatur. Vid. Boeckh. Staatshaush. der Athener I. p. 258. Xenoph. Hell. II, 1, 29. Tuc. III. 33. „Plures erant insecutis temporibus, numero aucto per abominabilem adulationem degenerum Atheniensium." *Schaefer.* — οὓς ἂν προθῆσθε, *eo tempore, quo constitueritis.* De constructione vid. ad §. 26. —

§. 35. καίτοι τί δήποτε, *quamquam s. verum quid tandem.* Καίτοι inservit, ut *quamquam, tametsi,* transitioni ita, ut ea, quae praegressa erant, respiciens quasi restringat corrigatque. Vig. p. 529 et Herm. ad Vig. p. 840. Cf. §. 12. Phil. III. §. 25. Vid. ad Olynth. I. §. 22; II. §. 23. Eodem modo Latini *verum, verumtamen* usurpant (Zumpt. Gr. §. 67), aut *quamquam,* de quo vid. ad Cic. Phil. II, c. 5. — Παναθηναίων. Duo erant Athenis Panathenaea ab Erichthonio, Atheniensium rege, ut fabula fert, antiquissimis temporibus in Minervae honorem instituta, *majora* et *minora,* quorum illa quinto quoque anno, haec quotannis mense Julio seu Hecatombaeone (vid. ad Olynth. II. §. 4. 5) magno cum apparatu,

τὴν τῶν Διονυσίων ἀεὶ τοῦ καθήκοντος χρόνου γίγνεσθαι, ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν ἄν τε ἰδιῶται οἱ τούτων ἑκατέρων ἐπιμελούμενοι, εἰς ἃ τοσαῦτ' ἀναλίσκετε χρήματα, ὅσα οὐδ' εἰς ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ τοσοῦτον ὄχλον καὶ τοσαύτην παρασκευὴν, ὅσην οὐκ οἶδ' εἴ τι τῶν ἁπάντων ἔχει, τοὺς δ'

§. 35. *ἐπιμελησόμενοι)* Vulgo. Sed plerique codd. habent *ἐπιμελούμενοι* Recte; nam Praesens de tempore nullis certis finibus descripto ponitur et Futurum quoque involvit. Vid. ad Ol. I. §. 1. Phil. II, §. 32; etiam supra ad §. 29. Male *Rüdig.* *ἐπιμελούμενοι* pro Futuro Attico habet. — *τοσαύτην)* abest ab Aug. 1, Ald. Tayl., App. Francf.; quare Bekk. in ed. minore uncis inclusit, quem Rüdig. secutus est. Male; nam vim habet non parvam repetitum Pronomen *τοσαῦτ'*, *τοσοῦτον* et *τοσαύτην*, et sequitur *ὅσην*. — *εἴ τις)* Vulg. *Τις* alii idque recte ad classem referunt; sed quum notio pecuniae in classem consumptae *(εἰς ἕνα τῶν ἀποστόλων)* jam praecedat, melius est, *εἴ τι*, quod est in

vario ludorum genere, canticis, certaminibus athleticis, solemni pompa in arcem deducta et hujus generis aliis celebrabantur. Vid. ad §. 26. Creuz. Symb. II. p. 808 sqq. — *τῶν Διονυσίων.* Dionysia plura quotannis Athenis in honorem Bacchi magna cum celebritate agebantur. Plerumque *magna* sive *urbana* mense Martio tertio quoque anno celebrata intelliguntur, in quibus illud praecipuum erat, ut in pompa per noctem acta Bacchi triumphum homines signa ad eum pertinentia gestantes repraesentarent. Interdiu fabulae edebantur aliaque delectamenta instituebantur; omnes denique luxuriae indulgebant. Creuz. Symb. III. p. 319 sqq. Singulis autem sacris et spectaculis singuli magistratus cum curatoribus *(ἐπιμεληταῖς)* sorte creatis praeerant. De Eleusiniis vid. ad Olynth. II. §. 5. — *ἄν τε — ἄν τε,* est idem, quod *εἴτε — εἴτε, sive — sive.* — *δεινοί — ἰδιῶται.* *Wolfius: οἱ μὲν δεινοὶ ἐνταῦθα οἱ ἔμπειροι τῆς διαθέσεως τῶν ἑορτῶν, οἱ δὲ ἰδιῶται οἱ ἄπειροι τῶν τοιούτων.* *Δεινός* est omnino id, quod in suo genere *insigne* est et in utramque partem sive bonam sive malam accipitur. Opponitur vocabulo *ἰδιώτης* ita, ut illud artis cujusdam ex contextu intellectae *peritiam*, hoc ejusdem *imperitiam* significet. Heind. ad Plat. Protag. p. 525. §. 45. Vid. ad Olynth. III. §. 3. de Pac. §. 11. Unde saepe legitur *δεινὸς λέγειν*. Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 502, 28. *Ἰδιώτης* autem non omnino est *stultus* et *rudis*, sed *artis*, de qua sermo est, *inscius* et *imperitus*. Locus classicus est apud Xenoph. Cyr. I, 5, 11, ubi haec vocula pluribus aliqua aut arte aut virtute instructis opponitur. — *τοσαῦτα ἀναλίσκετε χρήματα.* Moderatione in rebus privatis, splendore in publicis utebantur Athenienses, de quo vid. ad Olynth. II. §. 25. 26, ubi mores priorum et posteriorum Atheniensium hac de re egregie comparantur. — *ὅσα οὐδ' εἰς ἕνα τῶν ἀποστόλων.* Vid. ad Olynth. III. §. 27. *Ἀπόστολος* est *expeditio*, inprimis *maritima*. Vid. ad §. 19 *δύναμις*. Olynth. II. §. 5. *Harpocrat.* s. v.: *ἀπόστολοι δ' εἰσὶν αἱ τῶν νεῶν ἐκπομπαί. ὁ ῥήτωρ ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν.* Schol. ad h. l. *ἀπόστολος ὁ μετὰ στρατιωτικῆς ἀποστελλόμενος εἰς πόλεμον παρασκευῆς. καὶ ἀποστολεῖς οἱ ἐπὶ τῆς ἐκπομπῆς τῶν τριηρῶν ἀποδεδειγμένοι. ἀποστολαὶ δὲ αἱ ἀποπέμψεις.* Cf. §. 45. — *τοσοῦτον ὄχλον καὶ παρασκευήν.* „Habemus exemplum usitatissimae figurae, Zeugmatis dictae (nam verbum *ἀναλίσκετε* accommodatum est tantum ad *χρήματα*, non ad *ὄχλον* et *παρασκευήν*, ad quae suppleri potest *ἔχετε, κινεῖτε*), de qua *Dorvillius* omnium copiosissime et doctissime disputavit ad Charit. p. 440. *Schaefer.* Aliud exemplum habemus de

ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν, τὸν εἰς Με-
36 *θώνην, τὸν εἰς Παγασὰς, τὸν εἰς Ποτίδαιαν; Ὅτι*
ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα νόμῳ τέτακται, καὶ πρόοιδεν ἕκαστος

Aug. 1, App. Francf., Harris., α et β, cum B. scribere, ita ut summatim sit accipiendum et ad omnes reliquas res pertineat. —

§. 36. *προεῖδεν)* Vulg. Sed *πρόοιδεν*, quod multi et optimi codd. habent, aptius est et ad sensum et ad antecedens Perf. *τέτακται*. Confundi solent haec verba. Vid. ad Olynth. II. §. 26. —

Pac. §. 10, ubi quum Accusativi *καὶ τοιαύτας ἐλπίδας καὶ φενακισμούς* per Zeugma adjuncti sint Participio *ὑπισχνουμένων*, *Reisk.* et *Auger.* male addendum censuerunt *προτεινόντων* vel *ὑποδεικνύντων*. Cf. Phil. III. §. 72. Herod. I, 32. Soph. Elect. 427: *ἀλλ' ἢ πνοαῖσιν, ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει κρύψον νιν*, ubi ad *πνοαῖσιν* cogitandum est *ῥίψον* sive *δός*. Cic. Rosc. A. §. 22: *Neque mirum, quum eodem tempore et ea, quae* *p r a e t e r i t a* *sunt, et ea, quae videntur instare,* *p r a e p a r e t.* — *ὅσην οὐκ οἶδ' εἴ τι τῶν ἁπάντων, quantum nescio an quidquam omnium habeat.* De lectione *εἴ τις* pro *εἴ τι* vid. not. crit. *Ἔχειν* cum Accusativo Substantivi notat *in se habere, conjunctum esse cum aliqua re, mit sich führen,* saepe *affectum esse*, praecipue in malis, quibus vexamur; *ἔχειν ἔρωτα, affectum esse amore, mit Liebe behaftet seyn.* Ast. ad Plat. Phaedr. p. 239. C. Herm. ad Vig. p. 753. Cf. Olynth. I. §. 3. 26; de Pac. §. 13. Sic Latini *habere* usurpant. Cic. Lig. c. 2: *profectio* (Ligarii) *voluntatem* ***habuit*** *non turpem, remansio necessitatem etiam honestam.* Vid. etiam ad Olynth. I. §. 26. — *ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν.* De *ὑμῖν* vid. ad §. 19; seu mavis pro Genitivo positum, ad Olynth. III. §. 22. — *εἰς Μεθώνην.* Vid. Proleg. §. 10. — *εἰς Παγασάς.* Pagasae, maritima Thessaliae urbs ad sinum Pagasaeum sita, erant Pherarum navalia (*Harpocrat.* s. v. p. 138. Lips. *ἐπινειόν ἐστι Φεραίων αἱ Παγασαί.* Vid. Strab. IX. p. 436. Herod. VII, 193). Hanc urbem Philippus, quum rebus Thessalis se immiscuisset, antevertens Atheniensium ducem Charetem, non invitis Thessalis, occupaverat ejusque portoria ac vectigalia obtinuerat. Vid. Proleg. §. 10. Olynth. I. §. 7. 11; III. §. 9. 22. Phil. II. §. 22, ex quibus locis intelligitur, eam repetiisse Thessalos. — *εἰς Ποτίδαιαν.* Vid. Proleg. §. 5. Ceterum ex hoc loco potest intelligi, Athenienses jam eo tempore, quo Philippus fines imperii sui latius extendere studebat, aliquas vires intendisse, ut has urbes, partim praesidiis suis munitas, auxilio juvarent, quo in opere, quum non strenue res peragerent, parum aut nihil profecerunt. —

§. 36. *ν ό μ ῳ.* Ejusmodi leges habes apud Dem. contra Mid. p. 517. — *χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς*, sc. *ἔσται.* Quum in Panathenaeis, Dionysiis aliisque sacris praeter alia spectacula *chori* quoque et *ludi gymnici* ederentur, ad illos instruendos adornandosque *χορηγός* (Plut. Alex. c. 29: *ἐχορήγουν — Ἀθήνησι οἱ κληρούνομοι τὰς φυλάς.* Liban. Arg. ad Mid.: *καθίστασαν δὲ τοὺς χοροὺς αἱ φυλαί, δέκα τυγχάνουσαι. χορηγὸς δὲ ἦν ἑκάστης φυλῆς ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων τὰ περὶ τὸν χορόν.* Munus choragi fuisse sumptuosissimum, praesertim in tragoedia, observavit Wolfius ibid. p. 93.), ad hos apparandos *γυμνασίαρχος*, uterque a tribu sua, electi sunt. Ii sumptum quoque in hos ludos praebebant, e. g. oleum iis, qui palaestrae se exercere vellent, ministrabat *γυμνασίαρχος.* Uberius de his disputavit *Fr. A. Wolf.* in Prolegg. ad Lept. p. 49 sqq. ed. Brem. Boeckh. Staatsh. I. p. 487 sq. 495 sq. Vid. ad or. de Pac. §. 8 s. v. *λειτουργεῖν.* — *πότε καὶ παρὰ τοῦ καὶ τί λαβόντα τί δεῖ.* Primum vis est

ὑμῶν ἐκ πολλοῦ, τίς χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς, πότε καὶ παρὰ τοῦ καὶ τί λαβόντα τί δεῖ ποιεῖν, οὐδὲν ἀνεξέταστον οὐδ' ἀόριστον ἐν τούτοις ἠμέληται, ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῇ τούτου παρασκευῇ ἄτακτα, ἀδιόρθωτα, ἀόριστα ἅπαντα. Τοιγαροῦν ἅμα ἀκηκόαμέν τι καὶ τριηράρχους καθί-

---

in Alliteratione, quam vocant, de qua vid. ad §. 3. Deinde duae interrogationes in una enuntiatione conjunctae sunt. Cf. §. 10. Soph. Phil. 1080: τοῦ ποτὲ τεύξομαι σιτονόμου μέλεος πόθεν ἐλπίδος; cf. Ant. 2 ibiq. Erf. Xenoph. Mem. II, 2, 3. Apud Platonem inprimis saepissime talia inveniuntur. Polit. III, 400. a.: ποῖα δ' ὁποίου βίου μιμήματα; ubi voces directe et indirecte interrogantes copulantur. Vid. Ast. ad. Plat. Phaedr. p. 274. B. Sic Latini: Caes. bell. Gall. I, 43: *Quae senatus consulta, quoties quamque honorifica in eos facta essent.* Plaut. Poenul. 5, 3, 47: *Haeccine sunt meae filiae? Quantae e quantillis jam sunt factae?* Vid. Heind. ad Hor. Sat. II, 3, 201. Vid. ad §. 3. Ad λαβόντα supplendum est τινα, de quo vid. ad §. 5. — οὐδὲν ἀνεξέταστον. Attende Asyndeton, quod vocis contentione exprimendum est. Vid. ad §. 34. De ἀνεξέταστον vid. ad Olynth. I. §. 20. — τοῖς περὶ τοῦ πολέμου, *in rebus bellicis.* Vid. ad §. 12. Cf. Olynth. III. §. 4. *Reisk.* suppleri vult νόμοις. Male; nam τοῖς generis neutrius est. — ἄτακτα, ἀδιόρθωτα, ἀόριστα ἅπαντα. Hanc vocalium concursionem magna ex parte, ut vitiosam, fugisse Demosthenem, Cic. Orat. c. 44 extr. docet. Eam autem oratorem nostrum, ut audientium aures graviter feriret, hoc loco de industria adhibuisse *Victorio* Var. Lect. 18, 12 videtur. Multum praeterea Asyndeton vim auget. Similis locus est Phil. III. §. 40. — τοιγαροῦν ἅμα ἀκηκόαμέν τι, *quam ob causam simulatque audivimus aliquid*, sc. Philippum alicubi fecisse impetum. — ἅμα — καί, *simulatque.* Congruit utraque lingua, et graeca et latina, in hac formula, hoc tantum discrimine, ut apud hos conjunctio *atque* s. *ac* cum *simul* conjuncta unam vocem et unam significationem efficiat. Magis etiam ad graecum usum accedit illud Virg. Aen. XI, 964:

Extemplo teli stridorem aurasque sonantes
Audiit una Aruns, haesitque in corpore ferrum.

τριηράρχους καθίσταμεν. In molestissimis sumptuosissimisque muneribus publicis (λειτουργίαις, vid. ad or. de Pac. §. 8) erat *trierarchia.* Bello enim exorto prioribus temporibus ditiores electi sunt, qui singuli singulas naves a re publica aedificatas armamentis instruere suis sumptibus, simulque remigibus saepe victum praebere debebant, ita ut una trierarchia circiter 2605 Florr. saepe constaret. Sed non eadem trierarchiae ratio variis temporibus manebat. Postea enim bini unam navem adornabant (συντριήραρχοι). Demosthenis autem aetate plures ad id munus adhibebantur. Vid. ad Olynth. I. §. 29 s. v. εἰςφέρετε κατὰ συμμορίας. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. Prolegg. p. 55 sqq. Boeckh. Staatsh. d. Ath. II. p. 79. De verbo καθιστάναι vid. ad Olynth. II. §. 10. — ἀντιδόσεις ποιούμεθα. Qui ad trierarchiam erat designatus, si alium se ditiorem non adhibitum ad hoc munus esse putabat, ex lege Solonis ab eo petere potuit, ut aut munus suum susciperet, aut *facultates permutaret* (ἀντιδόσεις ποιεῖσθαι). Quae res, dum per longas ambages in judicio dirimebatur, magnam rebus gerendis imponeret moram necesse fuit. Boeckh. Staatsh. p. 122. Ceterum videtur ἀντίδοσις locum habuisse in omnibus muneribus sumptuosis, non in sola tetrarchia; quamquam in hac crebrius, quam alibi. Vid. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. p. 69 sq. De re vid. etiam ad §. 7. Bene retardationem, quae

σταμεν καὶ τούτοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα καὶ περὶ χρημάτων πόρον σκοποῦμεν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους
37 ἔδοξε, καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας, εἶτ' αὐτοὺς πάλιν ἀντεμβιβάζειν, εἶτ' ἐν ὅσῳ ταῦτα μέλλεται, προαπόλωλεν ἐφ'

§. 37. *εἶτ' αὐτούς)* „Non negligenda lectio, quae habetur in ind. Herwag. *εἶθ' αὐτούς*, ut *ἀντεμβιβάζειν* transitivam retineat significationem, quam habet ubique. Si retinetur *αὐτούς* sc. *πολίτας*, *ἀντεμβαίνειν* dicendum erat, aut *ἀντεμβιβάζειν* sic intelligendum." *Brem.* At vid. adn. — *μέλλεται)* Sic Bekk. in Berol. 1816 et Dindorf. ex optimo codice: ceteri *μέλλετε*. Recte Bekk. dedit *μέλλεται*. Alioqui orator prima persona in toto hoc loco utens scripsisset *μέλλομεν*. *Xenoph.* Anab. III, 1, 47: *ὡς μὴ μέλλοιτο, ἀλλὰ περαίνοιτο τὰ δέοντα.* *Schaef.* Thuc. V, 111: *ἀλλ' ὑμῶν τὰ μὲν ἰσχυρότατα ἐλπιζόμενα μέλλεται.* —

ex hac et aliis rebus hoc loco significatis fiebat, orator exprimit repetito *καί*, de qua figura vid. ad §. 4. — *τοὺς μετοίκους.* „*Μέτοικοι* sunt illi vel ipsi vel illorum progenies, qui, relicto patrio solo, in Atticam migraverant, non ad tempus illi quidem, sed ita, ut fide publica domicilium ibi ac sedem fortunarum constituerent; fuitque haec turba utilissima civitati." *Brem.* Solvebant *μετοίκιον* XII drachmas quotannis; exercebant opificia, artes et mercaturam. *Rüdig.* *Μέτοικος, ὁ ἐξ ἑτέρας πόλεως μετοικῶν ἐν ἑτέρᾳ καὶ — — τὴν οἴκησιν αὐτόθι κατακτησάμενος.* *Harpocrat.* s. v. Sunt iidem fere, qui apud Romanos *inquilini*. Plura disce a Fr. A. Wolfio ad Lept. p. 36 sq. ed. Brem. — *ἔδοξε*, *placere solet.* Vid. ad §. 26. — *τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας*, *libertinos*, qui relicta prioris domini, a quo manumissi erant, domo suam ipsi familiam constituunt negotiumque gerunt. Sic *Harpocrat.* recte interpretatur. Dem. adv. Everg. p. 1161: *ἀφεῖτο γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐλευθέρα καὶ χωρὶς ᾤκει καὶ ἄνδρα ἔσχεν.* *Lucches.* monet, apud Romanos quoque interdum *libertinos* ad usum bellicum, praesertim in classibus, adhibitos esse. Xenoph. Hell. I, 6, 24: *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι — ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐσβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους.* Isocrat. de Pac. c. 16. — *αὐτούς*, *ἡμᾶς αὐτούς*, *Ἀθηναίους καὶ πολίτας ἀντὶ τῶν μετοίκων καὶ ἀπελευθέρων.* *Wolf.* Est Accusativus Objecti, non Subjecti, ut recte *Voemel.* monet; nam *ἀντεμβιβάζειν* est *imponere in naves*, non *conscendere naves*, ut *Brem.* explicandum esse censet. Vid. not. crit. Solet *αὐτός* reciproce poni, ut notet *se ipsum, nos ipsos* etc., non *aliquem* etc. Cf. §. 16. 39. 41. Olynth. I. §. 2; III. §. 9. Vid. ad or. de Pac. §. 20. Omnino *αὐτός* in antithesi pro cujusvis generis Substantivis cum vi ponitur, quae aut rem aut personam primariam significant, et quae distinguitur ab alia re aut persona. Vid. Heind. ad Plat. Gorg. §. 143. Herm. ad Vig. p. 733. Idem usus est apud Latinos. Corn. Nep. Them. IX, 3: *Idem multo plura bona fecit, postquam in tuto ipse, et ille in periculo esse coepit.* Cf. Sall. Jug. 28, 2. — *ταῦτα μέλλεται*, *dum ea cunctanter ad exitum ventura sunt.* Vid. not. crit. De *μέλλειν* vid. ad Phil. II. §. 15. — *προαπόλωλεν* sc. ante adventum nostrum. —

§. 37. *οἱ τῶν πραγμάτων καιροί.* Vid. ad Olynth. II. §. 7. 16. Sic de fals. leg. p. 343, 1: *πολλάκις συμβαίνει πολλῶν πραγμάτων καὶ μεγάλων καιρὸν ἐν βραχεῖ χρόνῳ γίγνεσθαι.* — *βραδυτῆτα καὶ εἰρωνείαν.* Vid. ad §. 7 et not. crit. — *ἃς δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον — ἐξελέγχονται.* *Quas autem per tempus intermedium* (dum paratur exercitus) *copias nobis utiles esse* (*ὑπάρχειν*, vid. ad §. 12. 32) *putamus, eae nihil posse efficere* (sive *non tales esse, quae aliquid efficiant*)

ἃ ἂν ἐκπλέωμεν. Τὸν γὰρ τοῦ πράττειν χρόνον εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι ἀναλίσκομεν, οἱ δὲ τῶν πραγμάτων καιροὶ οὐ μένουσι τὴν ἡμετέραν βραδυτῆτα καὶ εἰρωνείαν. ἃς δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον δυνάμεις οἰόμεθ' ἡμῖν ὑπάρχειν, οὐδὲν οἷαί τε οὖσαι ποιεῖν ἐπ' αὐτῶν τῶν καιρῶν ἐξελέγχονται. ὁ δ' εἰς τοῦθ' ὕβρεως ἐλήλυθεν, ὥςτ' ἐπιστέλλειν Εὐβοεῦσιν ἤδη τοιαύτας ἐπιστολάς.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

Τούτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἀνεγνωσμένων **38**
ἀληθῆ μέν ἐστι τὰ πολλά, ὡς οὐκ ἔδει, οὐ μὴν ἀλλ' ἴσως οὐχ

τὴν ἡμετέραν βρ. καὶ εἰρωνείαν) Pro *εἰρωνείαν* codd. multi habent *ῥαθυμίαν,* quod videtur translatum ex §. 8, ubi eadem juncta habemus, *τὴν ὑμετέραν βρ. καὶ ῥαθυμίαν. Εἰρωνεία* autem hic dicta ea significatione, quam praeeunte Reiskio explicuimus ad §. 7: *πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν. Brem. εἰρωνείαν* scribendum est respectu verborum §. 36: *ἀντιδόσεις ποιούμεθα,* habito. — *ἃς δ' εἰς τὸν)* Vulg. hoc sensu: *quas copias putamus intermedio tempori inservire; Rüdig.* Sed vid. adn. — *ἐπιστολή)* Vulg. „Singularem praetulit Rüdigerus, me probante. Pluralis natus e *τοιαύτας ἐπιστολάς* perperam intellecto. Sic intellige: *tales, qualis est, quae vobis recitabitur.*" *Schaef.* Pluralem R. et B. praetulerunt. —
§. 38. *τούτων οὖν)* Vulg. —

---

in ipsa opportunitate temporis reprehenduntur. Jacobs. in adn. ad vers. Germ. p. 118 ed. 2dae recte intelligit, eum significari copiarum numerum, qui, quum primo ardore satis magnus in decreto constitutus esset, variis impedimentis modo commemoratis ita comminutus sit, ut impar rebus bene peragendis haberetur. Quare nexus orationis hic est: Haec omnia tantam Philippo arrogantiam injecerunt, ut has literas Euboeensibus mitteret. De Adverbio *μεταξύ* adjective posito vid. ad §. 3. Praeterea hoc notandum est, *μεταξύ* adverbialiter positum plerumque tempus durans cum notione Participii continere. Vid. Brem. ad Aesch. Ctesiph. p. 397. §. 12. — *εἰς τοῦθ' ὕβρεως.* Vid. ad §. 9. Cf. Olynth. I. §. 8: *πάρεστι πρὸς τοῦτο καιροῦ.* — *ὥςτ' ἐπιστέλλειν Εὐβοεῦσιν — ἐπιστολάς.* Philippus, ut Atheniensibus negotia exhiberet in Euboea insula, jam mature multos incolas in partes suas traxerat quum aliis artibus, tum epistolis missis, quarum unam Demosthenes hic praelegebat, de qua Schol. Aug. haec dicit: *ὁ σκοπὸς τῆς ἐπιστολῆς ἐστιν οὗτος· ὁ Φίλιππος ἐπέστειλεν Εὐβοεῦσιν συμβουλεύων μὴ δεῖν ἐλπίζειν εἰς τὴν Ἀθηναίων συμμαχίαν, ὅτι οὐδὲ αὐτοὺς δύνανται σώζειν.* Vid. Proleg. §. 14. Quae epistola si exstaret, nonnullis rebus obscuris hujus orationis lucem afferret. Ex iis autem, quae Demosthenes h. l. dicit, potest intelligi, hanc epistolam ea continuisse, quae non libenter audiebant Athenienses, quaeque ad animos eorum inflammandos accommodata erant. —

§. 38. *τὰ πολλά, **plurima;** πολλά* autem est ***multa.*** Cf. §. 31. Ita Olynth. III. §. 11 *ὡς τὰ πολλά* notat ***plerumque,*** quum *πολλά* sit ***saepe.*** Olynth. I. §. 17: *οἱ πολλοί, **plerique;*** saepe etiam ***vulgus,*** ut Olynth. I. §. 21. Cf. Phil. II. §. 34; III. §. 36. 52. 59, ubi autem *τὰ πολλά* significat ***multa.*** Vid. Ast. ad Plat. Legg. p. 62 sq. Herm. ad Vig. p. 728. — *οὐ μὴν ἀλλά.* Vid. ad Olynth. I. §. 22. — *οὐχ ἡδέα ἀκούειν.* Vid. ad Olynth. II. §. 18. — *καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται.*

ἡδέα ἀκούειν. Ἀλλ' εἰ μέν, ὅσα ἄν τις ὑπερβῇ τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ λυπήσῃ, καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται, δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν· εἰ δ' ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται, αἰσχρόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φενακίζειν ἑαυτούς, καὶ ἅπαντ' ἀναβαλλομένους,
39 ὅσα ἂν ᾖ δυσχερῆ, πάντων ὑστερίζειν τῶν ἔργων, καὶ μηδὲ τοῦτο δύνασθαι μαθεῖν, ὅτι δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ τῶν στρατευμάτων ἀξιώσειεν ἄν τις τὸν στρατηγὸν ἡγεῖ-

---

Quod antecedenti verbo convenienter *τῷ πράγματι* vel potius *τῷ ἔργῳ* dicendum erat, id cum vi factum est Subjectum *καὶ τὰ πράγματα, auch die Thatsachen, auch die Wirklichkeit. Brem.* *τὰ πράγματα* i. e. *τὰ γεγενημένα* opponuntur *τῷ λόγῳ*. Et sic saepe *λόγῳ μέν, ἔργῳ δέ*, si in altera parte de *specie*, in altera *de vero, de re* sermo est. Cf. Phil. III. §. 8, ubi *ὄνομα* et *ἔργον* opponuntur. Vid. Pors. ad Eurip. Phoen. 512. Olynth. I. §. 12. Phil. II. §. 3. Eur. Or. 281: *τοῖς μὲν λόγοις ηὔφραινε, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.* Sall. Jug. c. 48, 1: *Jugurthae verbis* (Metelli) *pax nuntiabatur, ceterum re bellum asperrimum erat.* De forma notandum est, Aoristum sec. *ὑπερβῇ, praetermittat*, hic transitive positum esse, quod raro fit. Vid. *Voemel.* ad h. l. De Conjunctivo vid. ad §. 26. — *ἵνα μὴ λυπήσῃ.* Particulae *ἵνα, ὄφρα, ὅπως, ὡς* Optativum et Conjunctivum secum habent, illum quidem, si tempus praeteritum, hunc, si tempus praesens aut futurum praecedit. Cf. §. 3. 18. 22. 30. Hic autem *ὑπερβῇ* significat rem, quae saepius fieri potest, atque ad praesens quoque tempus pertinet; quare Conjunctivus *λυπήσῃ* collocari potest. Cf. Olynth. I. §. 24; ad II. §. 21. 34; ad Phil. II. §. 37. Herm. ad Vig. p. 850. — *πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν,* ad *voluptatem* (sc. audientium) *concionari.* Pro hoc §. 51 est *πρὸς χάριν λέγειν.* Erant multi, qui abjecta honestate ea tantum, quae auribus multitudinis blandirentur, in concionibus dicerent, rei publicae utilitatem non respicientes. Vid. ad §. 22. 43; ad Olynth. II. §. 18. Cic. Cat. IV, §. 9: *Intellectum est, quid intersit inter levitatem concionatorum et animum vere popularem, saluti populi consulentem.* — *ζημία,* est *justum detrimentum,* quod capitur ex orationis gratificatione et suavitate *(ἡ τῶν λόγων χάρις),* quum, quae molesta sunt, reticeantur. Cf. Olynth. II. §. 13. 32; III. §. 27. Phil. II. §. 37. Xenoph. Mem. II, 3, 6 *ζημία* et *ὠφέλεια* opponuntur. Sic *poena* apud Latinos significat *detrimentum.* Ovid. Met. II, 99: *Poenam, Phaëthon, pro munere poscis.* Cf. Cic. Mil. §. 10. —

§. 39. *οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν—ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πρ., non sequi res, sed ipsos antecedere rebus.* Jubet igitur orator providere Athenienses, ne quid mali ipsis accidat, bellumque gerere non *βοηθείαις,* sed *παρασκευῇ συνεχεῖ.* Vid. ad §. 32. „Recte inter se opponuntur *ἔμπροσθεν εἶναι* et *ἀκολουθεῖν.* Xenoph. Anab. V, 6, 9: *πολεμίων πολλῶν μὲν ἔμπροσθεν ὄντων, πολλῶν δ' ὄπισθεν ἑπομένων." Schaeferus.* De re vid. ad Olynth. III. §. 4; I. §. 23. — *τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ.* Non raro haec verba junguntur pro *ὅνπερ* (sic legitur Phil. II. §. 5, ubi vid. not. crit.), ut *H. Wolfius* male scribi vult. Cf. §. 21. Olynth. III. §. 15. Phil. III. §. 30. Vid. *Stallbaum.* ad Plat. Phaedr. c. 36. Sic etiam antegresso *τοιοῦτος* ponitur *ὥσπερ* pro *οἷόσπερ* Plat. Protag. p. 327. Sensus loci est:

σθαι, οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων τοὺς εὖ βουλευομένους, ἵν' ἃ ἂν ἐκείνοις δοκῇ, ταῦτα πράττηται, καὶ μὴ τὰ συμβάντα ἀναγκάζωνται διώκειν. Ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες 40
Ἀθηναῖοι, πλείστην δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις, ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων πρόσοδον, τούτων μὲν μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε, οὐ-

§. 40. εἰς δέον τι) Par. 1, Bav, Aug. 2, Append. Francf., Ald. Tayl. At praecipua per has enuntiationes sententia est, Athenienses non tempore opportuno agere et ubique sero venire. —

et quemadmodum aliquis ducem exercitui praeesse voluerit, ita viri deliberatione diligenti habita res regant oportere. — καὶ τῶν πραγμάτων, sc. ἡγεῖσθαι δεῖ. Male ex glossemate addunt codices nonnulli et editores ἡγεῖσθαι χρή. De tota hac sententia vid. ad Olynth. I. §. 12; II. §. 15. de Pac. §. 2. Sall. Jug. c. 1, 5: *Quodsi hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena —— petunt; neque regerentur magis, quam regerent casus.* Cic. pro Balb. 4: *quum etiam ipsi casus eventusque rerum non duces, sed comites ejus* (Pompeji) *consiliorumque fuerint.* — τὰ συμβάντα διώκειν, *casus persequi*, i. e. eo tantum ire et succurrere, ubi aliquid evenisse nuntiatum est, non ita res ante dirigere, ut bene eveniant necesse sit (ἃ ἂν ἐκείνοις δοκῇ). Dilucide hoc exprimitur §. 41. —

§. 40. πλείστην δύναμιν, τριήρεις. Copias Atheniensium etiam Demosthenis aetate maximas fuisse, patet ex loco Dem. de Class. p. 181. §. 13: οὐδεὶς δήπου τῶν πάντων Ἑλλήνων τηλικοῦτον ἐφ' ἑαυτῷ φρονεῖ, ὅστις, ὁρῶν ὑμῖν χιλίους μὲν ἱππέας, ὁπλίτας δὲ, ὅσους ἂν ἐθέλῃ τις (Thuc. II, 13 dicit: ὁπλίτας τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι, qui singuli, ut equites, ministrum secum habebant), ναῦς δὲ τριακοσίας (unaquaeque navis ducentenos vehebat), οὐχ ἥξει καὶ δεήσεται, μετὰ τούτων ἀσφαλέστατ' ἂν ἡγούμενος σωθῆναι. Plus octoginta millia militum saepe in bellum proficiscebantur, exceptis militibus levis armaturae. Cf. Phil. III. §. 40. Vid. ad §. 16; ad Olynth. II. §. 5. Isocr. Paneg. p. 44. §. 21: οὐδεὶς ἂν ἑτέραν πόλιν ἐπιδείξειε τοσοῦτον ἐν τῷ πολέμῳ τῷ κατὰ γῆν ὑπερέχουσαν, ὅσην τὴν ἡμετέραν ἐν τοῖς κινδύνοις τοῖς κατὰ θάλατταν διαφέρουσαν. Ac postea quoque, quum bellum cum Antipatro gererent, triginta millium militum exercitum et ducentas naves comparaverunt. *Boeckh.* Staatsh. der Ath. I. p. 273. — χρημάτων πρόσοδον. Censum totius Atticae (exceptis divitiis privatis), ex qu tributa pro variis rei publicae necessitudinibus constituebantur, 6000 talentorum (15,634,962 Florr.) tum fuisse Demosthenes narrat de Class. p. 183, 5. Reditus autem annui ea aetate conficiebant 1200 talenta (3,126,991 Florr.). Quid? Demosthenes in eadem orat. p. 185 ipse dicit: ἐν ταύτῃ (τῇ πόλει sc. Atheniensium) χρήματ' ἔνεστιν ὀλίγου δέω πρὸς ἁπάσας τὰς ἄλλας εἰπεῖν πόλεις. Idem fere dicit Olynth. III. §. 19. Boeckh. II. p. 8 sqq. et 21 sqq. — οὐδενὸς ἀπολείπεσθε, *nullo loco abestis*, sive *omnibus rebus vos immiscetis.* De significatione verbi ἀπολείπεσθαι, *non interesse alicui rei*, vid. Vig. p. 355. Cf. Xenoph. Anab. IV, 5, 16. Est igitur, monente *Schaefero*, οὐδενός generis neutrius, et sensus loci: *nihil non assectamini* seu *affectatis* (frustra laborantes). Dicit enim orator, Athenienses opibus suis uti omnibusque rebus gerendis et disceptandis interesse et velle et audere, utrumque autem perversa ratione, barbarorum instar, qui viribus suis male utantur. Vid.

δενὸς δ' ἀπολείπεσθε. ὥςπερ δὲ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ. καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ πληγεὶς ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται, κἂν ἑτέρωσε πατάξῃ τις, ἐκεῖσέ εἰσιν αἱ χεῖρες· προβάλλεσθαι δ' ἢ βλέπειν ἐναντίον οὔτ' οἶδεν οὔτ'

---

proxime §. 41. Minus bene explicat *Voemelius*, secutus *Wolfium*: *sequimini, quo vos adversarii ducunt.* Plane autem a sensu aberravit *Reiskius* in ind. Gr. vertens: *a nemine vincimini sagacitate, solertia, recta consilia inveniendi.* Idem male addi vult *καιροῦ*. — *οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν.* *Βάρβαροι* sunt secundum *Hesych.* *ἀπαίδευτοι, pugilatus imperiti.* Aristot. Metaph. I. c. 4: *ἀμυδρῶς καὶ οὐδὲν σαφῶς, ἀλλ' οἷον ἐν ταῖς μάχαις οἱ ἀγύμναστοι ποιοῦσι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι περιφερόμενοι τύπτουσι πολλάκις καλὰς πληγάς, ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνοι ἀπὸ ἐπιστήμης, οὔτε οὗτοι (οἱ πάλαι φιλοσοφήσαντες) ἐοίκασιν εἰδόσι λέγειν ἃ λέγουσι.* *Wolf.* Ceterum discrimen inter *βάρβαρον* et *βαρβαρικόν* Am. Unius p. 28 sic statuit: *βάρβαρον καὶ βαρβαρικὸν διαφέρει. βάρβαρον μὲν γάρ ἐστιν ὄνομα τὸ οὐχ ἑλληνικόν· βαρβαρικὸν δὲ τὸ τῶν βαρβάρων.* Vox *barbarus* apud Latinos quoque ad significandum hominem *incultum, imperitum* adhibetur. Cic. Verr. IV, 50: *neque tam barbari lingua et natione illi, quam tu natura et moribus.* Valde hanc cum barbaris comparationem Athenienses, qui omnem barbariem maxime despiciebant, pupugisse existimandum est. — *τῆς πληγῆς ἔχεται, inhaeret plagae vestigiis.* Tropus petitus est a pugilibus sinistro modo pugilatu certantibus neque id agentibus, ut adversariorum plagas a se avertant, sed accepta demum plaga manus admoventibus ei corporis parti, cui inflicta est plaga (*ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται, er greift jedesmal nach der Stelle, auf welche der Schlag gefallen ist*). *Brem.* *Ἔχεσθαί τινος* est *inhaerere alicui rei, magno studio persequi, sequi alicujus rei vestigia.* Dem. Cor. p. 251. §. 79: *τούτων (τῶν ἀδικημάτων τοῦ Αἰσχίνου) εἰχόμην ἐγὼ καὶ τούτοις ἐναντιούμην.* Cic. Phil. II. §. 38: *Habebat uterque, quid sequeretur,* i. e. spectaret. Cf. ibid. Rosc. A. §. 34. Etiam notat *conjunctum esse cum aliqua re.* Isocrat. Paneg. p. 45. §. 23: *ἐπὶ τοῖς ἐχομένοις τούτων, ob ea, quae cum iis conjuncta sunt.* Omnino *ἔχεσθαι* duas habet significationes, alteram *aliquid apprehensum firmiter tenere et adhaerere,* alteram *apprehendere, invadere, aggredi.* Soph. Oed. T. 886: *τῶν ἀθίκτων ἕξεται.* Plat. Phaedr. p. 101 ed. Steph. c. 49. — *ἐκεῖσέ εἰσιν, illuc sunt, die Hände sind dorthin.* Motum manuum exprimere volebat orator, quare non *ἐκεῖ* scripsit, sed *ἐκεῖσε.* Vid. ad Phil. III. §. 41; II. §. 30. Xenoph. Cyr. VII, 4, 7: *Ὁ Ἀκούσιος ἀπεκρίνατο, ὅτι καὶ τῇ παρούσῃ ἔχει ἀλλαχόσε χρῆσθαι στρατιᾷ.* Saepe enim Graeci Praepositiones vel Adverbia motum in locum significantia ponunt, ubi recentiores linguae Praepositione vel Adverbio quietem indicante utuntur. Duae autem notiones conjungi solent ita, ut in Praepositione sit notio motus, in verbo quietis. Vid. Herm. ad Soph. Aj. 80: *ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον ἐς δόμους μένειν.* Aeschin. adv. Ctesiph. p. 518. §. 127: *ἐκεῖσε συλλεγόμενοι,* ubi vid. *Brem.* Sic *ἐνθένδε* pro *ἐνταῦθα* positum est Isocr. Paneg. p. 77. §. 174: *ὅπως ὡς τάχιστα τὸν ἐνθένδε πόλεμον εἰς τὴν ἤπειρον διορίσωμεν.* Cf. Xenoph. Cyr. II. 4. — *προβάλλεσθαι.* *Harpocrat.* explicat: *προτείνειν τὰς χεῖρας ὡς εἰς μάχην.* Est igitur verbum militare: *pro se obtendere, objicere* (sc. ferrum, scutum) *ad vim depellendam.* Xenoph. Cyr. II, 3, 10: *ἐγὼ ἐκ παιδίου εὐθὺς προβάλλεσθαι ἠπιστάμην πρὸ τούτου, ὅτῳ ᾠόμην πληγήσεσθαι. εἰ δὲ μὴ ἄλλο μηδὲν ἔχοιμι, τὼ χεῖρε προέχων ἐνεπόδιζον ὅ τι ἠδυνάμην τὸν παίοντα, καὶ τοῦτο ἐποίουν οὐ διδασκόμενος, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῷ τού-*

ἐθέλει· Καὶ ὑμεῖς, ἐὰν ἐν Χεῤῥονήσῳ πύθησθε Φί- 41 λιππον, ἐκεῖσε βοηθεῖν ψηφίζεσθε, ἐὰν ἐν Πύλαις, ἐκεῖσε, ἐὰν ἄλλοθί που, συμπαραθεῖτε ἄνω κάτω, καὶ στρατηγεῖσθε μὲν ὑπ' ἐκείνου, βεβούλευσθε δ' οὐδὲν αὐτοὶ συμφέρον περὶ τοῦ πολέμου, οὐδὲ πρὸ τῶν πραγμάτων προορᾶτε οὐδὲν,

---

§. 41. ἄνω καὶ κάτω) Vulg. Vid. adn. Forma ἄνω κάτω orator vulgi sermonem consulto expressisse videtur. *Schaefer.* — αὐτοῖς) Par. 1. αὑτοῖς) Vulg. αὐτοί) Par. 5, 8, Aug. 1, Voss., Harris., Harl. R. et B. Recte; nam opponitur antecedentibus στρατηγεῖσθε ὑπ' ἐκείνου, quae oppositio non aeque gravis est in αὐτοῖς seu αὑτοῖς. — περὶ τῶν χρημάτων) Vulg. At optimi codd. praebent πρὸ τῶν πραγμάτων. Vid. adn. —

τῳ παιόμενος, εἰ προβαλοίμην. Ibid. VII, 5, 30. Vid. ad Phil. III. §. 8. —

§. 41. καὶ ὑμεῖς. Καὶ inservit comparationi significandae, particulis ὅμοιος, ἴσος, παραπλήσιος al. sive praegressis sive, ut hoc loco, intellectis. Soph. Oed. T. 1180: Ἰὼ γενεαὶ βρότων, ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν ζώσας ἐναριθμῶ. Plat. Jon. p. 181: οὐχ ὁμοίως πεποιήκασι καὶ Ὅμηρος. Xenoph. Cyr. VIII, 4, 27. Plat. Crit. c. 8. Vid. Matth. §. 607. Eadem ratione *ac, atque* post *aeque, pariter, perinde, aliter* usurpantur. Sall. Cat. 37: *Quicunque aliarum atque Senati partium erant, conturbari rem publicam malebant.* — ἐν Χεῤῥονήσῳ — ἐν Πύλαις. Vid. Proleg. §. 5. 10. 11. — συμπαραθεῖτε ἄνω κάτω, *simul cursitate sursum deorsum.* Ad formulam ἄνω κάτω quod attinet, scribitur quoque ἄνω καὶ κάτω, sive καὶ ἄνω καὶ κάτω, sive ἄνω τε καὶ κάτω. Vid. ad Olynth. I. §. 16. Adhibetur autem de rebus fluctuantibus, huc atque illuc cadentibus, perturbatis semperque mutatis. *Ast.* ad Plat. Protag. p. 356. D. Cf. Phil. III. §. 36. Olynth. I. §. 16. Xenoph. Cyr. I, 3, 4: ἄνω καὶ κάτω πλανᾶσθαι. Cic. Rosc. A. §. 60: *homines cursare ultro et citro non destiterunt.* Cf. ibid. de Amicit. c. 22, 85. Eadem scribendi varietas est apud codices in formula *huc illuc*, sive *huc illucque*, sive *huc atque illuc.* Vid. Drakenb. ad Liv. VII, 24. Ovid. Heroid. XX, 130: *Anxius huc illuc dissimulanter eo.* — στρατηγεῖσθε ὑπ' ἐκείνου. Graviter his et prioribus castigat Athenienses, quippe qui nihil sponte sua faciant, sed consilii expertes, neque constantes voluntatem aliorum ubique sequantur more militum gregariorum, qui obediant ducibus suis. Similis sententia est Olynth. II. §. 6. — πρὸ τῶν πραγμάτων προορᾶτε οὐδέν. Sensus est: *nihil ante, quam factum est, providete.* Hunc sensum toto hoc loco contineri, patet; nam id ipsum, quod non ipsi Athenienses constituant res bellicas, sed iis ducantur, neque ullam rerum agendarum curam habeant, nisi aliquid factum esse audierint, orator vituperat. Quare rejicienda est lectio περὶ τῶν χρημάτων. Sumptus enim in bellum faciebant Athenienses, ut §. 40 dictum est, sed non *justos* sive *sapientes.* Quod autem ad πρὸ τῶν πραγμάτων orator addidit πρὶν ἂν ᾖ γεγενημένον — πύθησθε, gravitatis causa id fecit more suo, de quo vid. ad. §. 5. προορᾶν est *praevidendo cavere, procurare,* ut Phil. II. §. 8. de Pac. §. 24. Xenoph. Cyr. III, 2, 15: δυνάμενοι προορᾶν ἄνθρωποι περὶ τοῦ μέλλοντος. Sic Latini *providere.* Cic. Phil. II. §. 12: *Cato quum multa, vita excedens, providit, tum quod te,* (Antonium) *consulem non vidit.* Vid. ibid. ad §. 24. Sall. Jug. 109, 2: *neque omnino facere aut providere quidquam poterat.* — πρὶν ἂν πύθησθε. Vid ad §. 15. — πρότερον μὲν ἐνῆν, *hoc antea quidem fieri poterat* seu *licebat*, sc. quum Athenienses non tantum damni ac-

πρὶν ἂν ἢ γεγενημένον ἢ γιγνόμενόν τι πύθησθε. Ταῦτα δ' ἴσως πρότερον μὲν ἐνῆν· νῦν δὲ ἐπ' αὐτὴν ἥκει τὴν ἀκμήν,
42 ὥστ' οὐκέτ' ἐγχωρεῖ. Δοκεῖ δέ μοι θεῶν τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς γιγνομένοις ὑπὲρ τῆς πόλεως αἰσχυνόμενος τὴν φιλοπραγμοσύνην ταύτην ἐμβαλεῖν Φιλίππῳ. εἰ γὰρ ἔχων, ἃ κατέστραπται καὶ προείληφεν, ἡσυχίαν ἔχειν ἤθελε καὶ μηδὲν ἔπραττεν ἔτι, ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἂν μοι δοκεῖ,

---

ἐνῆν ποιεῖν) Vulg. vocem ποιεῖν Bäd. uncis inclusit Bekk. ejecit utpote glossemate ortam. Recte.

§. 42. δοκῇ) Vulg. δοκεῖ Ald., P. Manut., cod. Vict. b. —

---

ceperant, nondum occupatis a Philippo urbibus atque castellis. Eodem sensu Cato apud Sall. Cat. 52, 55 dicit: *si mehercule peccato locus esset, facile paterer, vos ipsa re corrigi, quoniam verba contemnitis; sed undique circumventi sumus.* — ἐπ' αὐτὴν ἥκει τὴν ἀκμήν, *in ipsum discrimen rerum ventum est.* Bekker. Anecdd. p. 365: ἀκμή, αὐτὴ ἡ ῥοπὴ τῆς τοῦ πράγματος ἐπιστάσεως. Est proprie *acies, acumen;* tum *maturitas rei, flos.* Xenoph. Cyr. VII, 2, 20: ἐν ἀκμῇ τοῦ βίου ἀπώλετο. Ibid. VIII, 6, 22: ἡ ἀκμὴ τοῦ θέρους, *summa aestas.* Inde tropice usurpatur de rebus, in quibus morae locus non est. Huc pertinet locutio: ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἵσταται sive ἔχεται. Herod. VI, 11: ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα, *in summo periculo res nostrae versantur,* proprie: in novaculae acie res nostrae sitae sunt, ut proverbium est latinum. Cf. Sophocl. Ant. 983. Vig. p. 609. Bene vertit *A. G. Beckerus: Jetzt aber verstattet dies nicht eine Zeit, wo alles auf der Spitze steht.* — ἐγχωρεῖ sc. ταῦτα καὶ ἐς ὕστερον. *Reisk.* —

§. 42. θεῶν τις. De deorum in Athenienses favore vid. ad Olynth. I. §. 1. Valde autem hoc loco Athenienses ob socordiam illudi et castigari, facile intelligitur. De Praesente γιγνομένοις vid. ad §. 33. — τὴν φιλοπραγμοσύνην. Mala significatione studium et libido cunctis se immiscendi, sycophantarum more, qui cuivis bono et tranquillo civi molestiam facessunt. Τῷ φιλοπραγμονεῖν hac significatione opponitur τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖν, τὰ ἴδια πράττειν. (Xenoph. Mem. II, 9, 1.), quod est τοῦ σώφρονος. Adv. Mid. p. 559. §. 137: τὴν βίαν καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην ὁρῶντας. Sic in sequentibus μηδὲν πράττειν est nihil injusti, quod aliis fraudi sit et detrimento, facere. Opponitur πολλὰ πράττειν eadem significatione, qua φιλοπραγμονεῖν. *Brem.* Cf. Olynth. III. §. 14. Hoc sensu Hor. Sat. II, 3, 19 dicit: *aliena negotia curo, excussus propriis.* Sensu politico idem est, quod πλεονεξία, studium multa agendi et moliendi, ut plus habeas quam pro hominum jure et conditione. Xenoph. Rep. Ath. II, 18: διὰ πολυπραγμοσύνην καὶ τὸ ζητεῖν πλεῖόν τι ἔχειν. Isocr. de Pac. p. 164. §. 26: ἡ ἡσυχία ὠφελιμωτέρα καὶ κερδαλεωτέρα εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης dicitur. Bene hoc Philippi studium exprimitur supra §. 9. De re cf. Isocr. ad Phil.: οἱ θεοὶ ἑκάστοις τοιαύτην ἔννοιαν ἐμποιοῦσιν, ὥς κ. τ. λ. Hom. Il. 8, 218. 19, 86 sqq. Cic. pro Mil. c. 33: *Hic dii immortales, — — mentem illi perdito ac furioso dederunt, ut* etc. Vid. ad Phil. III. §. 54. — προείληφεν, Vid. ad §. 31. — εἰ ἤθελε — ἂν μοι δοκεῖ. Vid. ad §. 1. — ἀποχρῆν ἐνίοις. De verbo ἀποχρῆν, *acquiescere, satis habere* (non multum differt ab ἀγαπᾶν, de quo vid. ad Phil. II. §. 12) vid. ad §. 22. — ἐξ ὧν αἰσχύνην — ὠφληκότες ἂν ἦμεν, *unde ignominiam — civitati debuerimus,* i. e. *contraxerimus.* Αἰσχύνην ὀφλεῖν est

ἐξ ὧν αἰσχύνην καὶ ἀνανδρίαν καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν ἦμεν δημοσίᾳ. νῦν δ' ἐπιχειρῶν ἀεί τινι καὶ τοῦ πλείονος ὀρεγόμενος, ἴσως ἂν ἐκκαλέσαιθ' ὑμᾶς, εἴπερ μὴ παντάπασιν ἀπεγνώκατε. Θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ μηδεὶς ὑμῶν 43
μήτ' ἐνθυμεῖται μήτε ὀργίζεται, ὁρῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ πολέμου γεγενημένην περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον, τὴν δὲ τελευτὴν οὖσαν ἤδη ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν κα-

---

§. 42. τι) Par. 5, 7, Bav-, App. Francf., Ald. Tayl. Sed vid. adn. — ἑαυτῶν ἀπεγνώκατε) Fluctuant codd. in Pronomine ἑαυτῶν· alii enim ἑαυτῶν, alii αὐτῶν. Par. 5 ὑμῶν αὐτῶν exhibent, plane omittit cod. Harl. optimus et antiquissimus. *Rüdig.* uncis inclusit, Bekk. in ed. Berol. 1816 retinuit, in posterioribus autem omisit, idque recte; patet enim jam ex magna varietate codicum, jam mature hoc Pronomen a grammaticis in scholis additum esse; igitur parendum est cod. antiquissimo et Pronomen omittendum. Non congruit cum hac ratione *Schaeferus*, qui putat, lectionis varietatem in codd. inde natam esse, quod librarii offenderint in ἑαυτῶν pro ὑμῶν αὐτῶν· praeterea hic Demosthenis consilium esse, ut Atheniensibus graviter in animum inducat, rem in eo verti, *quo modo se ipsis utantur.*

§. 43. λογίζεται) Vulg. defendente *Rüdig.* Sed vid. adn. — παθεῖν αὐτούς) Variant codd. in Pronomine αὐτούς, quod vulgo legitur; alii αὐτοί habent, alii αὐτόν, alii αὐτούς, alii denique omittunt iique recte; nam glossema esse videtur. —

---

debere dedecus, hoc sensu, *quidquid aliquis patiatur, eum jure meritoque,* sive *sua culpa id pati.* Cf. Olynth. I. §. 3; III. §. 26; de Pac. §. 5. Plat. Phaed. c. 65: γέλωτα ὀφλεῖν. Soph. Ant. 466: σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω. Hor. Od. I, 14: *Tu, nisi ventis debes ludibrium, cave.* — ἐπιχειρῶν τίνι. *Schaeferus*, Accusativum, inquit, fert linguae ratio; sed longe frequentior est altera constructio eademque oratori usitata. Vid. Matth. Gr. ed. 2dae. §. 350. — ἴσως ἂν ἐκκαλέσαιτο. Optativo, adjecta particula ἄν, Graeci utuntur ad exprimendam rem incertam, dubiam sive cum modestia pronuntiatam, ubi nos dicimus: *möchte, könnte, dürfte, würde.* Matth. §. 514. Cf. §. 12. Olynth. I. §. 15; II. §. 10. 27. ἐκκαλεῖσθαι est hic *irritare, ad iram vindictamque compellere.* Similiter Xenoph. Cyr. VII, 5, 23: πολλὴν πίτταν καὶ στυππεῖον ἔχομεν, ἃ ταχὺ παρακαλεῖ πολλὴν φλόγα. — ἀπεγνώκατε. Ἀπογιγνώσκειν notat *de aliquo desperare, bonam spem de aliquo conceptam abjicere;* construitur cum Genitivo et Accusativo. Reisk. in ind. cf. Olynth. II. §. 33. Phil. II. §. 16. —

§. 43. Θαυμάζω — κακῶς ὑπὸ Φιλίππου, *Demiror autem, neminem vestrum neque cogitare, neque indignari, videntem principium belli puniendi Philippi gratia sumptum esse, finem vero eo tendere, ne male a Philippo affligamur. Obsopoeus.* Hanc negationum μηδείς — μήτε — μήτε conjunctionem eodem sensu negante imitantur etiam Latini, apud quos Conjunctiones *neque — neque* post *non, nihil, nemo, nullus, negare* positae rem magis negant. Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 78: *hoc nihil neque acerbius, neque iniquius proferri potest.* Cf. de Pac. §. 6. *Εἰ* post verba animi affectum significantia v. c. θαυμάζω, ἄτοπόν ἐστι, αἰσχρόν ἐστι, δεινόν ἐστι al. saepe pro ὅτι ponitur. Cf. Phil. II. §. 26. Matth. §. 608. Buttm. Gr. §. 136. Sed *Rost.* Gr. §. 121. 1. not. 5. p. 466 docet, *εἰ* poni, quum causa affectus nondum ut certa pronuntietur, ὅτι autem, quum de ea dubitari non possit. Latini interdum *si* ita usurpant. Cic. Rosc. A. §. 49: *hoc vero est, quod ferri non potest, si in hanc calamitatem venit propter praediorum bonitatem et multitudinem.* — ἐνθυμεῖται — ὀργίζεται, Inest gradatio in his ver-

κῶς ὑπὸ Φιλίππου. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε οὐ στήσεται, δῆλον, εἰ μή τις κωλύσει. Εἶτα τοῦτ' ἀναμενοῦμεν, καὶ τριήρεις κενὰς, καὶ τὰς παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδας ἐὰν ἀποστείλητε,
44 πάντ' ἔχειν οἴεσθε καλῶς; Οὐκ ἐμβησόμεθα; οὐκ ἔξιμεν αὐτοὶ μέρει γέ τινι στρατιωτῶν οἰκείων νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον; οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκείνου πλευσούμεθα; Ποῖ οὖν προσορμιούμεθα; ἤρετό τις. εὑρήσει τὰ σαθρὰ, ὦ ἄνδρες Ἀθη-

§. 43. *τις αὐτόν)* Vulg. —
§. 44. *ἐκβησόμεθα)* Vulg. At mox sequitur *ἔξιμεν*, ut, recepto *ἐκβησόμεθα*, pleonasmus non tolerabilis esset. —

bis; ex cogitatione enim malae rerum conditionis existit indignatio. Quare non erat, quod *Rüdigerus* *λογίζεται* pro *ὀργίζεται* scriberet, dicens, nullam huic verbo cognationem intercedere cum *ἐνθυμεῖται*. Neque cum eo facere debuit *Schaeferus* dicens: „Totius hujus loci tenor hoc agit, ut incredibilis Atheniensium socordia expugnetur, non ut affectus concitentur.“ At miratur orator, affectus civium non jam concitatos esse, non ipse vult concitare. — *περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι*, De verbi *τιμωρεῖσθαι* significatione vid. ad §. 7. Bellum autem ad vindictam sumendam, ut per ironiam Demosthenes dicit, susceptum erat statim post expugnationem urbis Amphipolis, quam Atheniensibus tradere Philippus noluit. Vid. Proleg. §. 5. ad Olynth. I. §. 25. Hoc bellum oratores saepe *bellum de Amphipoli gestum* nominant. Cf. locum nostro simillimum Olynth. II. §. 1. — *ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν*. Ὑπὲρ sequente Infinitivo negativo consilium notat et studium, *ne quid fiat*, sequente affirmativo studium *aliquid assequendi*. *Brem.* Vig. p. 667; ad Olynth. III. §. 5. De re vid. Proleg. §. 14. — *στήσεται*. Tropice de cessatione consiliorum et conaminum. Adv. Mid. p. 647. §. 102: *οὐ μὴν ἐνταῦθ' ἕστηκε τὸ πρᾶγμα*. *Brem.* — *εἶτα τοῦτ' ἀναμενοῦμεν*, *et hoc nos exspectabimus?* *εἶτα* magna cum vi in initio interrogationis ad significandam indignationem, admirationem etc. ponitur, ut apud Latinos *et*. Cf. Olynth. I. §. 26. Phil II. §. 25; III. §. 18. Vig. p. 395. Cic. Phil. II. §. 39: *Et ejus viri nomine me insectari audes; cujus me amicum, te sectorem esse faterere?* — *τριήρεις κενάς*, sc. *πολιτικῆς δυνάμεως κενάς*, quae verba ab interprete textui inserta maleque a Reiskio recepta sunt. Sunt igitur naves *nudae*, *militibus*, certe *civibus non completae*. Vid. ad §. 19. 45. Olynth. I. §. 12; III. §. 5. — *τὰς παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδας*, *spem a nescio quo factam*. Significat oratorem, qui e rostris Atheniensibus gratificans illudensque jactat, omnia bonum eventum habitura esse. Cf. §. 45. 46. De *τοῦ δεῖνος* vid. ad Olynth. I. §. 51. De his magniloquis oratoribus hoc dicit orator noster de Chers. p. 98, 12: *οὕτω διατεθείκασιν (ὑμᾶς), ὥστ' ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις τρυφᾶν καὶ κολακεύεσθαι πάντα πρὸς ἡδονὴν ἀκούοντας, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι περὶ τῶν ἐσχάτων ἤδη κινδυνεύειν*. Vid. ad §. 38. Phil. III. §. 4 eadem fere leguntur: *τρυφᾶν καὶ κολακεύεσθαι πάντα πρὸς ἡδονὴν ἀκούουσιν* etc. —

§. 44. *οὐκ ἐμβησόμεθα*, sc. *τὰς ναῦς*. Cf. §. 36. De interrogationibus per hunc locum cumulatis vid. ad §. 10 s. v. *πυνθάνεσθαι*. — *μέρει γε*. De *γε* vid. ad Olynth. III. §. 27. — *νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον*. Vid. ad §. 6. *Εἰ καί*, quod proprie est *etsi*, *quamquam*, usurpatur etiam sic, ut non sit *etsi*, sed *etiam si*, id est, ut *καὶ* non cum *εἰ*, sed cum aliquo eorum vocabulorum, quae sequuntur, conjungi debeat. Idque ipsum Latini saepe per *etiam si* significant. *Herm.* ad

ναῖοι, τῶν ἐκείνου πραγμάτων αὐτὸς ὁ πόλεμος, ἂν ἐπιχειρῶμεν. ἂν μέντοι καθώμεθα οἴκοι, λοιδορουμένων ἀκούοντες καὶ αἰτιωμένων ἀλλήλους τῶν λεγόντων, οὐδέποτ' οὐδὲν

καθήμεθα) Multi codd.; Bav. utramque lectionem habet; primus *καθώμεθα* dedit Felic. —

Vig. p. 832. Hoc loco *καί* referendum est ad *μὴ πρότερον*, quod opponitur antecedenti *νῦν*. Cf de Pac. §. 15. — *πλευσούμεθα*. De hac forma dorica, qua in nonnullis verbis (*πεσοῦμαι, χεσοῦμαι, νευσοῦμαι, κλαυσοῦμαι* al) utuntur Attici, vid. Matth. §. 180. — *ποῖ οὖν προσορμιούμεθα; ἤρετό τις*. Est *Praesumptio*, *πρόληψις*. Orator enim, quum sciret, fortasse ex sermonibus in urbe pervagatis, nonnullos in concione objicere, quo tandem navigandum esset, occupans hanc objectionem respondet, bellum ipsum id monstraturum esse. Saepe hanc figuram oratores usurpant. Vid. Olynth. III. §. 14. de Pac. §. 24. ad Cic. Phil. II. §. 22 et 104. Sall. Jug. 31, 18: *Dicet aliquis: quid igitur censes?* Ita facillime *ἤρετό τις, solent homines interrogare*, explicatur; Aoristus enim, ut supra §. 26 dictum est, saepe notat *solere aliquid fieri*, et *τις* idem est, quod vern. *man*; vid. ad §. 8. Res, ut *Bremius* monet, in sermonibus et orationibus multum disceptabatur; itaque quaestio saepe ut difficilis proponebatur, ad quam respondere vix quis posset. Nec opus est falsa *Pearcii* ad Longinum p. XVIII, init. emendatione *ἔροιτό τις*, neque subtili *Weiskii* interpretatione, aliquem ex concione satis alta voce, ita ut orator exaudiri potuerit, interrogavisse: *Ποῖ οὖν προσορμιούμεθα;* At talia nusquam leguntur. Eodem modo Latini usurpant *inquit*, posterioris aetatis Graeci *φησί* pro *φασί*, quum aliquid sibi opponi fingunt. Cic. Tusc. Disp. I, 39, 93: *Nondum gustarat, inquit* (sc. aliquis vel adversarius), *vitae suavitatem*. Hor. Sat. I, 4, 79: *Laedere gaudes, inquit* (sc. aliquis), *et hoc studio pravus facis*. — *τὰ σαθρά*. *Hesych.* *ἀσθενῆ, κεκλασμένα*. Quidquid vitiosum, male sanum, male affectum est, *σαθρόν* dicitur. Cf. Olynth. I. §. 21. de Coron. p. 303, 25: *σαθρόν ἐστι φύσει πᾶν, ὅ τι ἂν μὴ δικαίως ᾖ πεπραγμένον*. Vid. *Ast*. ad Plat. Legg. II. p. 254. Wyttenb. ad Plut. p. 866 sq. docet, Platonicum esse flosculum, a medicis corpus experientibus petitum. *Voemel*. bene laudat Tac. Hist. III, 77: *Aperiet et recludet contecta et tumescentia victricium partium vulnera bellum ipsum*. — *πραγμάτων*, *potestatis*. Vid. ad §. 3 et 8. — *καθώμεθα*. Vid. ad §. 9. De toto loco ad Olynth. I. §. 23. — *λοιδορουμένων ἀκ. — λεγόντων*. Jam prioribus temporibus Atheniensium populus delectabatur disceptationibus, accusationibus rebusque judiciariis, quo perverso studio Euripides in tragoediis cum suo ipsius vituperio abusus est. Egregie mores Atheniensium hac de re depictos habes apud Xenoph. Mem. III, 5, 16. Dem. Prooem. p. 1459: *εἰ περὶ κοινῶν πραγμάτων καὶ μεγάλων συνειλεγμένοι, τὰς ἰδίας λοιδορίας ἀκροώμενοι κάθησθε, καὶ οὐ δύνασθε πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς λογίσασθαι τοῦθ', ὅτι αἱ τῶν ῥητόρων ἁπάντων ἄνευ κρίσεως πρὸς ἀλλήλους λοιδορίαι* etc. Vid. §. 38. 46. Olynth. I. §. 29. Phil. II. §. 32; III. §. 54. de Pac. §. 3. Sall. Cat. 9: *Jurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant, in suppliciis deorum magnifici, domi parci, in amicis fideles erant*. Similiter Quinctius consul Romanos castigat apud Liv. III, c. 68: *Sedemus desides domi, mulierum ritu inter nos altercantes; praesenti pace laeti, nec cernentes, ex otio illo brevi multiplex bellum rediturum*. — *οὐδὲν οὐ μὴ γένηται*. Post *μή* et *οὐ μή* Con-

45 ἡμῖν οὐ μὴ γένηται τῶν δεόντων. Ὅποι μὲν γὰρ ἄν, οἶμαι, μέρος τι τῆς πόλεως συναποσταλῇ, κἂν μὴ πᾶσα παρῇ, καὶ τὸ τῶν θεῶν εὐμενὲς καὶ τὸ τῆς τύχης ἡμῖν συναγωνίζεται. ὅποι δ' ἂν στρατηγὸν καὶ ψήφισμα κενὸν καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ βήματος ἐλπίδας ἐκπέμψητε, οὐδὲν ὑμῖν τῶν

§. 45. ἐκπέμψοιτε) ex Ald. Wolf. et Auger. Malo. Vid. ad §. 26. Paulo ante erat Ὅποι — συναποσταλῇ. —

junctivus Aoristi I Pass. et Aoristi II Act. et Med. notionem Futuri innuit. Matth. Gr. §. 516. b. Notanda porro est negationum cumulatio ad vim augendam. Vid. ad Phil. III. §. 31. de Pac. §. 12. Plat. Phaedr. p. 236, 40: Ὄμνυμι γάρ σοι — μηδέποτέ σοι ἕτερον λόγον μηδένα μηδενὸς μήτε ἐπιδείξειν, μήτε ἐξαγγελεῖν. Vig. p. 452. Wyttenb. ad Phaedr. p. 199. Male οὐ abest a nonnullis codd. —

§. 45. ὅποι — μέρος τι τῆς πόλεως συναποσταλῇ. Cf. Olynth. I. §. 14. De Conjunctivo vid. ad §. 3. 26. πόλις notat δύναμιν πολιτικήν, sive πολίτας, sive ut supra §. 44 στρατιώτας οἰκείους. Cf. §. 19. Ut πόλις apud Graecos (Vig. p. 221), ita *civitas* apud Latinos habet vim *populi* seu *civium*. Caes. bell. Gall. I, 2: *Orgetorix civitati persuasit, ut de finibus suis exirent.* Ibid. bell. Civ. III, 105. — τὸ τῶν θεῶν εὐμενές. De Adjectivo pro Substantivo vid. ad §. 34. De re Olynth. I. §. 1; II. §. 18. — τὸ τῆς τύχης. Vid. ad §. 12. — ἀπὸ τοῦ βήματος ἐλπίδας. Vid. ad §. 45. 46. *Valesius* (Emend. lib. IV. c. 8 cit. Taylor. in schedis) de ducum magnificis pollicitationibus: „Solebant, inquit, tunc temporis duces Atheniensium, simulatque populi suffragiis electi fuerant, conscenso suggestu magnifica quaedam populo polliceri et victorias ac trophaea spondere.“ — ὑμῖν γίγνεται. De hoc Dativo commodi vid. §. 24. 52. — οἱ μὲν ἐχθροὶ — τῷ δέει τοὺς τοιούτους ἀποστόλους. De re vid. ad §. 24. Accusativum τοὺς ἀποστόλους varii varia ratione interpretati sunt. *H. Wolfius*, commate post δέει posito, cum pertinere ad καταγελῶσιν dicit, quae dura verborum conjunctio esset. Praeterea καταγελᾶν apud bonos scriptores cum Genitivo, rarius Dativo Substantivi construitur; Pronomina tantum in Accusativo interdum ad hoc verbum ponuntur, quod docet *Bremius*. Hoc autem loco absolute positum est, quod haud raro fit, ut derisionis vis maneat quidem, non autem contra certam personam dirigatur, sed ad rem et eventum potius. *Buttm.* ad Mid. p. 564. c. 42. Xenoph. Anab. II, 4, 4. (2): ὡς ἡμεῖς τοσοίδε ὄντες ἐνικῶμεν τὴν βασιλέως δύναμιν ἐπὶ ταῖς θύραις αὐτοῦ, καὶ καταγελάσαντες ἀπήλθομεν. Xenoph. Mem. II, 6, 12. *Reiskius* ex duobus codicibus addidit διά, quod glossemati simillimum est, et *Bekkerus* in nullo suorum invenit recteque delevit. *Rüdigerus* Accusativum absolutum censet, qui pendeat a cogitato ὁρῶντες. At opus non est. Recte *Abreschius* in Obvv. ad Aeschyl. p. 57 et 651 jungebat Accusativum cum δέει, ita ut Substantivum casum verbi, a quo derivetur, regat, et τῷ δέει τοὺς ἀποστόλους idem sit, quod δεδιότες τοὺς ἀποστόλους. Bene *Rüdig.* citavit Dem. de fals. leg. p. 366, 25: δουλεύειν καὶ τεθνάναι (τοὺς Φωκέας) τῷ φόβῳ, καὶ τοὺς Θηβαίους καὶ τοὺς Φιλίππου ξένους. Quamquam, si sensum spectas, τοὺς ἀποστόλους etiam ad καταγελῶσιν pertinet. Vid. Matth. Gr. §. 425, Not., qui explicat: οὕτω δεδίασιν, ὥστε τεθνάναι. *Augerus* non male: „τεθνᾶσι τῷ δέει, *moriuntur timore*, i. e. timent non secus ac mortem: et haec construuntur cum Accusativo.“ Similis Substantivi constructio est apud Eurip. Orest.

δεόντων γίγνεται, ἀλλ' οἱ μὲν ἐχθροὶ καταγελῶσιν, οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς τοιούτους ἀποστόλους. Οὐ γάρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἕνα ἄνδρα ἂν δυνηθῆναί ποτε 46
ταῦθ' ὑμῖν πρᾶξαι πάνθ', ὅσα βούλεσθε. ὑποσχέσθαι μέντοι καὶ φῆσαι, καὶ τὸν δεῖνα αἰτιάσασθαι καὶ τὸν δεῖνα ἔστι. τὰ δὲ πράγματα ἐκ τούτων ἀπόλωλεν. ὅταν γὰρ ἡγῆται μὲν ὁ στρατηγὸς ἀθλίων ἀπομίσθων ξένων, οἱ δ' ὑπὲρ ὧν ἂν ἐκεῖνος

---

§. 46. ἄνδρα ἂν) Deest ἂν in Aug. 1, quem secutus Bekk. particulam omisit. Male. Vid. adn. — ἡττῆται) Vulg. ἡγῆται) Sic multi boni codd. Vid. adn. —

1155: ἀλόγιστον δέ τι τὸ πλῆθος ἀντάλλαγμα γενναίου φίλου. Vid. *Seidler.* ad Eurip. Troad. 123. Idem usus est apud Plaut. Amph. I, 3, 21: *Quid tibi hanc curatio est rem.* Ramsh. Gr. §. 126. N. Vid. etiam supra ad §. 21 ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις. Multo autem frequentius est, Adjectivum casum verbi sui cognati adsciscere. Matth. Gr. §. 324. N. et 416. *Voemel.* laudat Polyb. I, 39: οὕτως ἦσαν κατάφοβοι τοὺς ἐλέφαντας. Harum miseriarum maxime Charetem auctorem fuisse, supra §. 24 dictum est. Plutarcho (Phoc. p. 406 et 313 et aliis locis) teste, si socii has expeditiones adventare audiebant, portus urbesque claudebant, et feminas, liberos, omnia sua in tuto collocabant, ac si hostes appropinquarent. Ibid.: οὐδὲ αἱ πόλεις ἐδέχοντο τὸν στόλον, ἀλλ' ὕποπτος ὢν πᾶσι, ἐπλανᾶτο χρηματιζόμενος ἀπὸ συμμάχων καὶ καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων. Cic. pro leg. Man. c. 5 et 13: *Utrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hibernis sociorum civitates esse deletas?*

§. 46. οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν. Vid. ad §. 10 — ἕνα ἄνδρα, pertinet ad §. 45 στρατηγὸν καὶ ψήφισμα κενόν. Ergo significat *ducem sine exercitu.* *Tourrellius* commemorat proverbium: εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ. Eurip. Or. 703: οὐ γὰρ ῥᾴδιον λόγχῃ μιᾷ στῆσαι τρόπαια τῶν κακῶν, ἅ σοι πάρα. Xenoph. Cyr. VIII, 6, 12: οὐ γὰρ ἂν δυναίμην ἐγώ, εἷς ὤν, ἀνθρωπίνῃ ἀρετῇ τὰ πάντων ὑμῶν ἀγαθὰ διασώζειν. Particula ἂν post ἄνδρα ejici non debuit; mitigat enim et restringit sententiam: *etiamsi velit.* Vid. ad §. 13. Praeterea enuntiationi vim Futuri addit, quum δυνηθῆναί ποτ' sine ἂν ad praeteritum tempus spectaret. Vid. Buttm. Gr. §. 126. 14. — ὑποσχέσθαι καὶ φῆσαι. Hoc pertinet ad jactabundum Charetem, qui ita jactare virtute sua et peritia, ita Atheniensibus multa polliceri ex rostris (vid. ad §. 45) solebat, ut secundum *Suidam* s. v. Χάρητος ὑποσχέσεις ejus pollicitationes in proverbium abirent de iis, qui temere pollicerentur. Vid. ad §. 24. φῆσαι a φάσκειν derivandum est. quod in Futuro et Aoristo significat *asseverare, praetendere, dictitare, verba dare.* Terent. Andr. I, 3, 6: *cui verba dare difficile est.* Saepe inest notio falsi, ut h. l. et de Pac. §. 14. Cf. Olynth. I. §. 6. Phil. III. §. 8. 73. Buttm. Gr. §. 92. 2. De φημί *affirmo, concedo* vid. ad Phil. III. §. 1. — αἰτιᾶσθαι. Vid. ad §. 47. Solebant duces, si male rem gesserant, culpam transferre in alios eosque accusare, ne ipsi poena afficerentur. Ita Iphicrates et Timotheus a Charete accusati sunt, de qua re vid. ad §. 27 et 47. 25. s. v. προφάσεις ἀφελεῖν. Olynth. I. §. 25. — ἐκ τούτων. Vid. ad §. 3 ἐκ τοῦ προςέχειν. — ἡγῆται μὲν ὁ στρατηγὸς ἀθλίων ἀπομίσθων ξένων. Vulgata lectio est ἡττῆται hoc sensu: *si dux in potestate mercenariorum est.* At ea vera esset, ut recte *Schaeferus* monet, si ξένοι epitheta haberent ἀκόλαστοι, ὑβρί-

ἐκεῖ πράξῃ πρὸς ὑμᾶς ψευδόμενοι ῥᾳδίως ἐνθάδ' ὦσιν, ὑμεῖς δ' ἐξ ὧν ἂν ἀκούσητε ὅ τι ἂν τύχητε ψηφίζησθε, τί καὶ χρὴ προσδοκᾶν;

47 Πῶς οὖν ταῦτα παύσεται; ὅταν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς αὐτοὺς ἀποδείξητε στρατιώτας καὶ μάρτυ-

---

ἐνθένδε) Ald., Felic., P. Manut., ed. Wolf., cod. Vict., sed hic in margine: puto *ῥᾳδίως ἐνθάδε ὦσιν*. Vid. adn. — *τύχῃ)* Vulg. Sed vid. adn. — *ῥᾳδίως ψηφίζησθε)* Vulg. Sed *ῥᾳδίως* in Aug. 2. ante *ὅ τι ἂν* ponitur; in Aug. 1, 3, Meerm. Weimar., Obsop., Felic., P. Manut. plane deest, quare Bekk. omisit, idque recte; est enim aut glossema, aut ex proximo antecedd. huc relatum. Neque magis probandum est *ψηφίσησθε*, quod vulgo legitur; nam hoc tempus non respondet praecedentibus. —

ζοντες. Deinde non ducem vituperare vult orator, quod cedat militibus, sed Athenienses, et quod mercenariis stipendium non solvant, unde dux non ita, ut opus sit, uti possit iis, quum alimenta sibi parare cogantur, et quod non ipsi militent. Insuper ea, quae §. 47 sequuntur, lectioni *ἡγῆται* respondent. Nam qui in militum potestate est, nec iis imperare potest, is ob male res gestas non potest accusari. — *ἀπόμισθοι*. Harpocrat. s. v. explicat *οἱ μισθὸν μὴ λαμβάνοντες*, quibus stipendium pactum non solvitur. Intelliguntur fortasse ii Atheniensium mercenarii, quibus Artabazus, ad quem transierant, stipendium erogavit. Vid. ad §. 24. — *οἱ δ' ὑπὲρ ὧν ἂν — ἐνθάδ' ὦσιν*, *qui vero de rebus illic ab eo gestis ad vos mentiantur, hic facile inveniuntur.* Huc pertinent verba Schol. Aug. *οἱ δὲ συκοφάνται ὑπὲρ ὧν ὁ στρατηγὸς ἐκεῖ πράττει, ἐντεῦθεν (ex hoc loco, a rostris) κατηγοροῦσιν εὐχερῶς. διὰ γὰρ τὸ μὴ παρεῖναι ὑμᾶς συκοφαντῶν ἀνέχεσθε. Ταῦτα πρὸς Κηφισόδοτον αἰνίττεται.* — *ὅ,τι ἂν τύχητε*, *quidquid vobis contigerit, temere, inconsiderate.* Vulgata est *τύχῃ*. Sed *τυγχάνειν* solet ad eam ipsam referri personam, cui aliquid accidit. Est igitur formula personalis. Cf. Olynth. III. §. 3. Phil. III. §. 54. Vid. *Ast.* ad Plat. Protag. p. 353. Ibid. Crit. c. 3: *ποιοῦσι τοῦτο, ὅ,τι ἂν τύχωσι.* Cf. Xenoph. Mem. III, 12, 1. Seidler. ad Eurip. Iph. I. 704. Alias impersonalis phrasis est. Eurip. Orest. 565: *παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ὀλλύναι πόσεις, ἐπίκλημ' ἐχούσαις ὅ,τι τύχοι.* Vid. Zeun. ad Vig. p. 302. — *τί καὶ χρὴ προσδοκᾶν*, *quid tandem exspectandum est?* i. e. nihil plane exspectandum est. Bene ad h. l. *Bremius* haec: „Qui interrogat *τί χρὴ προσδοκᾶν*, exspectat aliquid, sed dubius est, quid eveniat. Qui interrogat *τί καὶ χρὴ προσδοκᾶν*, desperat de salute nec eam usquam exspectari posse existimat." Vid. Herm. ad Vig. p. 837. Omnino solet copula *καί* interrogativis *τίς, πῶς, ποῖ, ποῦ, ποῖος* postponi eo sensu, ut sit: *dic praeterea, quid, quo, quomodo* etc. Eurip. Hec. 519: *πῶς καί νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι;* Ibid. 1055: *ποῖ καί με φυγᾷ πτώσσουσι μυχῶν;* *Porson.* ad Eurip. Phoen. 1373. Cf. Plat. Phaedr. p. 61. E. —

§. 47. *ὅταν τοὺς αὐτοὺς — ὁρᾶν.* Similia vid. §. 25. — *τῶν εὐθυνῶν.* *Moeris Att.* explicat: *εὐθῦναι: τρόπος κρίσεως τῶν ἀρξάντων ἢ πρεσβευσάντων.* Cf. Olynth. III. §. 28. Qui judicabant, dicebantur *εὔθυνοι*; qui in judicium vocabantur, *ἀπεύθυνοι*. *Rüdig. Harpocrat.* s. v. *ὄνομα ἀρχῆς: δέκα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες ἦσαν, παρ' οἷς ἐδίδοσαν οἱ πρεσβεύσαντες ἢ ἄρξαντες ἢ διοικήσαντές τι τῶν δημοσίων τὰς εὐθύνας.* Vid. ad §. 51. Ponitur igitur vox *εὐθῦναι* in ratione magistratus gesti vel omnino vitae actae reposcenda. — *εἰς τοῦτ' αἰσχύνης.* Vid. ad §. 9. — *δὶς καὶ τρὶς κρίνε-*

ρας τῶν στρατηγουμένων καὶ δικαστὰς οἴκαδ' ἐλθόντας τῶν εὐθυνῶν ὥςτε μὴ ἀκούειν μόνον ὑμᾶς τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ παρόντας ὁρᾶν. νῦν δ' εἰς τοῦθ' ἥκει τὰ πράγματα αἰσχύνης, ὥςτε τῶν στρατηγῶν ἕκαστος δὶς καὶ τρὶς κρίνεται παρ' ὑμῖν περὶ θανάτου, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς οὐδεὶς οὐδὲ ἅπαξ αὐτῶν ἀγωνίσασθαι περὶ θανάτου τολμᾷ, ἀλλὰ τὸν τῶν ἀνδραποδιστῶν καὶ λωποδυτῶν θάνατον μᾶλλον αἱροῦνται τοῦ προςήκοντος. κακούργου μὲν γάρ ἐστι κριθέντ' ἀποθανεῖν, στρατηγοῦ δὲ μαχόμενον τοῖς πολεμίοις. Ὑμῶν
δ' οἱ μὲν περιϊόντες μετὰ Λακεδαιμονίων φασὶ Φι- 48

§. 47. ὥςτε μή) „Pro his verbis in aliis libris οὐ γὰρ μὴ ἀκ., in aliis οὐ γὰρ ἀκ., in utrisque post ὁρᾶν legitur δεῖ. Lect. vulg. in Ald. prior. cum astere, sed in Ald. poster. altera lectio item cum astere; unam harum lectt. ab interprete ortam esse patet: et secundam quidem vel propterea statuo, quod in app. Francf. legitur οὐ γὰρ ὥςτε μή, et δεῖ in aliis ante ὁρᾶν, in aliis post hanc vocem ponitur." *Rüdig.* „En luculentum exemplum diversitatis scripturae, quales aliis in scriptoribus oblatae moverunt parum cautos, ut de duplici recensione cogitarent. Fere ortae sunt in ludis Graecorum literariis, dum magistri scripta veterum discipulis interpretabantur." *Schaeferus.*

ται. Non verisimile est, significari hic Isocratem et Timotheum, qui quamquam a Charete accusati urbe expulsi sunt (vid. ad §. 27), tamen semper et virtute et prudentia excelluerunt, et a Demosthene laudantur. Sed vid. ad Olynth. I. §. 28. Describi igitur alios duces, nobis parum notos, existimandum est, fortasse Charetem ipsum saepius accusatum et absolutum. Vid. ad §. 24. Olynth. I. 28. 29. — *περὶ θανάτου ἀγωνίσασθαι, de vita dimicare, das Leben auf das Spiel setzen,* seu *bis auf den Tod kaempfen;* oppositum est cum vi *περὶ θανάτου κρίνεται.* — *ἀνδραποδιστῶν,* i. e. *τῶν τὸν ἐλεύθερον καταδουλωσαμένων.* — *λωποδυτῶν,* i. e. *λῃστῶν, οἱ ἀποδύουσι τοὺς παριόντας τὰς ἐσθῆτας.* His autem omnino vulgare turpeque sceleratorum hominum genus significatur. Cf. Phil. III. §. 22. De re Xenoph. Mem. I, 2, 62: *κατὰ γὰρ τοὺς νόμους, ἐάν τις φανερὸς γένηται κλέπτων ἢ λωποδυτῶν ἢ βαλαντιοτομῶν ἢ τοιχωρυχῶν ἢ ἀνδραποδιζόμενος ἢ ἱεροσυλῶν, τούτοις θάνατός ἐστιν ἡ ζημία.* —

§. 48. *περιϊόντες.* Vid. ad §. 10. Cf. Olynth. I. §. 23. — *πράττειν τὴν Θηβαίων κατάλυσιν, moliri Thebanorum eversionem.* Inde a Leuctrica pugna, qua principatum *(ἡγεμονίαν)* Thebani aliquamdiu sibi comparaverant (Phil. III. §. 23), Lacedaemonii iis erant infensi. Vid. ad Phil. II. §. 15. Athenienses autem, qui et ipsi mutuum cum Thebanis odium alebant (vid. ad Olynth. II. §. 8; III. §. 26; de Pac. §. 14. 15. 18), si quid mali his accidisset, essent gavisi; quare erant, qui ad voluntatem civium fabularentur, Philippum cum Lacedaemoniis eos perditum ire. Cf. Phil. II. §. 14. Credunt enim homines, quod optant (Olynth. II. §. 19). Neque abhorret a verisimili, Philippum ipsum, ut animos Atheniensium a se suisque consiliis averteret, tales rumores per mercenarios suos disseminandos Athenis curasse. Vid. proxime *ἐν Ἰλλυριοῖς.* Phil. II. §. 7. Pac. §. 10. Proleg. §. 4 et P. II. §. 3. *πράττειν* cum Accusativo est *occulte moliri, agere, ut aliquid fiat,* modo in bonam, modo in malam partem. Vig. p. 290. ad Olynth. II. §. 7. Hoc loco et cum Accusativo *κατάλυσιν* et cum Infinitivo *διασπᾶν* construitur, de quo vid. ad §. 4. — *τὰς πολιτείας διασπᾶν, liberam rei publicae formam dissolvere, in cujus locum ty-*

λιπποκ πράττειν, τὴν Θηβαίων κατάλυσιν καὶ τὰς πολιτείας διασπᾷν, οἱ δ', ὡς πρέσβεις πέπομφεν ὡς βασιλέα, οἱ δ', ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις τειχίζειν, οἱ δὲ λόγους πλάττοντες ἕκα-
49 στος περιερχόμεθα. Ἐγὼ δ' οἶμαι μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεούς, ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὀνειροπολεῖν ἐν τῇ γνώμῃ, τήν τ' ἐρημίαν τῶν κωλυσόντων ὁρῶντα καὶ τοῖς πεπραγμέ-

---

rannidem sive paucorum potentiam substitueret, ut recte explicat *H. Wolf.*: ὀλιγαρχίας ἢ τυραννίδας ἐγκαθιστάναι ταῖς πόλεσιν. Nam ut Athenienses, ubicunque poterant, potentiam populi instituere solebant, ita Lacedaemonii, ea sublata, suam civitatis administrandae formam i. e. oligarchiam (sit venia verbi) civitatibus injungere studebant. Cf. Isocrat. Paneg. p. 67. §. 125. Thuc. I, 9. Eorum rationem secutus est Philippus. Cf. Phil. II. §. 22. 25. De διασπᾷν cf. Xenoph. Cyr. VIII, 5, 25: Περσῶν νόμους διασπᾷν πειρᾶται. — Πολιτεῖαι vox propria est de liberis civitatibus. *Harpocrat.* s. v. ἰδίως εἰώθασι τῷ ὀνόματι χρῆσθαι οἱ ῥήτορες ἐπὶ τῆς δημοκρατίας. Cf. Olynth. III. §. 5. Phil. II. §. 21. Vig. p. 137. Dem. de Chers. p. 100. §. 43 utrumque conjunxit: ἐχθρὸν τῆς πολιτείας καὶ τῆς δημοκρατίας. Xenoph. Hell. VI, 3, 8: ὥστ' ἐοίκατε τυραννίσι μᾶλλον ἢ πολιτείαις ἡδόμενοι. — πρέσβεις πέπομφεν ὡς βασιλέα. Non satis liquet, num re vera Philippus, quod *Wolfius* et *Rüdigerus* dicunt, adhortante Isocrate (Orat. ad Phil. p. 362. C. 35) ad regem Persarum (βασιλέα· nam ita regem Persarum vocare Graecis erat usitatum. Vid. ad Phil. III. §. 16) legatos miserit, qui urbes Graecas repeterent. „Sed tunc, opinor, nondum tempus erat talibus legationibus, risissentque Persae Macedonem res repetentem, qui in ipsa Graecia suarum rerum satageret, aliquot Olympiadibus post fortasse non risuri.“ *Schaeferus.* Quam quidem famam sive veram sive fictam ii, qui de rebus publicis libenter ac temere loquebantur, spargebant. Vid. Phil. III. §. 71. Persarum autem regni occupandi consilium jam mature Philippus ceperat. Proleg. §. 4 et P. II. §. 5. — ἐν Ἰλλυριοῖς. Hos statim post imperium susceptum (a. 359) superaverat. Proleg. §. 4. Just. VII, 6. Postea, quum societate inter se facta (a. 356), ab ejus imperio se liberare vellent, eos callide antevertit, priusquam vires conjungerent, et Parmenione duce superavit. Proleg. §. 7. ad Olynth. III. §. 13 et 23. Diod. Sic. XVI, 4, 8. 22. „Haud veri absimile est, Philippum eos istiusmodi rumores eo animo sparsisse, ut sibi ipsi essent utiles; persuadebant enim Atheniensibus, longe remota esse ejus consilia.“ *Tourrell.* — πλάττοντες ἕκαστος περιερχόμεθα. Vid. ad §. 7, unde patet, non opus esse, cum *H. Wolfio* scribere ἕκαστοι. De λόγους πλάττοντες cf. Dem. adv. Aristog. p. 778, 21: προφάσεις πλάττων καὶ ψευδεῖς αἰτίας συντιθείς. Cic. Rosc. A. §. 30: *crimen incredibile confingunt.* —

§. 49. μεθύειν. Thom. Mag. s. v. μεθύσῃ: οὐ μόνον ἐπὶ οἴνου τὸ μεθύω λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς ὑβρίζειν καὶ μὴ ἐθέλειν σωφρονεῖν ὑπό τινος τυχὸν ἐξουσίας ἢ πλούτου ἢ τοιούτου τινὸς ἄλλου, ὡς Δημοσθένης περὶ Φιλίππου λέγει. Est autem tropus et apud nos et apud Latinos usitatus. Bene citavit *Voemel.* Hor. Od. I, 37, 12: (Cleopatra) *quidlibet impotens sperare fortunaque dulci ebria.* — ὀνειροπολεῖν. Hermog. Invent. IV, 10: τῷ μεθύειν παρακείμενον τὸ ὀνειροπολεῖν σεμνὸν ὂν ἐκόσμησε τὸν λόγον. κοινὸν γάρ ἐστι τῶν μεθυόντων τὸ ὀνειροπολεῖν. *Voemelius.* Est hoc verbum, ut μεθύειν, in omnibus linguis frequentissimum

νοις ἐπηρμένον, οὐ μέντοι γε οὐ μὰ Δί' οὕτω προαιρεῖσθαι πράττειν, ὥςτε τοὺς ἀνοητοτάτους τῶν παρ' ἡμῖν εἰδέναι, τί μέλλει ποιεῖν ἐκεῖνος· ἀνοητότατοι γάρ εἰσιν οἱ λογοποιοῦντες. Ἀλλ' ἐὰν ἀφέντες ταῦτ' ἐκεῖνο εἰδῶμεν, 50
ὅτι ἐχθρὸς ἄνθρωπος καὶ τὰ ἡμέτερα ἡμᾶς ἀποστερεῖ καὶ χρόνον πολὺν ὕβρικε, καὶ ἅπανθ', ὅσα πώποτ' ἠλπίσαμέν τινα πράξειν ὑπὲρ ἡμῶν, καθ' ἡμῶν εὕρηται, καὶ τὰ λοιπὰ ἐν αὐτοῖς ἡμῖν ἐστὶ, κἂν μὴ νῦν ἐθέλωμεν ἐκεῖ πολεμεῖν

§. 50. *ἐκεῖνα)* Ex Aug. 1 Reisk. monens, complura enumerari molesta, diligentes spectanda et ad animum revocanda; sequi etiam ταῦτα paulo infra. Male; nam, quod monet *Rüdig.*, ἐκεῖνο ad quodvis eorum, quae enumerantur, per se pertinet. Vid. ad §. 4. Phil. III. §. 39. Olynth. II. §. 34 not. crit. Similiter Xenoph Cyr. I, 6, 11: ὅτι δ' ἂν — λαμβάνῃ τις, ταῦτα καὶ τιμὴν νομιοῦσι rel. Vid. Matth. Gr. §. 475 ed. 2dae et §. 472 p. 880. — *ἄνθρωπος)* Vulg. Sed vid. ad §. 9. — *ἡμῖν αὐτοῖς)* Vulg. Vid. ad §. 23 not crit. —

de iis, qui aut spes inanes aut immoderatas molitiones animo concipiunt, aut omnino, qui delirant. Cic. Nat. deor. I, 16: *Exposui fere non philosophorum judicia, sed delirantium somnia.* Et Plotinus p. 510. A. ed. Creuz. eosdem Epicureos ita vituperat: *οἱ παραπλήσιον τοῖς ὀνειρώττουσι ποιοῦσι.* — *τὴν ἐρημίαν.* Hoc vocabulum dicitur de locis desertis et parum frequentibus, aut de hominibus, qui adjutores defensoresque aut nullos aut non sufficientes habent. Olynth. II. §. 27 notat *absentiam aemulorum.* Sic Latini *solitudo.* Cic. Brut. 63: *Erat ab oratoribus quaedam in foro solitudo.* pro Rosc. A. §. 59: *prorsus ut vestro consessu et hoc conventu pro summa solitudine abuteretur.* Vid. ad h. l. — *ἐπηρμένον, elatum,* de iis, qui ad magnam spem inflati sunt. Xenoph. Cyr. VIII, 5, 24: *εἰ δὲ σὺ, ὦ Κῦρε, ἐπαρθεὶς ταῖς παρούσαις τύχαις, ἐπιχειρήσεις καὶ Περσῶν ἄρχειν ἐπὶ πλεονεξίᾳ* etc. Ibid. Mem. I, 2, 25: *ἐπηρμένος ἐπὶ πλούτῳ.* — *οὐ μέντοι γε, veruntamen non, neque tamen,* vel *non sane quidem.* Vig. p. 464. — *λογοποιοῦντες,* sunt iidem, qui supra *οἱ λόγους πλάττοντες,* qui rumores fingunt eosque disseminant. Cf. Phil. II. §. 14. — §. 50. *ἄνθρωπος.* Vid. ad §. 9. — *ἐχθρός.* Cf. Olynth. II. §. 16. — *πώποτε, unquam.* Particulae *πώ* et *πώποτε,* plerumque cum negationibus conjunctae, tempus praeteritum spectant. Quare *οὐδέποτε, nunquam,* Futurum spectat, *οὐδεπώποτε* autem nonnisi Praeteritum. Vid. Buttm. Gr. §. 136. s. v. *πώ.* Cf. Olynth. III. §. 9 ibiq. not. crit. — *τινὰ πράξειν.* Hoc pertinere videtur ad Philippum, cujus opera Athenienses speraverant fore, ut opes suae augerentur. Amphipolin enim ipsis se occupaturum aliaque facturum esse promiserat. De Pronomine infinito *τις* certum quendam hominem significante vid. ad §. 8. *Voemelius* monet, Pronomen infinitum usurpatum esse, quia illum imitati sint alii deceptores, qualis fuerit Charidemus Orita; eum enim, qui Atheniensibus se favere simulavisset, magnasque spes Chersonesi recuperandae excitavisset, Philippo fidem obtulisse. De eo vid. ad Olynth. II. §. 5. De re ad Phil. II. §. 7. — *εὕρηται,* sc. *πράξας,* quod ex antecedente subaudiendum, male Reiskius addi voluit. *Schaefer.* citavit Pseudo-Dem. adv. Aristogit. I. p. 771: *ὃ μηδεὶς μὲν ἂν αὐτὸς πεποιηκέναι φήσειεν, ἐν δὲ ταῖς ψήφοις εὑρεθήσεται,* ubi subaudiendum est *πεποιηκώς.* — *ἐν αὐτοῖς ἡμῖν ἔστι, penes nos ipsos est.* Alias hoc sensu scribitur *ἐπί τινος εἶναι.* Matth. §. 577. — *κἂν,* i. q. *καὶ ἐάν.* Vid. ad §. 19. — *ἐνθάδ'*

αὐτῷ, ἐνθάδ' ἴσως ἀναγκασθησόμεθα τοῦτο ποιεῖν, ἂν ταῦτα εἰδῶμεν, καὶ τὰ δέοντα ἐσόμεθα ἐγνωκότες καὶ λόγων ματαίων ἀπηλλαγμένοι. οὐ γὰρ ἅττα ποτ' ἔσται δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' ὅτι φαῦλ', ἂν μὴ προςέχητε τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν καὶ τὰ προςήκοντα ποιεῖν ἐθέλητ', εὖ εἰδέναι.

51 Ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' ἄλλοτε πώποτε πρὸς χάριν εἱλόμην λέγειν, ὅ τι ἂν μὴ καὶ συνοίσειν ὑμῖν πεπεισμένος ὦ, νῦν τε, ἃ γιγνώσκω, πάνθ' ἁπλῶς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος,

---

ἴσως. Ut cives suos ex socordia excitet metumque Philippi iis injiciat, saepe monet orator, regem in Atticam esse venturum, nisi ipsum Athenienses in Macedonia aggrediantur. Cf. Olynth. III. §. 12. 15; I. §. 12. Ἴσως, quod proprie est *pariter*, inde *consentaneum*, notat hic *sine dubio, profecto;* nam non ubique dubitantis, sed saepe magis affirmantis est de certa re, ut solent Attici scriptores ἀστεϊζόμενοι. Vern. *wohl.* Cf. Olynth. II. §. 21; III. §. 23. Phil. II. §. 4. *Lobeck.* ad Sophocl. Aj. 998. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 233. E. Sic Cic. Verr. V, 5: *Vetus est, quod dicam, et nemini fortasse inauditum.* Hor. Sat. I, 6, 98: *demens judicio vulgi, sanus fortasse tuo.* Vid. Heind. ad h. l. — ἂν ταῦτα εἰδῶμεν. Haec verba adnectunt orationem ad superiora ἐκεῖνο εἰδῶμεν, unde orsus erat orator. Vid. ad §. 12. — τὰ δέοντα ἐσόμεθα ἐγνωκότες, *ea quae opus sunt, intellexerimus.* His verbis Apodosis incipit et sensus est: Si de iis, quae dixi, persuasum nobis habuerimus, rerum nostrarum statum et ea, quae facienda nobis sunt, satis intelligemus, neque opus erit fabulari rumoresque fingere de futura rerum conditione. —

§. 51. οὔτε — τε, *neque — et, eines Theils nicht, andern Theils.* Cf. de Pac. §. 24. Plat. Apol. Socr. p. 26. ἢ παντάπασί με φῂς οὔτε αὐτὸν νομίζειν θεούς, τούς τε ἄλλους ταῦτα διδάσκειν. Matth. §. 609. p. 1226 ed. 2dae. — ἄλλοτε πώποτε. Ante Philippicam I Demosthenes in publicis causis habuerat orationes in Leptinem, in Androtionem, de Symmoriis, pro Megalopolitis, in Timocratem, in Aristocratem. — πρὸς χάριν λέγειν. Vid. ad §. 38. — ὅ,τι ἂν μὴ — πεπεισμένος ὦ. Vid. ad §. 3. 26. — ἁπλῶς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος. Vid. ad §. 7. *H. Wolf.* adv. Mid.: Est ὑποστέλλεσθαι *vires remittere, non acriter, non omni conatu agere.* Hesych. interpretatur: ὑποκρυψάμενος, φοβηθείς. Metaphora sumpta est de nautis, qui tempestate imminente vela contrahunt; tropice de oratoribus usurpatur, qui cauti sunt in dicendo, formidantes non acriter libertate utuntur. Vid. Wyttenb. Bibl. Crit. T. III. P. I. p. 56. Cf. Olynth. III. §. 16. Vig. p. 309 sq. — ἐβουλόμην ἄν. Ἄν cum Indicativo cujusvis temporis conjunctum saepe nihil aliud significat, quam accidere, vel accidisse aliquid, non certo quodam tempore, sed quotiescunque occasio ita ferret. *Herm.* ad Vig. p. 820. Cf. Phil. II. §. 29; III. §. 13. Matth. §. 509. Latini et Germani in talibus enuntiationibus Conjunctivo utuntur. Optativus βουλοίμην ἄν, *ich möchte jetzt,* hunc praeteriti aut omnino infiniti temporis respectum non exprimit. — ὅτι — οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοῖσον. Observa duplicem verbi οἶδα constructionem cum ὅτι et cum Participio. — τῷ τὰ βέλτιστα εἰπόντι. Saepius metum orator exprimit, ne quid invidiae ac detrimenti ex libera oratione sibi contrahat. Cf. Olynth. III. §. 16; II. §. 3. 13. 32. Phil. II. §. 34. Haud enim bene erat institutum, ut, siquis rogationem, quamvis per se utilem, ad populum tulerat, eaque, a populo probata, rerum iniquitate male cesserat, in judicium vocari

πεπαῤῥησίασμαι. ἐβουλόμην δ' ἄν, ὥςπερ ὅτι ὑμῖν συμφέρει τὰ βέλτιστα ἀκούειν οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοῖσον καὶ τῷ τὰ βέλτιστα εἰπόντι· πολλῷ γὰρ ἂν ἥδιον εἶπον. νῦν δ' ἐπ' ἀδήλοις οὖσι τοῖς ἀπὸ τούτων ἐμαυτῷ γενησομένοις, ὅμως ἐπὶ τῷ, συνοίσειν ὑμῖν, ἐὰν πράξητε, ταῦτα πεπεῖσθαι λέγειν αἱροῦμαι. Νικῴη δ' ὅ τι πᾶσιν ὑμῖν μέλλει συνοίσειν.

---

§. 51. νῦν δ') Aug. 1. et β. Male; non enim haec enuntiatio opponitur antecedenti. Vid. adn. — τὸ τὰ βέλτ.) Vulg. —

---

et bonis atque adeo vita posset privari. *Schoemann.* de Comit. Ath. p. 196. Demostheni ipsi post pugnam ad Chaeroneam male pugnatam, cujus ille fuerat auctor, adversarii diem dixerant multamque irrogarant, quam nonnisi magno populi favore et aestimatione effugit. Dem. de fals. leg. p. 398: ἀγανακτήσει αὐτίκα δὴ μάλα (ὁ Αἰσχύνης), εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων λόγων εὐθύνας ὑφέξει. Thuc. III. c. 43. — ἐπ' ἀδήλοις οὖσι, *quamquam obscurum est.* Rara est haec constructio Praepositionis ἐπί cum Dativo et Participio pro Genitivo absoluto, quae *Bremio* ex eo Praepositionis usu, quo conditionem significet (vid. ad Phil. II. §. 12), explicanda esse videtur. Quoniam ὅμως sequitur, in verbis ἐπ' ἀδήλοις οὖσι notionem *quamquam* inesse apparet. Matth. §. 366 sq. Thuc. VIII, 97 cit. *Voemel.* ἐπὶ δ' οὖν ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς τε εἴκοσιν ὅμως ἐπλήρουν καὶ etc. Cf. Xenoph. Hell. II, 3, 32. Et omnino post Participia solet collocari. Xenoph. Mem. II, 1, 14: καὶ οἱ μὲν πάντα ταῦτα κεκτημένοι ἀδικοῦνται. Idem usus est apud Latinos, quo *tamen* ita ponitur, ut *etsi*, *quamquam* praegressis verbis contineantur. Cic. Off. II, 2: *maximis in malis hoc tamen boni.* pro Sull. §. 1: ut — *in his pristinae fortunae reliquiis miseris et afflictis, tamen haberet quosdam, quorum animus ne supplicio quidem suo satiare posset.* Vid. ad Cic. pro Rosc. A. §. 51. Id. Cat. III, 5, 12: *Atque ibi vehementer perturbatus Lentulus tamen et signum suum et manum cognovit.* — ὅμως ἐπὶ τῷ συνοίσειν — λέγειν αἱροῦμαι. Construe: νῦν — ὅμως αἱροῦμαι λέγειν ταῦτα ἐπὶ τῷ πεπεῖσθαι ταῦτα συνοίσειν ὑμῖν, ἐὰν πράξητε. Verba ἐπὶ τῷ πεπεῖσθαι, quia causam indicant (ἐπὶ cum Dativo idem valet, quod §. 3 ἐκ in verbis ἐκ τοῦ προςέχειν τὸν νοῦν. Matth. §. 585 extr. Vid. ad Olynth. II. §. 24), priori loco collocata sunt more Latinorum, apud quos enuntiationes causam, conditionem, tempus etc. indicantes praeponuntur. Matth. §. 613. VII. — νικῴη δ' ὅ,τι — συνοίσειν. Simili modo orationem finit Olynth. II et III. Optativus hic more usitatissimo ad exprimendum votum, omissa particula ἄν, ponitur. Interdum, praesertim apud poëtas, εἰ, εἰ γάρ, εἴθε, *utinam* adjiciuntur. νικᾶν proprie dicitur de eo, qui rogationem pertulit; deinde de rogatione ipsa et de sententia alicujus, ut Aesch. adv. Ctesiph. p. 452. §. 63: νικᾷ γὰρ ἕτερον ψήφισμα Φιλοκράτης. Sic *vincere* apud Latinos usurpatur. Vid. Ern. Clav. Cic. s. v. —

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΙ.

Habitae sunt Callimacho Archonte, Olymp. CVII, 4. a. Chr. 348.

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Α (vulgo B).

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Προςήκαντο μὲν τὴν πρεσβείαν τῶν Ὀλυνθίων οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς κεκρίκασι· μέλλουσι δὲ περὶ τὴν ἔξοδον καὶ δεδιόσιν, ὡς δυςπολεμήτου ὄντος τοῦ Φιλίππου, παρελθὼν ὁ Δημοσθένης πειρᾶται θαρσύνειν τὸν δῆμον, ἐπιδεικνὺς, ὡς ἀσθενῆ τὰ τοῦ Μακεδόνος πράγματα. καὶ γὰρ τοῖς συμμάχοις ὕποπτον αὐτὸν εἶναί φησι καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν οὐκ ἰσχυρόν· τοὺς γὰρ Μακεδόνας ἀσθενεῖς εἶναι καθ' ἑαυτούς.

Dispositio Olynthiacae I.

I. Exordium sumit orator a Deorum benevolentia in Athenienses, qua factum sit, ut opportunitas cum Philippo confligendi offerretur; quam ne dimittant e manibus, cives suos hortatur §. 1—2.

II. Proponit argumentum orationis, negans, se de Philippi potentia, quam magis Atheniensium negligentia et socordia, quam sua ipsius industria et contentione comparaverit, esse dicturum, confirmatque, Philippi res, quum male sint partae, male dilapsuras esse §. 3—5.

III. Confirmat autem:

1) Philippum crevisse perfidia, exemplis utens Atheniensibus, Olynthiis, Thessalis, qui, quum conjunctionem cum eo habuerint, decepti sint; a quibus autem creverit ille, ab iisdem oportere eum deminui §. 6—8; quare refutata opinione de vi ac potestate Philippi, quum ita ferat natura, ut, quae injusto modo parata sint, ea vel leni motu corruant §. 9—10, hortatur Athenienses, ut Olynthios adjuvent, ut legatos mittant ad Thessalos, ut tandem re vera summo studio ad Philippi potentiam opprimendam animosque sociorum confirmandos adnitantur §. 11—13;

2) Philippi opes esse infirmas, quod confirmat
   a) a natura rerum Macedonicarum, quae per se ipsae non multum valeant, et, nisi augeantur alieno auxilio, imbecillae sint §. 14—15;
   b) a diversissimis Philippi et sociorum suorum studiis §. 16—17;
   c) a satellitibus Philippi minime tam peritis rei militaris, quam ferantur, quum ille probos peritosque milites amoveat eosque solos retineat, qui sint libidinosi flagitiisque dediti, ita ut res ejus, quum malo nitantur fundamento, mox, si quid acciderit, frangantur §. 18—21;

3) Philippum non majori fortunae deorumque favore, sed sua diligentia, Atheniensium autem ignavia segnitieque opes suas auxisse §. 22—23.

IV. Adhortatur ad saniora consilia Athenienses, qui, quum olim ceteris Graeciae civitatibus fere omnibus praesidio fuerint, nunc cunctando, accusando, sperando sua non curent tempusque consumant; ne sperent, fore, ut, qua ratione res suae fractae sint, eadem facile efflorescant §. 24—26.

V. Monet igitur, ut ipsi pecunia conferenda, militando, et vanis criminationibus abstinendo officiis suis satisfacientes causam speciemque ducibus praecidant, bella in ipsorum commoda inveniendi suaeque tantum utilitati, non civitatis, consulendi; hinc enim fieri, ut res privatorum bene, res publicae male se habeant, et ut singuli quasi tyranni in totum Atheniensium populum dominentur §. 27—30.

VI. In conclusione summatim rogat, ut pro suis quisque viribus civitati consulat, atque ut unicuique, qui de rebus publicis dicere velit, aequa concedatur potestas, unde res publicae meliores futurae sint.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Α (vulgo B).

1 Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν γιγνομένην τῇ πόλει, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι. τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππῳ γεγενῆσθαι καὶ χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν τινα κεκτημένους, καὶ τὸ μέγιστον ἁπάντων,

§. 1. γενομένην) Vulg. Vid. adn. — πολεμήσαντας) Ex Felician. Wolfius. Habent etiam Ald. utraque, Morell., Voss., Harl., Locker. Sed optimi libri et editi et scripti exhibent πολεμήσοντας. Vid. adn. —

§. 1. Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν — ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι. Est argumentum ab *indefinito* ἐπὶ πολλῶν sc. πραγμάτων, ad *definitum* ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι, quae pertinent ad Olynthios. Vid. *Ulpian.* De particula ἄν cum Infinitivo ἰδεῖν conjungenda vid. ad Phil. I. §. 13. De Pronomine indefinito τις vid. ad Phil. I. §. 8. „Attende memorabilem ad idem verbum Praepositionum varietatem ἐπί et ἐν. Ἐπί saepe additur verbis, quae notionem habent *ostendendi, videndi,* cum Genitivo earum rerum, ex quibus aliquid sensu vel externo vel interno, h. l. externo praecipue, percipi potest, *bei.* Matth. §. 584. Ἐν autem complectitur, quod inest *in* rebus ipsis, *an.*“ *Brem.* Saepe oratores, ut majorem attentionem fidemque sibi comparent, deorum in cives suos benevolentiam rerumque humanarum curam laudant. Demosthenes ubique prae se fert pietatem. Cf. §. 22. Olynth. III. §. 10. Phil. I. §. 7. 42. 45. Xenoph. Cyr. I, 5, 14; ibid. Hell. II, 4, 14. Vid. ad Cic. pro Mil. §. 83; Cat. II. §. 29. — γιγνομένην. Vulgo γενομένην. „At non solum de comprobata semel deorum benevolentia orator dicere vult, sed de ea, qua semper erga Athenienses dii utuntur.“ *Engelh.* Recte; nam Praesens saepe refertur ad tempus aliquod nullis certis finibus descriptum. Vid. ad Phil. I. §. 35. 42; II. §. 2. 12. Olynth. II. §. 4. de Pac. §. 23. — τῇ πόλει, regi videtur ab εὔνοιαν. *Bremius* autem magis a φανερὰν γιγνομένην pendere putat vertens: *in salutem civitatis.* — οὐχ ἥκιστα, per litotetem pro μάλιστα. Cf. Olynth. III. §. 21. Phil. III. §. 11. Herod. II, 43: οὐχ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα. Matth. §. 463. Hom. Od. ρ', 415: οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν ἔμμεναι, ἀλλ' ἄριστος. Cic. pro Arch. §. 21: *Lucullus non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit.* Verr. Act. I. §. 15: *neque enim agit occultissime.* Vid. ad Cic. pro Dejot. §. 16. — τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας — γεγενῆσθαι. Infinitivus cum Articulo loco Subjecti sive omnino Substantivi ponitur, et est explicativus, referturque ad positum sive intellectum τοῦτο. Cf. §. 5. ad Olynth. II. §. 9; III. §. 4. Phil. III §. 55. Soph. Ant. 706: ἀλλ' ἄνδρα, κἤν τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν πόλλ', αἰσχρὸν οὐδέν, καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν. Herm. ad Soph. Aj. 114.

τὴν ὑπὲρ τοῦ πολέμου γνώμην τοιαύτην ἔχοντας, ὥςτε τὰς
πρὸς ἐκεῖνον διαλλαγὰς πρῶτον μὲν ἀπίστους, εἶτα τῆς ἑαυ-
τῶν πατρίδος νομίζειν ἀνάστασιν εἶναι, δαιμονίᾳ τινὶ καὶ
θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ. Δεῖ τοίνυν, ὦ ἄν- 2

Matth. §. 539. Infinitivi autem loco Objecti usus frequentissimus est. Cf. §. 2. τοὺς πολεμήσοντας, *qui bellare velint.* Articulus additus est, quia Olynthii significantur. Matth. Gr. §. 268. Sensus est: *Quod enim hostes exstiterunt cum Philippo bellum gesturi, qui regionem ei finitimam tenent potentiamque haud parvam habent, — coelesti cuidam et divino omnino beneficio simile esse videtur.* Ceterum ex hoc loco patet, bellum nondum fuisse inceptum (vid. Proleg. §. 16). Ex Olynth. III. 12 autem conjicitur, Olynthios jam obsidione premi (vid. Proleg. §. 16); unde intelligitur, hanc primam esse orationem (vid. Proleg. §. 17). Wolfii lectioni πολεμήσαντας adversatur codd. plurimorum auctoritas; nihil igitur ad hanc sententiam refutandam facere potest. — χώραν ὅμορον. De situ Olynth. vid. Proleg. §. 15. Magno autem erat Atheniensibus commodo, socios belli habere adversario finitimos, unde multiplici ratione hostem vexare poterant. Vid. ad Phil. I. §. 5. 32. Neque parvae erant Olynthiorum opes. Vid. Proleg. §. 15. Cf. Olynth. II. §. 7. — δύναμίν τινα, *magnam potentiam.* Schol. interpretatur: σύμμετρον καὶ μεγάλην. Τις interdum augendi vim habet. Vid. ad §. 14. Cf. Olynth. II. §. 7. — τὸ μέγιστον ἁπάντων, *quod omnium maximum est.* Appositionis instar aliae quoque formulae mediae enuntiationi interponuntur, ut τὸ κεφάλαιον, τό γε ἔσχατον, τὸ λεγόμενον. Cf. Olynth. II. §. 31. Phil. II. §. 31. Xenoph. Cyr. V, 1, 23. Matth. §. 283. Huc pertinent τεκμήριον δέ, φανερὸν δέ al. Vid. Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 459, 28. — διαλλαγάς. Hemsterh. ad Thom. M. p. 236 monet, διαλλαγάς proprie dici de pactis ineundis, quibus pax reconcilietur, καταλλαγάς (cf. Olynth. III. §. 4) de bello ponendo. *Rüdig.* Cf. Olynth. II. §. 7. — ἀνάστασιν. Substantivum pro Adjectivo positum est. Vid. ad Phil. I. §. 25. Xenoph. Cyr. VIII, 1, 47: καὶ ἄδικον ἡγούμενος καὶ κατάλυσιν τῆς ἀρχῆς τοῦτο νομίζων. De re vid. Olynth. III. §. 5. — δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ. Est haec gradatio verborum non inelegans, de quo Demosthenis usu vid. ad Phil. I. §. 3. Similis gradatio est Cic. pro Mil. §. 8: *Orestes, — variatis hominum sententiis, non solum divina, sed etiam deae sapientissimae sententia liberatus est.* Δαίμονες erant inferiores, θεοί majores. Illorum naturam inter humanam et divinam mediam esse veteres crediderunt. Sed discrimen δαιμόνων et θεῶν veteres saepe confundunt. Δαίμονες aut boni aut mali fuerunt (vid. §. 20); quare Eurip. Jon. 1374: τὰ τοῦ θεοῦ μὲν χρηστά, τοῦ δὲ δαίμονος βαρέα. Cf. Phil. III. §. 54. Cic. de Univ. 11: *δαίμονας Lares dici posse putant; quamquam discrimen est.* Vid. ad Cic. Phil. II. §. 75. —

§. 2. τοῦτο. Vid. ad Phil. I. §. 4. — αὐτούς, ἡμᾶς αὐτούς. Vid. not. crit. et ad Phil. I. §. 36. De constructione verbi δεῖ vid. ad Phil. I. §. 22. — ὅπως μὴ δόξομεν. Vulgo δόξωμεν. Sed recte monet *Schaeferus,* ὅπως hic non significare *finem, ut quid fiat, sed rationem, qua quid fieri possit aut futurum sit,* et explicandum est: *qua ratione non videamur.* Atque potissimum post verba considerandi Indicativus sic ponitur. Vid. Matth. Gr. §. 519. p. 999 ed. 2dae. Eandem lectionem probat Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 470, 8. Eurip. Med. 1095 sqq.: ἐσορῶ μελέτῃ κατατρυχομένους —, ὅπως θρέψουσι καλῶς, βίοτόν θ' ὁπόθεν λείψουσι τέκνοις, ubi codd. exhibent θρέψωσι, et Elmslebeno monet: Ὅπως hic non signi-

δρες Ἀθηναῖοι, τοῦτ' ἤδη σκοπεῖν αὐτοὺς, ὅπως μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι δόξομεν τῶν ὑπαρχόντων, ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων, ὧν ἦμέν ποτε κύριοι, φαίνεσθαι προϊεμένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν.

§. 2. ἡμᾶς) pro αὐτούς habet Ald. Tayl. „Hoc genuinum puto. *Oportet nos considerare*, non: *Oportet ipsos considerare*. Nulla enim hic oppositio est." *Schaeferus*. Sane oppositio est eaque Olynthiorum, qui ipsi per se, non lacessiti ab Atheniensibus, bellum contra Philippum susceperunt. — δόξωμεν) Vulg. Sed vid. adn. —

ficat ἵνα, sed ὅτῳ τρόπῳ. Cf. §. 12. Olynth. II. §. 1. 2. de Pac. §. 13. Vid. ad Phil. I. §. 20 et Olynth. III. §. 2. — τῶν ὑπαρχόντων, sc. ἡμῖν ἐκ θεῶν. *Wolf.*: „τῆς τύχης, τοῦ καιροῦ, τῆς θείας εὐεργεσίας: utendum est occasionibus et fortunae benignitate." Solet orator noster laudare deorum favorem, vituperare civium desidiam. Vid. ad Phil. I. §. 12. Vid. infra §. 22. — ἔστι τῶν αἰσχρῶν. Est Genitivus partitivus, quem amat Demosthenes, pro ἕν sive ἕν τι τῶν αἰσχρῶν, quod idem est, atque ἐστιν αἰσχρόν. Cf. Olynth. III. §. 26. de Pac. §. 4. Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 457, 11: τῶν ἀδίκων ἐστί. Matth. Gr. §. 355. Vig. p. 63 sq. Substantiva quoque ita in Genitivo struuntur. Xenoph. Cyr. I, 1, 3: οὔτε τῶν ἀδυνάτων, οὔτε τῶν χαλεπῶν ἔργων ἐστὶ τὸ ἀνθρώπων ἄρχειν. Huc quoque pertinet Xenoph. Cyr. VIII, 3, 45: οὐκ ἐγὼ τούτων εἰμί, sc. εἷς τις. Similis usus est Latinorum. Sall. Jug. 3: *frustra autem niti, neque aliud se fatigando nisi odium quaerere, extremae dementiae est*, pro *dementissimum est*. — μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων. Est correctio antecedentis (ἐπανόρθωσις), qua figura saepe oratores utuntur. Cf. §. 8. 22. Olynth. II. §. 14. Phil. III. §. 48. 57. Vid. ad Cic. Phil. II. §. 25. 48. 67. — τόπων, χωρίων, λιμένων, ὁρμητηρίων τοῦ πολέμου. *Wolf.* Quae autem urbes intelligendae sint, vid. Proleg. §. 5. 10. Phil. I. §. 4. Olynth. III. §. 12. Genitivus pendet a Participio προϊεμένους, quod, quum προΐεσθαι cum Accusativo construatur, hic vim Substantivi induit, plerumque addito Articulo, quem usum Thucydides maxime amat. Vid. ad Olynth. III. §. 5. Matth. §. 570, qui citat Herod. II, 32: τοὺς ἄγοντας τῶν Νασαμώνων. Herm. ad Vig. p. 777. Nubem exemplorum congessit *Lobeck.* ad Soph. Aj. 358. Participia praesentia inprimis ita construuntur. Vid. etiam ad Phil. II. §. 23. 35. de Pac. §. 18. Hoc tritissimum est apud Latinos. Sall. Cat. 5, 4: *alieni appetens, sui profusus*. Nisi forte ita interpretari mavis, ut per attractionem Substantivum assumat casum Relativi sequentis, qua ratione explicari locum vult Matth. Gr. §. 474, citans inter alia exempla Hom. Il. 18, 192: ἄλλου δ' οὔ τευ οἶδα, τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω, et Virg. Aen. I, 577: *Urbem quam statuo, vestra est.* Sic etiam Elmsl. ad Eurip. Med. 11 statuit, dicens: Demosthenes πόλεις καὶ τόπους dixisset, nisi inter haec verba et φαίνεσθαι προϊεμένους interposuisset ὧν — κύριοι. At sequuntur alii Genitivi τῶν — συμμάχων etc., quod Schaeferus monet. Aut προΐεσθαι hic in modum verbi μεθίεσθαι, quod Genitivum secum habet, construitur. Matth. §. 332. Not. ed. 2dae. At non alia hujus generis exempla exstant. Praestat igitur cum Reiskio et Schaefero sumere προϊεμένους substantive positum. — φαίνεσθαι προϊεμένους, φανερῶς προΐεσθαι. *H. Wolf.* Cf. §. 13. φαίνεσθαι dicitur de iis, quae aliis quoque, non uni soli (δοκεῖν) ita se exhibent. Vid. ad Phil. II. §. 1. — ὑπὸ τῆς τύχης — καιρῶν. Multum fortunae Demosthenes tribuit. Vid. ad §. 22; ad Olynth. III.

Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν Φιλίππου 3 ῥώμην διεξιέναι καὶ διὰ τούτων τῶν λόγων προτρέπειν τὰ δέοντα ποιεῖν ὑμᾶς οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι. Διὰ τί; ὅτι μοι δοκεῖ πάνθ', ὅσ' ἂν εἴποι τις ὑπὲρ τούτων, ἐκείνῳ μὲν ἔχειν φιλοτιμίαν τινὰ, ἡμῖν δ' οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι.

---

§. 3. εἴπῃ) ex Ald., P. Manut., Wolf., Auger.; etiam cod. Vict. prob. *Schaefero: omnia, quaecunque quis de his rebus dicat.* At res non spectat ad certum aut incertum eventum, sed cogitatur tantum, aliquem dicere posse de his rebus. Vid. ad Phil. I. §. 31 in fin. et adn. ad h. l. cf. Olynth. III. §. 13. — ὑμῖν) Par. 8, Aug. 2, Harl., ind. P. Manut. Male; ἡμῖν lenius est. —

---

§. 1. Similis sententia legitur Phil. III. §. 38. —

§. 3. τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι. De hac alii oratores corrupti, ut Athenienses aut ab auxilio mittendo avocarent, aut morarentur, in concione dixisse videntur. Callide autem orator noster Philippi potentiam, peritiam et felicitatem exponere omittit, non ignorans, ea re perterreri civium animos; quare leviter eam attingens transit ad desidiam civium castigandam, qua rex tantam potentiam assecutus sit. *A. G. Becker.* in vers. Germ. p. 196. — διὰ τί; De hac similibusque interrogandi formulis vid. ad Phil. I. §. 2. — ὅσα ἂν εἴποι τις, *quaecunque dixeris:* sive *dicere possis.* Optativus cum ἂν in talibus enuntiationibus est *potentialis* et ad modum absolutarum sententiarum struitur, in quibus, ubi dicimus *ich möchte, könnte, dürfte* (vid. ad Phil. I. §. 42), Optativi cum ἂν locus est. Cf. §. 5. Phil. II. §. 11. Matth. Gr. §. 528. Plat. Gorg. p. 24. οὐ γάρ ἐστι, περὶ ὅτου οὐκ ἂν πιθανώτερον εἴποι ὁ ῥητορικὸς ἢ ἄλλος ὁστισοῦν. Hor. Sat. I, 5, 44: *Nil ego contulerim jucundo sanus amico.* Vid. etiam ad Phil. I. §. 31. De lectione εἴπῃ vid. not. crit. — ὑπὲρ τούτων i. q. ὑπὲρ τούτου. In verbis διεξιέναι τὴν ῥώμην vis pluralis numeri inest; nam *multa* dici de Philippi potentia possunt, *multa* de iis, quae pudori sint Atheniensibus. Est igitur constructio ad sensum, ut *H. Wolfius* monet. Sic Plat Apol. c. 3. §. 19 post ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν sequuntur verba: ὧν ἐγὼ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν πέρι ἐπαΐω, quia πολλὴν φλυαρίαν positum est pro: πολλὰ φλυαροῦντα. Vid. *Stallb.* ad h. l. Cf. Plat Lach. §. 22. Soph. El. 100 sq.: κοὐδεὶς τούτων οἶκτος ἀπ' ἄλλης ἢ 'μοῦ φέρεται, σοῦ, πάτερ, οὕτως αἰκῶς οἰκτρῶς τε θανόντος. Cf. Xenoph. Mem. III, 6, 6. Vid. ad Phil. III. §. 13. 26. 30. Latini quoque scriptores saepe ita numerum pluralem Pronominum, etsi praecesserat Substantivum certo genere et numero singulari, ponunt, ut non solum id significetur, quod antecessit, sed etiam ea, quae illi sunt similia. Vid. Goer. ad Cic. de Fin. II, 39: *Estne quaeso, inquam, sitienti in bibendo voluptas? Quis ista, inquit, possit negare.* Id. ad Cic. de Legg. III, 8. — ἔχειν φιλοτιμίαν, *gloriam, laudem afferre,* proprie *gloriam in se habere.* De hac vi verbi ἔχειν vid. ad Phil. I. §. 35. Cf. infra §. 26. φιλοτιμία non est κενοδοξία, *vana gloria*, ut male interpretatur *Rüdigerus*, sed δόξα, *gloria, laus*, quam veram habebat Philippus. Infra §, 16 δόξα et φιλοτιμία succedunt tanquam idem significantia. Cf. §. 18. Est autem egregia artisque plena totius loci *Praeteritio*, Παράλειψις. Dum enim silentio se rem praetermissurum esse affirmat, loquitur de ea paucis quidem, sed gravissimis verbis, ut non possit Athenienses non pudere suae agendi rationis. *Brem.* Cf. Phil. III. §. 26. 30. Vid. ad Cic. Dejot. §. 40; pro Sall. §. 75. — ἡμῖν δ' οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι. Εὐφήμως ἀντὶ τοῦ: ἀτιμίαν καὶ ἀδοξίαν ἡμῖν προξενῆσαι. Propositio praeteritionis: „Non hortabor vos exem-

Ὁ μὲν γὰρ ὅσῳ πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὑτοῦ,
τοσούτῳ θαυμαστότερος παρὰ πᾶσι νομίζεται, ὑμεῖς δὲ ὅσῳ
χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα
4 αἰσχύνην ὠφλήκατε. Ταῦτα μὲν οὖν παραλείψω. καὶ
γὰρ εἰ μετ' ἀληθείας τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σκοποῖτο, ἐν-

---

plo Philippi." Ratio, quod ea oratio illi honorifica, nobis ignominiosa est. Hanc rationem *προςαποδόσει* eleganti illustrat et *ἀντιθέσει*. *H. Wolf.* *ἡμῖν — πεπρᾶχθαι* est: *nobis rem non bene cessisse.* Vid. ad Olynth. II. §. 13; ad de Pac. §. 21. Non opus est cum *Reiskio* putare, post *ἡμῖν δέ* excidisse *ὄνειδος* aut *ὑπόμνησιν* aut *ἔλεγχον*. Orator enim non temere *φιλοτιμίαν* et *καλῶς* scripsit. Idem *Reisk.* ad verba Dem. adv. Lept. p. 497, 21: *οὐχὶ καλῶς ποιήσουσιν,* ubi *Markland.* *οὐχὶ καινῶς ποιήσουσιν* scribi mavult, contra hunc notat: „Est formula creberrimi usus apud oratores ideoque non damnanda, neque frigoris alicujus accusanda. Lenis et civilis increpatio, in qua vis inest eadem atque in illa acerbiore, *factum improbe.* — *ὁ μὲν γὰρ ὅσῳ πλείονα — ὠφλήκατε.* *Περίοδος τετράκωλος, ἔχουσα δύο προτάσεις καὶ δύο ἀποδόσεις.* *Ulpianus.* Talem verborum collocationem et conjunctionem *Chiasma* grammatici vocant. Bene *Voemel.* comparat Cic. Cat. II. c. 5: *Nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinae esse fateatur; nemo in scena levior et nequior, qui se non ejusdem prope sodalem fuisse commemoret.* Simile Chiasma est Cic. Tusc. Disp. II, 4, 11: *efficit hoc philosophia: medetur animis, inanes solititudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores.* — *ὑπὲρ τὴν ἀξίαν, praeter meritum, contra dignitatem*, i. q. *παρὰ τὴν ἀξίαν*. Olynth. III. §. 23. Vid. ad §. 8. — *τοσούτῳ θαυμαστότερος, eo magis homines eum admirantur,* i. e. tanto in illustriori loco sita est ejus laus. — *κέχρησθε τοῖς πράγμασι, rebus vestris usi estis,* i. e. utilitate vestrae consuluistis. Vid. ad Phil. I. §. 3. — *αἰσχύνην ὠφλήκατε, dedecus, ignominiam* *suscepistis.* Vid. ad Phil. I. §. 42. —

§. 4. *εἰ σκόποιτο — ἂν ἴδοι.* Vid. ad Phil. I. §. 12. Cf. infra §. 22. — *ἐνθένδε.* *Αἰνίττεται εἰς τοὺς φιλιππίζοντας ῥήτορας.* *Ulpianus.* *Ἐκ τοῦ βήματος καὶ τῆς ἐκκλησίας* interpretatur *H. Wolfius* et addit: „nostrae conciones ejus opes auxerunt: mercenariis oratoribus, et oscitantibus atque ignavis auditoribus acceptam referre debet potentiam tantam, non suae virtuti atque industriae." *Ἐνθένδε* igitur potissimum ad concionem pertinet, in qua et corrupti oratores et ignavi auditores erant. Orator ipse explicat proximis verbis: *παρὰ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ πεπολιτευμένων.* Cf. §. 6. De hac vituperatione, quam saepe tangit orator, vid. ad Phil I. §. 24. 11. Olynth. II. §. 28; III. §. 9. de Chers. §. 21—23 p. 94. — *ὧν οὖν ἐκεῖνος μὲν ὀφείλει — λαβεῖν*, *quarum igitur rerum ille gratiam debet iis, qui ex ejus commodo rem publicam administrarunt, vos autem poenas ab iis petere decet.* *ὧν* pertinet et ad *χάριν* et ad *δίκην*. Ad *λαβεῖν* ex antecedentibus supplendum est: *παρὰ τῶν ὑπερ αὐτοῦ πεπολιτευμένων.* — *ὑπερ αὐτοῦ πεπολιτευμένοις,* Posset intelligi passive: sed multo praestat active. In Demosthene utrumque legitur et *οἱ πεπολιτευμένοι* et *τὰ πεπολιτευμένα.* *Schaeferus.* Cf. Olynth. III. §. 28. *Πολιτεύεσθαι ὑπέρ τινος* est *civitatem in alicujus commodum, favorem gubernare.* Simile est illud apud Cic. Phil. II. §. 51: *tum iste* (Antonius) *venditum atque emancipatum* (in Caesaris potestatem traditum) *tribunatum consiliis vestris opposuit.* Eodem sensu de Pac. §. 6 de Neoptolemo histrione dicit orator: *τὰ παρ' ὑμῖν διοικοῦντα Φιλίππῳ καὶ πρυτανεύοντα.* — *πολιτεύεσθαι* autem est *ad*

θένδ' ἂν αὐτὸν ἴδοι μέγαν γεγενημένον, οὐχὶ παρ' αὑτοῦ. ὧν οὖν ἐκεῖνος μὲν ὀφείλει τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπολιτευμένοις χάριν, ὑμῖν δὲ δίκην προσήκει λαβεῖν, τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν· ἃ δὲ καὶ χωρὶς τούτων ἔνι, καὶ βέλτιόν ἐστιν ἀκηκοέναι πάντας ὑμᾶς, καὶ μεγάλα, ὦ

---

§. 4. *ὑπὲρ αὐτοῦ)* Bekker. Vid. ad §. 7. — *ὑπὲρ τούτων)* ex Ald. Tayl., Par. 8, supplem. Aug. 1, Bavar., Harl., Append. Francf. Mounten. et Augerus. At vid. adn. Nostram lectionem habent Aug. 2, Ald. 1 et 2, Felic., quos Reisk. et Bekk. secuti sunt. — *ἔνι)* Post ἔνι Append. Francf. addit λέγειν, item Ald. Tayl., Pith.; Schaeferus quoque vult addi, quod sequatur ἀκηκοέναι. — *βέλτιστον)* ex Ald., P. Manut., Laud. Wolfius et Augerus prob. Schaefero. Male; duae enim res inter se comparantur, ut *Rüdiger.* monet. —

---

rem publicam, i. e. *ad magistratus, accedere.* Dem. de Cor. p. 230: *οὐ γὰρ δή ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε.* Cic. pro Rosc. A. §. 3: *quod nondum ad rem publicam accessi.* — *τούτων — καιρὸν τοῦ λέγειν, earum rerum jam non video opportunitatem dicendi*, pro: *de his rebus non video tempus opportunum dicendi.* Duo Genitivi ab uno Substantivo *καιρόν* duplici ratione pendent, eosque *Heinrich.* Epimetr. ad Twesten. Comment. Crit. de Hesid. p. 73 ita explicat: „in duplici Genitivo alter *τούτων* nominis est, *Objecti;* alter *τοῦ λέγειν* verbi, *explicando Objecto.*" Simile exemplum duorum Genitivorum, in quibus unus alterum quasi per appositionem explicat, laudavit *Voemel.* de Pac. §. 22: *τὴν δόξαν τοῦ πολέμου τοῦ δοκεῖν δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι.* Vid. ad h. l. Soph. Trach. 57: *εἰ πατρὸς νέμοι τιν' ὥραν, τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν, si curam gereret, ut videatur pater salvus esse*, ubi secundum *Hermannum* in unam notionem conjungenda sunt: *πατρὸς τοῦ δοκεῖν καλῶς πράσσειν.* Matth. Gr. §. 343 ed. 2dae. Hujusmodi duo Genitivi duplici relatione positi frequentes sunt apud Latinos. Cic. Tusc. Disp. II, 15, 35: *Labor est functio quaedam vel animi vel corporis gravioris operis et muneris.* Id. Cat. I. §. 12: *exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae.* Corn. Nep. Them. 1: *Hujus vitia ineuntis adolescentiae* etc. Explicare etiam possis ita, ut *τούτων* sit *περὶ τούτων*, de quo Genitivi usu vid. Matth: §. 320. Soph. Ant. 1167: *ἐκ δὲ δωμάτων, ἤτοι κλύουσα παιδὸς, ἢ τύχῃ, περᾷ*, ad quem locum *Erfurdtius* haec: de Genitivi cum verbis *dicere* et *audire* significantibus conjuncti vera interpretatione vid. Herm. in Museo antiq. stud. Vol. I. p. 154 sqq. Plura exempla affert *Voemel.* ad h. l. Male igitur *Augerus* ex codd. *ὑπὲρ τούτων* scripsit. — *χωρὶς τούτων. Ulpianus: χωρὶς τοῦ παροξυνθῆναι ἐπὶ τὸν πόλεμον διὰ τῆς κατηγορίας τῶν προδοτῶν.* — *ἔνι, ἔνεστι λέγειν, quae dici licet, quae ad dicendum exstant.* Hoc sensu *τοῦ ἔξεστι* sive *ἐγχωρεῖ* legitur etiam infra §. 23. Phil. I. §. 23. 41. Apud Platonem Phaedr. p. 235. B. duae notiones hujus verbi *inesse* et *licere* una enuntiatione conjunguntur: *τῶν γὰρ ἐνόντων ἀξίως ῥηθῆναι ἐν τῷ πράγματι οὐδὲν παραλέλοιπεν, quae inerant in causa digna, quae commemorarentur*, ubi *ἐνεῖναι* relatum ad verba *ἐν τῷ πράγματι* est *inesse*, ad verbum vero *ῥηθῆναι*, valet *licere. Ast.* ad h. l. — *καὶ βέλτιόν ἐστιν ἀκηκοέναι, διὰ τὸ ἀναθαῤῥῆσαι δήπου καὶ τὸν φόβον ἐκβάλλειν ὑμᾶς.* Attentionis et benevolentiae captatio. Grata enim et jucunda erat Atheniensibus criminatio Philippi: nec minus extenuatio virium illius. Haec enim duo se facturum proponit. *Wolf.* De Perfecto *ἀκηκοέναι* vid. ad Phil. I. §. 19. Cf. infra §. 5 *εἰρῆσθαι.* Inest his Perfectis etiam notio: jam diu vos audivisse oportuit. — *φαίνοιτ'*

ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατ' ἐκεῖνον φαίνοιτ' ἂν ὀνείδη, βουλομένοις ὀρθῶς δοκιμάζειν, ταῦτ' εἰπεῖν πειράσομαι.

5 Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον καὶ ἄπιστον καλεῖν ἄνευ τοῦ τὰ πεπραγμένα δεικνύναι, λοιδορίαν εἶναί τις ἂν φήσειε κενὴν δικαίως· τὸ δὲ πάνθ', ὅσα πώποτ' ἔπραξε, διεξιόντα, ἐφ' ἅπασι τούτοις ἐλέγχειν, καὶ βραχέος λόγου συμβαίνει

---

§. 5. *κένην. δικαίως)* Sic interpunxit Reiskius. At cf. Olynth. III. §. 10. —

ἄν. In prioribus *ἔνι, ἐστί* Indicativus est, quia res certa sine ulla aut dubitatione, aut conditione dicitur; Optativus autem *φαίνοιτ' ἄν* pendet a *βουλομένοις ὀρθῶς δοκιμάζειν (εἴ τις βούλοιτο δοκιμάζειν)*, quod quamquam fieri potest, tamen incertum est, num et quando fiat. Cf. paulo ante *ἴδοι ἄν.* Vid. ad Phil. I. 7. 12. Olynth. III. §. 21: *ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς.* Vid. etiam ad de Pac. §. 15. Indicativum et Optativum alia ratione conjunctos habes §. 8. Phil. II. §. 8. *φαίνεσθαι, reperiri, patere,* est simpliciter *esse,* ut saepe ponitur. *Ast.* ad Plat. Phaedr. p. 269. D. — *ὀνείδη,* nimirum *ἐπιορκία καὶ ἀπιστία.* *Wolf.* —

§. 5. *ἀνεὺ τοῦ δεικνύναι.* Videntur hoc alii oratores fecisse *ἄνευ ἐλέγχων,* quod se alia ratione facturum profitetur. — *τίς ἂν φήσειε.* Vid. ad §. 3. — *τὸ δὲ πάνθ' — συμβαίνει δεῖσθαι.* Verba sic ordinanda sunt, mutato Participio *διεξιόντα: τὸ διεξίεναι (sc. τινά) πάνθ', ὅσα Φίλιππος ἔπραξε πώποτε, καὶ ἐλέγχειν αὐτὸν ἐφ' ἅπασι τούτοις, συμβαίνει καὶ δεῖσθαι λόγου βραχέος* etc. De Participio *διεξιόντα,* ad quod *τινά* subaudiendum est, vid. ad Phil. I. §. 5. Cf. infra §. 10. 23. — *βραχέος λόγου.* Schol. *ἡ μακρολογία πολεμία τοῖς ἀκροαταῖς.* In *συμβαίνει δεῖσθαι* ironiam inesse putat *Bremius: felix jactus est, quod* etc. — *τοῦ φαίνεσθαι,* sc. *ἕνεκα,* i. q. *ἵνα φαίνηται,* ut proxime *ἰδεῖν* sc. *ἕνεκα,* pro *ἵνα ἴδωσι.* — *ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει.* Tales formulas addere solent oratores, ut ea, quae ante dicta sint, confirmentur. Cf. Phil. II. §. 9. Cic. pro Rosc. A. §. 22: *Sulla, quamvis sit felix, ut est.* Ibid. Phil. II. c. 28: *quamvis sis, ut es, vinolentus.* — *ὑπερεκπεπληγμένους, supra modum admirantes et formidantes.* Haec vox ea, quae statim sequuntur, *τό,τε φοβερὸν καὶ τὸ θαύμαστον* complectitur. *H. Wolf.* — *ἄμαχον, ἀνίκητον ὄντα καὶ ἀκαταγώνιστον, ᾧ μάχεσθαι ἀδύνατον, ἢ μὴ σύμφερον.* Quid igitur superest, nisi ut pax et amicitia illius expetatur, et supplices deserantur? *Wolf.* Cf. §. 22. Phil. I. §. 4. Olynth. III. §. 4. — *διεξελήλυθεν.* *Wolfius: τὸ διεξίεναι καὶ διελθεῖν ἢ διεξελθεῖν,* alias est *τὸ λέγειν καὶ διηγεῖσθαι* (transitive: *percurrere, enarrare,* ut sexcenties legitur); hic vero *τὸ διαπορευθῆναι, κατὰ μεταφορὰν, καὶ καταναλῶσαι πάσας τὰς πανουργίας καὶ δεινότητας.* Rüdigerus quoque transitive intelligit. Sed hic intransitive positum est hoc sensu: *transierunt, praeterierunt, obsoleverunt, omnes artes consumptae sunt, ita ut nihil amplius valeant.* Orat. ad ep. Phil. p. 153, 7: *οἷς πρότερον ηὐξήθη (ὁ Φίλιππος), πάντα ταῦτα διεξελήλυθεν ἤδη.* Mid. p. 541. §. 84: *πάντα δ' ἤδη διεξεληλύθει (praeterierant, facta fuerant) τὰκ τῶν νόμων, ὑπωμοσία καὶ καταγραφαί, καὶ οὐδὲν ἔτ' ἦν ὑπόλοιπον.* Vid. Buttm. ad h. l. Omnino verba, quae motum significant, activam et neutralem significationem habent. Vid. Lobeck. ad Soph. Aj. 40. — *παρακρουόμενος,* sensu decipiendi et deludendi saepe usurpatur. *Harpocrat.* „*Παρακρούεται· ἐξαπατᾷ. μετῆκται δὲ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱστάντας (ponderantes) τι ἢ μετροῦντας κρούειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν.* Vid. etiam

δεῖσθαι καὶ δυοῖν ἕνεκα ἡγοῦμαι συμφέρειν εἰρῆσθαι, τοῦ τ' ἐκεῖνον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φαῦλον φαίνεσθαι, καὶ τοῦ τοὺς ὑπερεκπεπληγμένους, ὡς ἄμαχόν τινα τὸν Φίλιππον, ἰδεῖν, ὅτι πάντα διεξελήλυθεν, οἷς πρότερον παρακρουόμενος μέγας νῦν ηὐξήθη, καὶ πρὸς αὐτὴν ἥκει τὴν τελευτὴν τὰ πράγματ' αὐτῷ. Ἐγὼ μὲν γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 6

δυεῖν ἕνεκα) Harl., Par. 1, Aug. 1; vulgo δυοῖν. Sexcenties hae voces confunduntur; rarius est δυεῖν, quamquam magis Atticum esse viri docti monent. Vid. D'Orvill. ad Charit. p. 527. Matth. Gr. §. 138 ed. 2dae. δυεῖν εἵνεκα, quod Par. 8 habet, non placet propter syllabam ει bis positam. Ceterum vid. ad Phil. II. §. 1 not. crit. Cf. Olynth. III extr. — νῦν) abest ab Aug. 3, Harl., Bav.; omisit etiam Bekker. in ed. maj. Male; malis enim artibus *antea* usus rem paulatim eo adduxit, ut *nunc* magnus evaderet. — αὐτοῦ) Par. 1, 2, Aug. 2, Ald. Tayl., Meerm., Pith., Bav. (sed huic superscriptum αὐτῷ) et ind. Aldorum et Felic. Sed. vid. adn. —

Etymol. M. s. v. *παρακρούεται*. Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 479, 10. Cf. Phil. II. §. 23. adv. Aphob. de fals. test. p. 844. §. 1: *πῇ παρακρούεταί ποθ' ἕκαστα ὑμᾶς αὐτῶν*, ubi cum duplici Accusativo struitur. de Cor. p. 318, 1: *ὅπως μὴ παρακρούσωμαι μηδ' ἐξαπατήσω*. — *μέγας ηὐξήθη*, i. q. supra *μέγαν γεγενημένον*. Verbum *αὐξάνειν, alere*, est *alendo reddere*, seu *ita aliquem alere, ut fiat*, et in Pass. *existere* s. *evadere* (sc. eum, qui significatur). *Ast.* ad Plat. Protag. p. 327. C. Vid. etiam ad Phil. I. §. 11 not. crit. Unde *μέγας ηὐξήθη* est *magnus evasit*. „Verbis, quibus inest augendi notio, ex parallelismo adduntur Adjectiva, rarius Adverbia, quibus inest magnitudinis notio. Cf. §. 8. Phil. III. §. 21.“ *Bremius*. Hoc usu gravitas orationis non parva exsistit. Cf. Herod. I, 58. Plat. Polit. III. p. 565: *τοῦτον τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν*. Simile est illud Sall. Jug. c. 19: *haeque brevi multum auctae — decori fuere*. Recte ex usu *proleptico* interpretatur *Schaeferus*, ut sit: *ηὐξήθη, ὥστε μέγας εἶναι*. Cf. ad Phil. I. §. 8. Plat. Protag. l. l.: *ἐλλόγιμος ηὐξήθη*. Vid. ad Olynth. III. §. 28. Herm. ad Soph. Phil. 52. Apud Latinos quoque Adjectiva proleptice ponuntur ita, ut aut *effectum* aut *conatum* significent. Conatum significat Ovid. Met. I, 183: *centum quisque parabant injicere anguipedum captivo* (ut caperent) *brachia caelo*. Hor. Ep. ad Pis. 294: *quod* (carmen) *multa dies — perfectum* (ut perficeretur) *decies non castigavit ad unguem*. Ibid. 346. Cf. Virg. Georg. IV, 546. Ceterum *αὐξάνεσθαι* respondet Latino *crescere*, quod saepe habet notiones *magnum, potentem, nobilem* etc. *fieri*. Cic. Rosc. A. c. 30: *Si mihi liberet accusare, accusarem alios potius, ex quibus possem crescere*. — *τὰ πράγματα αὐτῷ*. Male in nonnullis libris legitur *αὐτοῦ*. Dativus est *incommodi*, qui majorem vim habet, quam Genitivus. Vid. ad Phil. I. §. 24. 32. Cf. infra §. 8. Olynth. II. §. 27. Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 472, 6: „Tertius casus recte habet, frequenter sic a Graecis pro secundo poni solitus.“ Hor. Od. II, 1: *insigne moestis praesidium reis*. „Sententia hujus loci est: nulla fore posthac Philippi incrementa: nullos eum sibi socios adjuncturum: consumptos esse omnes ejus dolos. Haec propositio est.“ *Wolf.* —

§. 6. *ἐγὼ — ἂν ἡγούμην — εἰ ἑώρων*. Vid. ad Phil. I. §. 1. Infra §. 23. De sensu *H. Wolfius* haec: Confirmatio, tractata *ἐκ θέσεως καὶ ἀναιρέσεως*. Argumenti summa est, Philippi imperium male paratum non fore diuturnum, ducti a causis efficientibus, et illustrati contentione contrariorum et similitudine. *θαυμαστόν, admi-*

σφόδρ' ἂν ἡγούμην καὶ αὐτὸς φοβερὸν εἶναι τὸν Φίλιππον καὶ θαυμαστὸν, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον· νῦν δὲ θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω, τὴν μὲν ἡμετέραν εὐή-

§. 6. καὶ θαυμαστὸν τὸν Φίλιππον) ex Ald., P. Manut., Laud., Ald. Tayl., Reiskius; sed recte Bekkerus haec verba suo loco reddidit; nam multo gravior est collocatio verborum eo, quo dedit, ordine. —

rabilem, magni facerem Philippum. Nam θαυμάζειν saepe est *magni facere,* potissimum in negationibus et oppositionibus, ut de fal. leg. p. 450, 1: Φίλιππον μὲν οὐκ ἐθαύμασα, τοὺς δ' αἰχμαλώτους θαυμάσας ἔσωσα. Vid. Buttm. in ind. Mid. Sic Hor. Ep. I, 1, 47: *Ne cures ea, quae stulte miraris et optas,* ubi *mirari* est *magni facere,* περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. — τὰ δίκαια πράττοντα. Sensum hujus loci latius orator exprimit infra §. 10. — θεωρῶν καὶ σκοπῶν. De hac verborum cumulatione vid. ad Phil. I. §. 3. θεωρεῖν (a θεᾶσθαι) tranquillam contemplationem et attentionem, σκοπεῖν speculationem circumspicientis aut custodientis significat. — εὑρίσκω etc. Ordo verborum: εὑρίσκω (sc. τὸν Φίλιππον) τούτῳ (διὰ τούτου) προσαγαγόμενον τὴν μὲν ἡμετέραν εὐήθειαν, τὴν δ' Ὀλυνθίων φιλίαν, Θετταλοὺς δέ. *Voemel.* — τὴν εὐήθειαν. Hanc vocem, quam vulgo per μωρίαν (*fatuam simplicitatem,* Cic. Att. VI, 2) interpretantur, sensu bono interdum accipi, docet Thom. M. p. 382: παρὰ Δημοσθένει εἰς χρηστότητος τάξιν κεῖται. Notat igitur *simplicitatem* morum Graecorum (*alte griechische Rechtlichkeit, gutmüthige Einfalt*), qui quum ipsi non subdoli sint et versuti, alios quoque malis fraudibus non uti existimant. Cf. Phil. III. §. 51; ibid. ad §. 48. Thuc. III, 83: τὸ εὔηθες, οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει. *Schütz.* in ind. Graeco-Lat. Cic.: „Proprie de hominibus probis dicitur, qui alios ex ingenio suo metiuntur, adeoque facile et credunt et decipiuntur." Minus recte Schol. ἴστιν ὅτε πραότητα καὶ ἐπιείκειαν καὶ τὸ ἁπλοῦν ἡ εὐήθεια σημαίνει. Vid. *Schaefer.* ad Dem. Lept. p. 458, 26. Malo sensu εὐήθης legitur Olynth. III. §. 15. Phil. III. §. 47. de Pac. §. 26. Verbum *simplex* apud Latinos nunquam in malam significationem abiit. Vid. ad Cic. Phil. II. §. 111. — ὅτε Ὀλυνθίους ἀπήλαυνόν τινες ἐνθένδε. Voce τινές acerbe tangit Athenienses. Vid. ad Phil. I. §. 8. De re vid. Proleg. §. 5. *Ulpianus:* Ὑπισχνεῖτο γὰρ (Φίλιππος), σώσειν αὐτὴν (Ἀμφίπολιν) τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ μὴ προσδέξαιντο τοὺς Ὀλυνθίους εἰς φιλίαν καὶ συμμαχίαν δοῖεν αὐτοῖς, ἐξ ὧν πεισθέντες Ἀθηναῖοι, τούτους ἀπήλασαν τέως, πάλιν δὲ εἶχον πρὸς αὐτοὺς φιλίαν. Postero autem tempore reconciliati sunt Olynthii cum Atheniensibus. Vid. Proleg. §. 14. 15. Olynth. II. §. 7. — τῷ φάσκειν. De Dativo instrumentum seu causam significante vid. ad Phil. I. §. 3 ἐκ τοῦ προσέχειν. Cf. Pac. §. 1. De verbo φάσκειν vid. ad Phil. I. §. 46. Dem. adv. Aristocr. p. 659, 3: Φίλιππος ὅτε μὲν ἐπολιόρκει Ἀμφίπολιν, ἵν' ὑμῖν παραδῷ, πολιορκεῖν ἔφη. — τὸ θρυλούμενόν ποτε ἀπόρρητον. Schol. ex Theopompo narrat haec: καὶ πέμπει πρὸς Φίλιππον πρεσβευτὰς, Ἀντίφωντα καὶ Χαρίδημον, πράξαντας καὶ περὶ φιλίας· οἱ παραγενόμενοι συμπείθειν αὐτὸν ἐπεχείρουν ἐν ἀποῤῥήτῳ συμπράττειν Ἀθηναίους, ὅπως ἂν λάβωσιν Ἀμφίπολιν, ὑπισχνούμενοι Πύδναν· οἱ δὲ πρέσβεις οἱ τῶν Ἀθηναίων εἰς μὲν τὸν δῆμον οὐδὲν ἀπήγγελλον, βουλόμενοι λανθάνειν τοὺς Πυδναίους, ἐκδιδόναι μέλλοντες αὐτούς. ἐν ἀποῤῥήτῳ δὲ μετὰ τῆς βουλῆς ἔπραττον. Vid. Proleg. §. 5. Olynth. III. §. 8. Hoc arcanum cujusmodi esset, quum ignoraret vulgus Atheniensium, sciret tamen, novi quid construi, alius aliter de eo ἐθρύλει, ἐλάλει, *fabulabatur,* (θρυλεῖν a θρύω, inserto λ, ortum esse videtur. Cf. Olynth. II. §. 7 et ad III. §. 7). Quis non agnoscit vulgi, inprimis illius

θειαν τὸ κατ' ἀρχάς, ὅτε Ὀλυνθίους ἀπήλαυνόν τινες ἐνθένδε, βουλομένους ἡμῖν διαλεχθῆναι, τῷ τὴν Ἀμφίπολιν φάσκειν παραδώσειν καὶ τὸ θρυλούμενόν ποτε ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο κατασκευάσαι, τούτῳ προσαγαγόμενον, τὴν δ' Ὀλυνθίων φιλί- 7

τῷ) Append. Francf.; sed plerique codd. dant τό; Reiskius utrumque copulavit: τῷ τό. At τὸ θρυλούμενον nihil aliud est, quam hoc ipsum: τὸ τὴν Ἀμφίπολιν παραδώσειν. Quare recte Bekk. τῷ delevit. Vid. adn. — κατασκευάσειν) multi codd.; ortum est ex παραδώσειν et loco male intellecto. Est autem hoc verbum ad τῷ φάσκειν, non ad παραδώσειν construendum, cui sensus repugnat. „Clandestinis amicorum, quos Philippus Athenis alebat, molitionibus effecit, ut fides haberetur illi quondam celebri arcano." *Reisk.* Sed Schaeferus probat κατασκευάσειν, dicens, non Philippum, sed Atheniensium legatos illud ἀπόῤῥητον struxisse; illum autem pollicitum, se effecturum esse, ut illud arcanum, i. e. recuperatio Amphipolis, perficeretur. At vid. Proleg. §. 5. — προσαγόμενον) Vulg. Sed vid. adn.

Atheniensis, ingenium? *Schaeferus.* Hic est significantissimum verbum *θρυλεῖν*, quod habet aliquid contemptus, ut apud Xenoph. Mem. I, 1, 2: *διετεθρύλητο γάρ, ὡς φαίη Σωκράτης, τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν.* Ceterum adverte Oxymoron in verbis *θρυλούμενον ἀπόῤῥητον.* — *κατασκευάσαι.* Hoc verbum, quod cum *φάσκειν* conjungendum est (vid. not. crit.), euphemistice dicitur de *fraudulentis machinationibus*, de re aliqua calliditate et arte paranda. Cf. Phil. III. §. 17. 61. de Chers. p. 93. §. 13: *πράττεται δὲ τοῦτο καὶ κατασκευάζεται.* adv. Steph. p. 1103. §. 5: *μηχανᾶται καὶ κατασκευάζει ταῦτα, ἐφ' οἷς ὁ Στέφανος οὑτοσὶ ἐμοῦ κατεψευδομαρτύρησε.* Est Latinorum *struere* et *machinari.* Virg. Aen. II, 60: *Hoc ipsum ut strueret Trojamque aperiret Achivis.* Bono sensu accipitur de Pac. §. 13. — *προσαγαγόμενον, sibi conciliasse. Προσάγεσθαι,* quod Schol. ad Thuc. per *πιθανολογεῖν* explicat, est hoc loco *allicere, inducere ad errorem.* Thuc. III, 43: *τῇ ἀπάτῃ προσάγεσθαι τὸ πλῆθος.* Eodem sensu §. 7 dicit *προσλαμβάνων.* Cf. Xenoph. Hell. IV, 8, 30. Sic *inducere* Cic. Rosc. A. c. 26: *pretio, gratia, spe, promissis induxit.* Auct. ad Her. II, 19: *multos induxit in peccatum pecuniae spes.* Recte vulgatam lect. *προσάγομενον* Bekkerus rejecit; nam semel res facta est. Alia autem ratio est infra §. 7 *προσλαμβάνων* eodem sensu. —

§. 7. *φιλίαν.* Hoc et sequens *Θετταλούς* referendum est ad *προσαγαγόμενον*, quod pendet ab *εὑρίσκω*, atque etiam *τὴν μὲν ἡμετέραν εὐήθειαν* ab eodem *προσαγ.* pendet. — *Ποτίδαιαν οὖσαν ὑμετέραν ἐξελεῖν.* Vid. Phil. I. §. 4. Proleg. §. 5. Erat eo tempore Philippus Olynthiis conjunctus (§. 14), iisque Potidaeam expugnatam, quum vehementer peterent, permisit, ut societatem firmaret. — *τοὺς μὲν πρότερον συμμάχους.* Athenienses Philippi socios fuisse, patet ex loco Theopompi supra citato atque ex tota re de Amphipoli acta. Philippus ipse semper prae se tulerat, se Atheniensium jura tuiturum esse; recte igitur de his Potidaeae expugnatione violatis tamquam de foedere violato orator queritur. Deinde jam Alexander, Amyntae I filius, hospitio vetere cum Atheniensibus junctus erat, de qua re vid. ad Phil. II. §. 11. Ac postea quoque Athenienses cum Macedoniae rege sive Amynta II sive ejus filio Perdicca III juncti bellum contra Olynthios gesserant. Vid. ad §. 14. Proleg. §. 15. — *Θετταλοὺς — Μαγνησίαν.* Post Amphipolin et Potidaeam urbes expugnatas (a. 358—357) quum equitatu Philippus egeret (Just. VII, 16), contigit, ut Alexander, Pherarum tyrannus, ab uxore sua ejusque fratribus Tisi

αν μετὰ ταῦτα τῷ Ποτίδαιαν, οὖσαν ὑμετέραν, ἐξελεῖν καὶ τοὺς μὲν πρότερον συμμάχους ὑμᾶς ἀδικῆσαι, παραδοῦναι δὲ ἐκείνοις, Θετταλοὺς δὲ νῦν τὰ τελευταῖα τῷ Μαγνησίαν παραδώσειν ὑποσχέσθαι καὶ τὸν Φωκικὸν πόλεμον πολεμήσειν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναδέξασθαι. Ὅλως δὲ οὐδείς ἐστιν, ὅντιν' οὐ πεφενά-

§. 9. ἡμετέραν) Vulg., ut proxime ἡμᾶς, prob. Schaefero. Illud Reiskius in ὑμετέραν mutavit, male retento ἡμᾶς· de eadem enim re eadem persona erat utendum. — πόλεμον ὑπὲρ αὐτῶν πολεμήσειν) Vulg. „Mihi quoque placet jungi πόλεμον πολεμήσειν: talia enim Graeci continuare amant." *Schaefer.* Vid. adn. —

phono, Lycophrone et Pitholao occideretur. In hos, qui imperium vi sibi vindicare volebant, Aleuadae (sive regia familia sive principes civitatum; vid. Proleg. §. 1 Not. 3.) Philippum in auxilium vocaverunt, qui cupide hac opportunitate usus in Thessaliam profectus illos fugavit civitatesque optimatibus administrandas tradidit. Vid. Proleg. §. 7. Qua re Thessalos ita sibi conciliavit, ut ipse et Alexander filius Thessalorum equitatui plurimas victorias deberent. Quatuor annis post (a. 353), quum iterum accitus esset, ab Onomarcho, Phocensium duce, cujus auxilium Lycophron imploraverat, victus et Thessalia cedere coactus est; paulo post autem, viribus auctis, a Thessalorum equitatu adjutus Lycophronem et Onomarchum ita superavit, ut ille cum fratre Pitholao ad Phocenses transiret, hic misere periret. Vid. Proleg. §. 10. Tum *Pheras* in ditionem accepit et *Pagasas* occupavit. Vid. ad Phil. I. §. 35. Eodem tempore *Magnesiam,* Thessaliae urbem, quae a Thessalis defecerat, in eorum gratiam subegit. Eam postea, quum munire vellet, una cum Pagasis Thessali repetierunt; nam talem se regem esse gesturum, nunquam exspectaverant. „Ut intelligas vim Accusativi *Θετταλούς,* compara cum his, quae de Atheniensibus et Olynthiis dicta sunt. Philippus abusus est Atheniensium simplicitate, Olynthiorum amicitia. Num qua re Thessalorum abusus est? Imo vero ipsis Thessalis, quippe *δεδουλωμένοις.*" *Schaefer.* Cf. §. 8. Proleg. §. 11. Tangit has res infra §. 11. 14. Olynth. III. §. 12. 13. 22. Phil. II. §. 22, ex quo loco intelligitur, re vera eum Magnesiam ipsis reddidisse. Vid. Proleg. §. 6 P. II. — τὸν Φωκικὸν πόλεμον — ἀναδέξασθαι. De bello Phocensi sive sacro, quod per multos annos gestum Graecorum vires penitus fregit libertatemque subruit (nam omnes fere civitates ei implicitae erant) vid. Proleg. §. 9 sqq. Diod. Sic. XVI, 23 sqq. Dem. de coron. p. 230 sqq. Olynth. II. §. 8; III. §. 26. Just. VIII, 2: Huic bello quum Thessali, qui jam priscis temporibus Phocensibus erant infensi, ab iisque Amphictyonum concilio erant ejecti (vid. ad orat. de Pac. §. 14. 23), sese immiscuissent, mox grave ejus onus senserunt, quod in suis agris saepe gerebatur. Quare libenter acceperunt Philippi conditionem, bellum pro iis gerendi. Proleg. §. 10. 11. Just. VIII, 4: *Crudescente ira Thessali Boeotiique orant, ut professum adversum Phocenses ducem Graeciae exhibeat: tanto odio Phocensium ardentes, ut — — perire ipsi, quam non perdere eos praeoptarent.* Ceterum nihil frequentius est usu, quo Substantivum cum verbo ejusdem radicis ponitur, ut h. l. *πόλεμον πολεμεῖν,* Phil. III. §. 44 *δίκας δικάζεσθαι, δουλείαν δουλεύειν, νίκην νικᾶν* al. Eodem modo Latini dicunt *pugnam pugnare, vitam vivere, servitutem servire* al. Vid. not. crit. — πεφενάκικεν. Schol. monente haec notio desumpta est ab opposititia coma *(φενάκη),* quae impositurae gratia fiat. Cf. de Pac. §. 10. Multis locis perfidiam Philippi ca-

κίκεν ἐκεῖνος τῶν αὐτῷ χρησαμένων. τὴν γὰρ ἑκάστων ἄνοιαν ἀεὶ τῶν ἀγνοούντων αὐτὸν ἐξαπατῶν καὶ προςλαμβάνων, οὕτως ηὐξήθη. Ὥςπερ οὖν διὰ τούτων ἤρθη μέγας, ἡνίκα 8 ἕκαστοι συμφέρον αὐτὸν ἑαυτοῖς ᾤοντό τι πράξειν· οὕτως ὀφείλει διὰ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ καθαιρεθῆναι πάλιν, ἐπειδὴ πάνθ' ἕνεκα ἑαυτοῦ ποιῶν ἐξελήλεγκται. Καιροῦ μὲν δὴ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς τοῦτο πάρεστι Φιλίππῳ τὰ πρά-

---

αὐτῷ) Bekk. Idem proxime αὐτόν: Male. Non enim Philippi sententia, sed oratoris profertur, et Subjectum primarium non Philippus est, sed ii, quos ille decepit. Vid. ad Phil. II. §. 9. not. crit. et de Pac. §. 20 et 22 not. crit. — §. 8. παρέστη) ex Aug. 2 Reiskius. Etiam Schol. Arist. p. 29: Καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς: Καιροῦ μὲν δὴ πρὸς ταῦτα παρέστη Φιλίππῳ τὰ πράγματα. At vulgata lectio πάρεστι idem notat, nisi quod haec magis notionem *praesentiae* et *quietis*, illa motus exprimit, qui motus quum jam in verbis πρὸς τοῦτο lateat, non repetendus est verbo παρέστη. —

---

stigat orator. Cf. §. 20. Phil. II. §. 20 — 23. Paus. VIII, 7. p. 612: Ὅς γε (Φίλιππος) καὶ ὅρκους θεῶν κατεπάτησεν ἀεὶ καὶ σπονδὰς ἐπὶ παντὶ ἐψεύσατο πίστιν τε ἠτίμασεν μάλιστα ἀνθρώπων. Just. VIII, 2: Philippus timens, ne ab hostibus sacrilegii scelere vinceretur, civitates, quarum paulo ante dux fuerat, hostiliter occupatas diripuit. — τῶν ἀγνοούντων αὐτόν. Ἀγνοεῖν, ut Latinum *ignorare*, mores et agendi rationem alicujus spectat. Cf. *Wyttenb.* ad Plat. Phaedr. p. 294. *Brem.* Vid. ad Cic. Verr. Act. I. §. 28. pro Rab. Post. 12: *si me invitum putas, ne Cn. Pompeji animum ostenderem, defendisse causam, et illum et me vehementer* **ignoras**. Hor. Sat. I, 3, 22: *Heus tu, quidam ait,* **ignoras** *te, an ut ignotum dare nobis verba putas?* — προςλαμβάνων, ἐξαπατῶν, i. q. supra προςαγαγόμενον, *adsciscens ignorantiam imprudentium,* qua ad res suas augendas uteretur. Dem. de Rhod. Libert. p. 194, 12: ὁρῶ γὰρ αὐτοὺς, ὅπως καταλύσωσι τὸν δῆμον, προςλαβόντας τινὰς τῶν πολιτῶν. Sic *adsciscere* apud Sall. Cat. 24, 3: *Ea tempestate plurimos cujusque generis homines* **adscivisse** *sibi dicitur* (sc. Catilina). Cf. Cic. Cat. II. c. 8. —

§. 8. διὰ τούτων ἤρθη μέγας. De posterioribus verbis vid. ad §. 5. διὰ τούτων, sc. ἀγνοούντων, οἳ εἰς γνῶσιν ἐλθόντες, ὅτι ἠπάτηνται, κατ' αὐτοῦ ὁρμήσουσι. *Ulpianus.* Est autem toto hoc loco ἐνθύμημα, ὃ καλεῖται ἀκολουθία. *Idem.* Simili *argumento a contrario* (quem ignoratio hominum evexit, eundem cognitio deprimet) utitur Phil. I. §. 2. — καθαιρεθῆναι, *dejici, deturbari de sua potestate.* Thuc. III, 13: Ἀθηναίους ῥᾶον καθαιρήσετε, ὑφαιροῦντες αὐτῶν τοὺς ξυμμάχους. *Brem.* Cic. Verr. Act. I, 8: *si me aedilitate dejecissent.* pro Mur. 36: *Q. Tubero praetura dejectus est.* — καιροῦ μὲν δὴ — Φιλίππῳ τὰ πράγματα. Ordo verborum est: τὰ μὲν πράγματα πάρεστι Φιλίππῳ πρὸς τοῦτο καιροῦ. De Dativo vid. ad §. 5. De constructione πρὸς τοῦτο καιροῦ πάρεστι *(ea conditione sunt)* ad Phil. I. §. 9. 37; ad Olynth. III. §. 8. De lectione παρέστη vid. not. crit. — ἢ παρελθών τις. Τὸ σχῆμα πρόκλησις. *Ulpianus.* Cf. Olynth. II. §. 28. — μᾶλλον δὲ ὑμῖν. Est Ἐπανόρθωσις, *Correctio*, ut supra §. 2. — παρὰ τὴν ἀξίαν, *contra exspectationem*, seu potius *contra jus fasque, immerito.* Vid. ad §. 3. De re modo dictum est §. 7. — δεδουλωμένοι. Solet Demosthenes, si in Philippum invehit, oratorie rem modo amplificare, modo minuere (vid. ad §. 17); nunquam enim Thessali ita subacti sunt, ut libertate sua orbarentur. Alio autem loco (de Cor. §. 146)

γματα. ἢ παρελθών τις ἐμοὶ, μᾶλλον δὲ ὑμῖν, δειξάτω, ὡς οὐκ ἀληθῆ ταῦτ' ἐγὼ λέγω, ἢ ὡς οἱ τὰ πρῶτα ἐξηπατημένοι τὰ λοιπὰ πιστεύσουσιν αὐτῷ, ἢ ὡς οἱ παρὰ τὴν αὑτῶν ἀξίαν δεδουλωμένοι Θετταλοὶ νῦν οὐκ ἂν ἐλεύθεροι γένοιντο ἄσμενοι.

9 *Καὶ μὴν εἴ τις ὑμῶν ταῦτα μὲν οὕτως ἔχειν ἡγεῖται, οἴεται δὲ βίᾳ καθέξειν αὐτὸν τὰ πράγματα τῷ τὰ χωρία καὶ λιμένας καὶ τὰ τοιαῦτα προειληφέναι, οὐκ ὀρθῶς οἴεται. ὅταν μὲν γὰρ ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συστῇ καὶ πᾶ-*

ἢ ὡς) Vulg. At ex proximo *ἢ ὡς* natum videtur. — *πιστεύουσιν)* Sic vulgo ante Reiskium legebatur; sed sensus ipse hanc lectionem respuit. Futurum habent multi codd. et edd. post Reiskium. — *αὐτῶν)* Par. 1, 2, 3, 7, Ald., P. Manut. Male. —

---

orator dicit, Thessalos suis ipsorum consiliis usos esse. Cf. de Pac. §. 20. De re cf. Phil. I. §. 4. Olynth. III. §. 23. — *ὡς — οὐκ ἂν γένοιντο.* In prioribus *ὡς* cum Indicativo construitur, quia res certa est nullique dubitationi subjecta; *γένοιντο ἂν* autem rem exprimit, quae ab aliorum voluntate pendet, sive de qua orator ipse non plane persuasum sibi habet; suam igitur sententiam mitigat modestiusque per Optativum exprimit, *dass sie nicht gern frei seyn möchten.* Vid. ad Phil. I. §. 42. Variantur modi pro varietate enuntiationis. Vid. ad §. 4. de Pac. §. 15. —

§. 9. *εἴ τις ὑμῶν — οὐκ ὀρθῶς οἴεται.* De constructione vid. ad Olynth. III. §. 12. 22. *Philippus Melanchthon* in Dialectica cit. *Voem.* haec: „Syllogismo colligit, Philippi regnum, quia partum scelere, non esse diuturnum. Initio enim ponitur *conclusio: non posse esse diuturnum Philippi imperium.* Deinde sequitur *major*, quae est mirifice tractata et amplificata circumstantiis et causis, *quod non maneant in officio illi, qui vi continentur, sed ad primam occasionem ac levem offensionem dissolvi talia foedera.* Addita ratio est, quia regnum perjuriis et fraude partum non sit diuturnum, sed aliquanto floreat, dum spes est, armis ac vi posse effici ea, quae suscipiuntur, sed tempore collabitur. Accedit similitudo: ut aedificiorum fundamenta oportet firma esse, ita et causas negotiorum oportet justas esse. *Majorem* sequitur *minor* paucissimis verbis: *Res Philippi non habent se hoc modo.*" Locum hunc Cic. Off. II copiosius tractavit, quem his verbis concludit: *pessimum diuturnitatis custodem esse metum, benevolentiam vero fidelem vel ad perpetuitatem. Wolf.* — *τὰ πράγματα, potentiam.* Vid. ad Phil. I. §. 8. Herod. III, 137: *τὰ Περσικὰ πρήγματα.* Vid. Baehr. ad Plut. Flam. c. 17. — *τὰ χωρία.* Vid. ad §. 4. 5. — *προειληφέναι.* De hoc verbo et de re vid. ad Phil. I. §. 31. — *τὰ πράγματα συστῇ, res conflatae sunt. Συστῆναι* et bona et mala significatione usurpatur de conjunctionibus et conspirationibus hominum seu rerum, *conflari, contrahi, existere.* Cf. Phil. II. §. 35; III. §. 28. Xenoph. Cyr. I, 5, 3: *τὰ μὲν διαβάλλων τοὺς Μήδους καὶ Πέρσας, λέγων, ὡς μεγάλα τε εἴη ταῦτα ἔθνη καὶ ἰσχυρὰ καὶ συνεστηκότα εἰς τὸ αὐτό.* Id. Hell. II, 3, 17: *πολλοὶ δῆλοι ἦσαν συνιστάμενοί τε καὶ θαυμάζοντες.* Sic *conflare* et *conspirare* in utramque partem adhibentur, saepius tamen in malam. Cic. Cat. I. §. 25: *Conflata conjuratorum manus.* pro Lig. §. 34: *Quis est, qui horum consensum conspirantem et paene conflatum in hac prope aequalitate fraterna non noverit?* Cum *συστῇ* bene congruit proxime *διέλυσεν.* De Conjunctivo *συστῇ* vid. ad Phil. I. §. 22. Ean-

σι ταὐτὰ συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τοῦ πολέμου, καὶ συμπο-
νεῖν καὶ φέρειν τὰς συμφορὰς καὶ μένειν ἐθέλουσιν οἱ ἄν-
θρωποι· ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις, ὥςπερ
οὗτος, ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅαν-
τα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, 10
ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδό-

---

§. 9. ταῦτα) Vulg. Sed ταὐτά est in Aug. 1, suppl Aug. 3, Bav., Meerm. et multis edd. Recte; nam praecedens enuntiatio hanc lectionem flagitat, quod *Rüdigerus* monet. Eadem confirmatur orat. in ep. adv. Phil., qui locus in adn. adscriptus est. —
ἀνθρ. οἱ) οἱ abest a Par. 1, 2, 5, 7, Ald. Tayl., Aug. 1 suppl., Aug. 2, 3, Bav., Meerm., Lock. „Siquis Articulum tot librorum testimonio damnatum delere velit, vix repugnem. Orator enim h. l. in universum loquitur de iis, quae inter homines accidere solent.“ *Schaefer.* —

---

dem, quam hoc loco, sententiam exprimit orator in Ep. adv. Phil. p. 154, 8: *ὁρῶ δὲ, ὡς ὅταν μὲν ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συνέχηται, καὶ ταῦτα πᾶσι συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τῶν πολέμων, μένει τὰ συσταθέντα βεβαίως.* — *συμπονεῖν καὶ φέρειν τὰς συμφορὰς καὶ μένειν*, *tolerare belli labores molestiasque et ferre calamitates et manere libenter volunt.* Sensus est: non tolerare solum labores volunt, sed ne cladibus quidem acceptis a societate recedere solent. *Schaeferus* cum aliis interpretibus ex *συμπονεῖν* Praepositionem ad *φέρειν* assumendum esse putat, quod quamquam non solum apud poëtas, sed prosaicae quoque orationis scriptores invenitur, tamen dubitandum est, num apud Demosthenem legatur; neque praeterea opus est hoc interpretamento; bonum enim sensum verba per se exhibent. Ceterum hujus usus Praepositionis *ἀπὸ κοινοῦ* positae, quem Schaeferus accipit, exempla habes apud Plut. Artax. c. 24: *ὥςτε τοὺς ἄλλους πτεροῦσθαι καὶ συνεπικουφίζεσθαι.* Lycurg. c. 15. Aesch. Prometh. 331: *πάντων μετασχὼν καὶ τετολμηκὼς ἐμοί.* Soph. Ant. 533: *καὶ συμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας.* — *ἐθέλουσιν*, *sponte sua, libenter volunt.* Vid. ad Phil. I. §. 13. ad Olynth. II. §. 14. Cf. infra §. 13. — *ἐκ πλεονεξίας*, malo sensu, ut sequens verbum *πονηρίας* explicat, *plura sibi praeter jus et aequum vindicando et improbe agendo.* Vid. ad Phil. II. §. 7. Cf. locum Xenoph. Cyr. VIII, 5, 24, ad Phil. I. §. 49 citatum. Saepe bono sensu ponitur. Cf. Phil. III. §. 52. — *ἡ πρώτη πρόφασις*, sc. *τῶν δεδουλωμένων.* Vel vana igitur causa (nam haec est significatio vocis *πρόφασις.* Cf. Phil. I. §. 25) res collabi possunt h. *πταῖσμα, ἀτύχημα τοῦ τυράννου.* — *ἀνεχαίτισε*, *excutere, dejicere solet.* *Harpocrat.* s. v.: *ἀντὶ τοῦ ἀνέκοψεν ἢ ἀνέτρεψεν. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἵππων.* Sumpta est metaphora ab equis equitem excutientibus. Senec. Hippol. 1084: *pavidi sonipedes || imperia solvunt seque luctantur jugo || eripere rectique in pedes jactant onus.* Vid. ad Phil. III. §. 51 *ἐκτραχηλισθῆναι.* *Ulpianus: Πάνυ δ' ὁ λόγος ἁρμόζει ἐπὶ τῶν ὑπὸ Φιλίππου δεδουλωμένων, εἴ γε καὶ ἡ δουλεία ἔοικε ζυγῷ.* De Aoristi significatione *solere* vid. ad Phil. I. §. 26. Cf. infra §. 10. 21. Buttm. Gr. §. 124. Not. 4. In sententiis praesertim solet collocari de rebus, quae fieri solent et adhuc nunquam non factae sunt et verisimiliter etiam futuro tempore simili rerum conditione fient. Ita Aoristus vim suam propriam non exuit. Cf. Olynth. III. §. 15. Eurip. Orest. 697. —

§. 10. *οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν.* Epizeuxis. Vid. ad Phil. I. §. 10. — *ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα.* Mount. conf. de Cor. p. 303. 25: *θεάσασθε, ὡς σαθρόν ὡς*

μενον δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι, ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ, τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται καὶ περὶ αὑτὰ καταῤῥεῖ. ὥσπερ γὰρ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ·

---

§. 10. *παρ' αὑτά)* Sic Mount. cum Wolfio legi mavult hoc sensu: *per se ipsa*, i. e. ipsa *sese destruunt, sua sponte dilabuntur.* Victorius quoque in margine: Ἴσως παρ'. Sed vid. adn. —

ἔοικέν, ἐστι φύσει πᾶν ὅ,τι ἂν μὴ δικαίως ᾖ πεπραγμένον. *Ulpianus* bene monet: τὸ μὲν ἀδικοῦντα λαβῶμεν ἐπὶ ἀνθρώπων, τὸ δὲ ἐπιορκοῦντα ἐπὶ θεῶν, τὸ δὲ ψευδόμενον ἐπ' ἀμφοτέρων. De re vid. ad §. 7. — τὰ τοιαῦτα, τὸ ἀδικεῖν καὶ τὰ λοιπά. Est ergo constructio ad sensum. Vid. ad §. 3 ὑπὲρ τούτων. — εἰς μὲν ἅπαξ — ἀντέχει. De εἰς ἅπαξ, *semel*, vid. ad Phil. I. §. 14. ἀντέχει Schol. explicat διαμένει, ἰσχύει, καὶ οὐ καταγω[illegible]αι ἢ καταπίπτει, *sustinet i*[illegible] *durat, permanet*. Bekk. Anecd. Gr. p. 407 sq.: ἀντέχει: ἀντὶ τοῦ ἐξαρκεῖ Δείναρχος. ἀντὶ δὲ τοῦ σώζεται Δημοσθένης. καὶ Ὑπερίδης ἀντὶ τοῦ ἀντιλαμβάνει. „Ergo hujus verbi significatio plus minusve virium ad resistendum sufficientium complectitur.“ *Brem.* ad Olynth. III. §. 25, ubi legitur: ἐὰν ἀντέχῃ τὰ τῶν Ὀλυνθίων, *si impetum sustinent Olynthii*. Xenoph. Mem. IV, 7, 7: λίθος μὲν ἐν πυρὶ ὢν οὔτε λάμπει, οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει, ὁ δὲ ἥλιος — διαμένει. Cf. Plat. Phaed. c. 37 ibique Stallbaum. — καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ, *adeoque talia valde efflorescunt ad spes futuras, si fors tulerit*, i. e. ita efflorescunt seu incrementa capiunt, ut bonam de se spem efficiant. Particula γε vocem praegressam acuit, praesertim καί adjuncto. Vid. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 278. B; ad Protag. p. 317. D. Significat *adeo*, vern. *gar*. Herm. ad Soph. Phil. 590. Cf. Olynth. II. §. 12 et 34, ubi est *atque adeo*. Vid. ad orat. de Pac. §. 20. — ἤνθησεν. Metaphora a floribus sumpta, qua in hoc verbo, ut in Latinorum *florere, flos.*, notio cujusvis summae excellentiae, ornamenti dignitatisque inest. Τὸ ἤνθησεν πρόσκαιρον καὶ ἀβέβαιον ἔδειξε τὴν δύναμιν τοῦ Μακεδόνος. καὶ γὰρ τὰ ἄνθη πρόσκαιρα καὶ οὐ πολυχρόνια. *Ulpianus*. Ceterum Aoristo inest vis *solere*. Praesentia ἀντέχει, φωρᾶται, καταῤῥεῖ notant rem, quae semper, quovis rerum statu fit, et omnino Praesens ponitur de re, quae seu ratione seu experientia vera est; Aoristus ἤνθησεν significat id, quod non semper, sed interdum fieri solet; unde variorum temporum conjunctio. Vid. ad Phil. I. §. 14. Rost. Gr. Gr. p. 572. — ἂν τύχῃ, *si fors tulerit*, i. e. si bene evenerit. Sic Virg. Aen. II, 94: *Nec tacui demens: et me, fors si qua tulisset, — promisi ultorem.* — τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται. Schol. ἐλέγχεται. τὰ φωρία καταλαμβάνεται. Vid. Ulpianum ad §. 13 citatum. Sensus latius explicatur §. 13 sqq. Sic Latini verbo *deprehendere, ertappen*, utuntur. Cic. Orat. 65: *nec deprehendetur manifesto, quid a nobis de industria fiat.* Expressit orator illud proverbium: *tempus omnia revelat*. Soph. Aj. 631:

ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται.

Ibid. 700: πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει. Vid. Erasm. Adag. Chil. II. Cent. IV, 17. τῷ χρόνῳ est *tempore, mit der Zeit*. Eurip. Med. 908: ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ, βουλήν. Dicitur etiam σὺν χρόνῳ. Eurip. Jon. 1604. — περὶ αὑτοῦ, *ipsa a semet ipsis*, per semet ipsa de-

οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προςήκει. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔνι νῦν ἐν τοῖς πεπραγμένοις Φιλίππῳ.

11 Φημὶ δὴ δεῖν ὑμᾶς ἅμα τοῖς μὲν Ὀλυνθίοις βοηθεῖν, καὶ ὅπως τις λέγει κάλλιστα καὶ τάχιστα, οὕτως ἀρέσκει μοι· πρὸς δὲ Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἢ τοὺς

---

struuntur et super semet corruunt. *Reisk.* Quare non opus est emendatione Wolfii *παρ' αὐτά.* Vid. not. crit. — *καταῤῥεῖ, decidunt, corruunt*, continuat metaphoram a floribus sumptam *(ἤνθησεν). Hermogenes* p. 334: *ἐπὶ τῶν ἀνθέων τῶν μαραινομένων τὸ καταῤῥεῖν σχεδὸν κυρίως λέγεται.* Decidunt instar flosculorum, quum vel aruerunt, vel vento agitantur. Sic in Psalmis impiorum felicitas pulveri, quem ventus dissipat, et gramini tectis innato comparatur. *H. Wolf.* Xenoph. Cyr. I, 5, 10 cit. Bremio: *ἐὰν τὸν καρπὸν ἀσυγκόμιστον εἰς τὴν γῆν πάλιν καταῤῥεῖν.* Cf. Cic. de Off. II, 12: *Ficta omnia, tamquam flosculi, decidunt.* — *οἶμαι*, mediae orationi interpositum cum reliquis verbis unam efficit orationem *(mihi crede*, vern. *wohl, unläugbar)*, quare Astius ad Plat. Phaedr. p. 240 C. interpunctionem ante et post *οἶμαι* in talibus enuntiationibus sublatam vult. Cf. §. 14. Eadem constructione in verbis *credo, opinor, puto* Latini utuntur. Cic. Tusc. Disp. I, 22, 52: *non enim, credo, id praecipit.* Zumpt. Gr. lat. p. 518. De significatione ironica verbi *οἶμαι* vid. ad §. 23. — *ὥςπερ γὰρ οἰκίας.* Hanc similitudinem illustrem (Schol. ad Hermog. p. 598 schema hoc appellat *ἐπιχείρημα ἀπὸ τοῦ ὁμοίου)* a domibus aliisque ejusmodi sumptam saepissime scriptores usurpant. Vid. Reisk. et Schaefer. ad h. l. — *τὰ κάτωθεν. Ulpianus: Τινὲς ἐπιλαμβάνονται τοῦ ῥήτορος ἐνταῦθα, λέγοντες, ὅτι κάτω ἔδει εἰπεῖν καὶ οὐ κάτωθεν. ἀλλ' ἠγνόησαν τὸ ἀκόλουθον· κάτωθεν γὰρ εἶπεν, ἐπειδὴ κάτωθεν, ἀπὸ θεμελίων, ἐπὶ τὰ ἄνω οἰκοδομεῖται ὁ οἶκος.* Sic nos: *die Theile von unten.* Vid. ad Phil. I. §. 40 et III. §. 41. — *ὑποθέσεις. Hesych.: καταβολαί. Wolf.: οὐχὶ τὰς τῶν λόγων περιοχὰς, οὐδὲ τὰ ὡρισμένα τῶν ζητημάτων* (vid. ad Olynth. II. §. 1), *ἀλλὰ τὰ κάτωθεν καὶ τὰ θεμέλια. μεταφορικὴ γὰρ ἐνθάδε ἡ λέξις.* Est igitur Latinorum *fundamentum*, quae vox eadem ratione metaphorice adhibetur. Cf. Olynth. II. §. 1. Xenoph. Mem. IV, 6, 13. Cic. Off. I, 7: *fundamentum justitiae.* Id. pro Sext. 2: *quibus initiis et fundamentis hac tantae laudes excitatae sint.*

§. 11. *ὅπως τις — οὕτως ἀρέσκει.* Haec se excipiunt, ut proxime §. 12 *ὅσῳ ἑτοιμότατα* et *τοσούτῳ μᾶλλον*, nisi quod h. l. Superlativum non additum vides, qui in ipsa voce *ἀρέσκει* inest. Hinc non *μάλιστα* supplendum cum Reiskio (qui nimis pronus erat Adverbia addere verbis emphatice positis. Vid. ad Phil. III. §. 1). *Rüdig.* Vid. ad Phil. I. §. 30. Soph. Trach. 329 sq. cit. *Schaefer.: πορευέσθω στέγας οὕτως ὅπως ἥδιστα.* Ad *κάλλιστα καὶ τάχιστα* ex antecedentibus repetendum est *δεῖν βοηθεῖν* aut *γίγνεσθαι*, et *οὕτως ὅπως* ad Verbum, non ad Superlativos pertinent. Matth. Gr. §. 461. Respondet autem hic particularum *ὅπως — οὕτως* usus latino *ut — ita cum Superlativis*, et pro Pronomine *quisque*, quod in hac constructione ponitur, Graeci *τις* usurpant. Cic. ad Quint. Fr. I, 1, 4: *Ut quisque optime dicit, ita maxime dicendi facultatem variosque eventus orationis timet.* Matth. §. 462. — *τοὺς μὲν διδάξει — τοὺς δὲ παροξυνεῖ. Εἰς δύο γὰρ μερίζει τοὺς Θετταλους: εἰς ἀγνοοῦντας τὸν Φίλιππον, καὶ εἰδότας μὲν, δεδιότας δέ. Ulpianus.* Thessalos, quorum singulae civitates suis legibus utebantur, veteri societate cum Atheniensibus con-

μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ. καὶ γὰρ νῦν εἰσὶν
ἐψηφισμένοι Παγασὰς ἀπαιτεῖν καὶ περὶ Μαγνησίας λόγους
12 ποιεῖσθαι. Σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθη-
ναῖοι, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις,
ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἕξουσιν, ἐξεληλυθότων ἡμῶν ἀξί-
ως τῆς πόλεως καὶ ὄντων ἐπὶ τοῖς πράγμασιν, ὡς ἅπας μὲν

---

§. 12. *ἐροῦσι)* In Bav. ῶ suprascriptum est diphtongo οὐ. „Hoc animadversione inprimis dignum. Apparet enim ex hoc exemplo, librarios particulae ὅπως cum Conjunctivo construendae tam assuetos fuisse, ut constructionis sibi dilectissimae gratia non dubitarent vel barbara confingere. Quoties igitur probabile est, eos Indicativum corrupisse in Conjunctivum, si per linguae leges liceret." *Schaeferus* — *οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις)* Haec verba in Aug. 1 minusculis literis scripta sunt; quare Reiskius uncis inclusit tanquam pro scholio scripta. At inest aliqua vis in his verbis, quod *Rüdig.* monet. —

---

junctos fuisse, docet Thuc. II, 22: *ἡ δὲ βοήθεια αὕτη τῶν Θεσσαλῶν κατὰ τὸ παλαιὸν ξυμμαχικὸν ἐγένετο τοῖς Ἀθηναίοις.* Cf. Olynth. III. §. 2. Praeterea multi Thessali cum Philippo tunc temporis male contenti fuerunt, quoniam neque bellum Phocense, quod erat pollicitus, ad exitum perduxerat, et urbes Thessaliae munire coeperat. Vid. Proleg. §. 11. Quare Demosthenes opinatus erat, illos facile in eum posse concitari. Cf. Olynth. II. §. 22. In hac autem spe lapsus est. De Futuris *διδάξει — παροξυνεῖ* vid. ad Phil. I. §. 19. Cf. Phil. III. §. 71. — *ταῦτα,* sc. *τὰ ἐψηφισμένα, nostros apparatus agendique studium et voluntatem, auxilii Olynthiis ferendi. Schaeferus* autem explicat: quae modo docui, de fidei et veracitatis praestantia, fraudisque pestifero exitu, item de Philippi moribus. *παροξύνειν* est *incitare, impellere,* ut Olynth. III. §. 6, ubi vid. adnot. — *Παγασὰς ἀπαιτεῖν.* Vid. ad §. 7. Phil. I. §. 35. Proleg. §. 11. — *περὶ Μαγνησίας.* Vid. ad §. 7. Proleg. §. 11. — *λόγους ποιεῖσθαι.* Vid. ad Olynth. II. §. 3. —

§. 12. *ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι.* Vid. ad §. 2. De oppositis *λόγους ἐροῦσι* et *ἔργον δεικνύειν* vid. ad Phil. I. §. 38. *Λόγος,* ut ex contextu apparet, *nugas, offucias verborum* significat. Cf. Phil. III. §. 14. Saepe adduntur nomina explicativa *σκῆψις, πρόφασις, συκοφαντία, παραγωγή,* ut adv. Onerot. p. 870. §. 26: *ὅτι λόγος ταῦτα καὶ παραγωγὴ τοῦ πράγματός ἐστιν.* Vig. p. 105. Wolf. ad Lept. p. 488, 2. Xenoph. Hell. IV, 8, 15: *τῷ μὲν δὴ Τιριβάζῳ ἀκούοντι ἰσχυρῶς ἤρεσκον οἱ τοῦ Ἀνταλκίδου λόγοι· τοῖς δ' ἐναντίοις λόγος ταῦτ' ἦν.* Sic Latini *verba, verba dare, verba sunt,* malo sensu usurpant. Terent. Phorm. III, 2, 8: Phaedr. *Foeneratum istuc beneficium tibi pulchre dices.* Dor. *logi* i. e. inania verba haec sunt. Corn. Nep. Hannib. 5. 2: *Fabio, callidissimo imperatori, verba dedit.* Hor. Sat. I, 3, 22: *an ut ignotum* (te) *dare nobis verba putas.* Etiam conjungunt *verba* et *ineptias.* Cic. Pis. c. 27: *Existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba sunt* atque *ineptiae.* — *δεικνύειν ἕξουσιν.* De constructione vid. ad Phil. I. §. 15. — *ἀξίως τῆς πόλεως.* Vid. ad Phil. I. §. 3 *προσηκόντως.* — *ὄντων ἐπὶ τοῖς πράγμασι, quum rebus intersitis, animum ad res advertatis. ἐπί* cum Dativo est, *rem administrare, operam dare rei.* Phil. III. §. 2: *ἐπὶ τοῖς πράγμασιν εἶναι.* Ib. §. 50: *ἐπὶ τούτοις, hos ducens, horum dux.* Eodem sensu Phil. III. §. 56 legitur: *ἐν τοῖς πράγμασιν εἶναι.* Vid. ad Phil. I. §. 3. Xenoph. Cyr. VI, 3, 28: *οἱ ἐπὶ ταῖς μηχαναῖς.* De sensu cf. Olynth. III. §. 28. — *ἅπας λόγος — πράγματα ἀπῇ.* Xenoph. Cyr. VI, 4, 3: *τὰ ἔργα — πιθανώτερα τῶν λόγων.* Vid. ad Olynth. II. §.

λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κε-
νόν, μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· ὅσῳ γὰρ ἑτοι-
μότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσι
πάντες αὐτῷ. Πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην 13
δεικτέον τὴν μεταβολήν, εἰςφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποι-
οῦντας ἑτοίμως, εἴπερ τις ὑμῖν προςέξει τὸν νοῦν. Καν
ταῦτα ἐθελήσητε, ὡς προςήκει καὶ δεῖ, περαίνειν, οὐ μό-
νον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ συμμαχικὰ ἀσθενῶς καὶ ἀπί-
στως ἔχοντα φανήσεται Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς οἰκείας
ἀρχῆς καὶ δυνάμεως κακῶς ἔχοντα ἐξελεγχθήσεται.
Ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ 14

τὰ ἔργα) Harl., supplem. Aug. 1, Append. Francf. Utramque lectionem exhibet Bavaricus. *Reisk.* *τὰ ἔργα* est interpretamentum. *τὰ πράγματα* refertur ad antegressum *τοῖς πράγμασι.* — *ἑτοιμότερον)* Aug. 1 supplem., Append. Francf., Harl., Ald. Tayl. probante Schaefero. In tali structura, ubi Comparativus in altero membro est, idem gradus etiam in altero legitime ponitur. *Schaef.* Vid. adn. —

---

14. 15. de Pac. §. 2. Tac. Hist. I, 62: *ubi facto magis, quam consulto opus esset.* Sall. Cat. 43, 3: *facto, non consulto, in tali periculo opus esse.* Cic. ad Quint. I, 4: *Quamquam sunt facta verbis difficiliora.* Dem. de fals. leg. p. 406, 23: *ὁ τοίνυν μέγιστον ἁπάντων, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη.* — *ἂν ἀπῇ* — *φαίνεται.* Vid. ad §. 28. Cf. proxime §. 13. — *ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατα* — *τοσούτῳ μᾶλλον.* Idem usus est, ac Latinorum *quo* — *eo* cum Comparativis. Hoc autem animadvertendum est, post Superlativum *ἑτοιμότατα* sequi Comparativum *μᾶλλον* pro *μάλιστα,* quod interdum fit. Matth. §. 462. Ceterum Athenienses dicendi facultate omnibus Graecis excelluerunt. Cf. Phil. II. §. 3. 4. —

§. 13. *μετάστασιν* — *μεταβολήν.* De Synonymis, quae amat Demosthenes, vid. ad Phil. I. §. 3. *Voemel.* ad h. l. discrimen horum verborum ita statuit: *μεταβολή* est in universum repentina, temeraria et varia mutatio; *μετάστασις* status mutatus quidem, sed firmus. Idem citat. Thuc. VI, 20: *ἐπὶ γὰρ πόλεις μέλλομεν ἰέναι μεγάλας, καὶ οὔθ' ὑπηκόους ἀλλήλων, οὔτε δεομένας μεταβολῆς, ᾗ ἂν ἐκ βιαίου τις δουλείας ἄσμενος ἐς ῥάω μετάστασιν χωροίη.* Cf. ibid. II, 48. Xenoph. Hell. I, 4, 16: *οὐκ ἔφασαν δὲ τῶν οἵων περ αὐτὸς ὄντων καινῶν δεῖσθαι πραγμάτων οὐδὲ μεταστάσεως.* — *δεικτέον* — *εἰςφέροντας.* De hoc Accusativo pro Dativo, quia notio *δεῖ* inest Verbali *δεικτέον,* vid. ad Phil. II. §. 5. Plat. Rep. VII. p. 139: *καταβατέον ἐν μέρει ἕκαστον εἰς τὴν τῶν ἄλλων ξυνοίκησιν.* Cf. Xenoph. Mem. III. 11, 1. Schaefer. Melet. Crit. p. 89. Utraque constructio jungitur Plat. Rep. V. p. 12: *οὐκοῦν καὶ ἡμῖν νευστέον — ἐλπίζοντας.* Matth. §. 447. 4. Ad *εἰςφέροντας* supplendum est *ὑμᾶς,* ut saepissime. Cf. §. 5. 30. Phil. I. §. 32. — *εἴπερ τις ὑμῖν προςέξει τὸν νοῦν.* Vid. ad Phil. I. §. 6. Futurum eadem ratione, qua supra §. 11 *διδάξει* positum est. *Οὕτως, φησὶν, ἀπιστοῦσιν ἡμῖν μηδὲν ποιοῦσιν, ὅτι, κἂν θεάσωνται ἡμᾶς ποιοῦντας, θαυμάζω, εἰ καὶ τότε ἡμῖν πιστεύουσιν, ὅτι ποιοῦμεν.* *Ulpianus.* Xenoph. Cyr. VIII, 6, 15 Cyrus ad suos haec dicit: *ἃ δ' ὑμᾶς φημὶ χρῆναι ποιεῖν, ταῦτα καὶ αὐτὸς πειρῶμαι πάντα πράττειν.* Cf. Phil. I. §. 6. — *τὰ συμμαχικά.* Res pro persona. Vid. ad Phil. I, §. 8. — *ἔχοντα φανήσεται.* Vid. ad §. 2: *φαίνεσθαι προϊεμένους.* De sensu totius loci cf. Phil. I. §. 8. — τὰ

ἐν μὲν προςθήκης μέρει ἐστί τις οὐ σμικρά, οἷον ὑπῆρξέ ποθ' ὑμῖν ἐπὶ Τιμοθέου πρὸς Ὀλυνθίους· πάλιν αὖ πρὸς Ποτίδαιαν Ὀλυνθίοις ἐφάνη τι τοῦτο συναμφότερον· νυνὶ δὲ Θετταλοῖς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσι καὶ τεταραγμένοις ἐπὶ τὴν τυ-

§. 14. νοσοῦσι καὶ) Haec verba, quae vulgo leguntur, Bekk. cum nonnullis codd. omisit. At aptissima sunt verbis sequentibus, quibuscum solent conjungi. Vid. adn. —

τῆς οἰκείας ἀρχῆς. Vid. ad Phil. I. §. 12. De re cf. §. 15 sqq. —

§. 14. ἐν προςθήκης μέρει, *in additamenti parte, loco additamenti, als Zusatz.* Hoc modo ἐν μέρει, addito Genitivo, notat *statum* et *conditionem* alicujus rei, *partes*, quae alicui assignantur; unde ἐν μέρει τινὸς τίθεσθαι, *parem alicui haberi.* Cf. Olynth. II. §. 31. adv. Mid. p. 568, 6: τοῦτ' ἐν εὐεργεσίας ἀριθμήσει μέρει. Xenoph. Cyr. VI, 1, 28: ἔδοξε δ' αὐτῷ — τοῦτο ἐν ἀκροβολιστῶν μέρει εἶναι, καὶ εἰς τὸ κρατεῖν οὐδὲν μέγα μέρος συμβάλλεσθαι. Unde dictio: ἐν οὐδενὸς μέρει εἶναι §. 18, *nullo in numero haberi.* Vig. p. 108. Cic. Phil. XI, c. 1: *mors in beneficii parte numeratur.* Terent. Heaut. I, 1, 5: *Quod ego in propinqua parte amicitiae puto.* Προςθήκη est *additamentum,* modo in bonam, modo in malam partem. Nostro quidem loco contemptus non in hoc verbo, sed in toto contextu situs est. Mala autem significatione legitur Olynth. II. §. 31. Sic Cic. pro Sext. c. 31 per contemptum vocat Stalenum: *Intercessit Ligus iste nescio qui, additamentum inimicorum meorum.* — οἷον, *exempli causa, ut hoc utar. Schaefer.* Xenoph. Mem. I, 1, 9; III, 1, 4. Idem notat ὥςπερ. — ὑπῆρξε, *adfuit, fuit.* Vid. ad Phil. §. 12. — ἐπὶ Τιμοθέου πρὸς Ὀλυνθίους, *duce Timotheo adversus Olynthios.* Hanc enim significationem ἐπί cum Genitivo habet. Xenoph. Cyr. VIII, 8, 15: ἐπὶ Κύρου, *Cyro rege.* Omnino significat *tempus,* quo res aliqua fit aut aliquis vivit. Olynth. II. §. 2. Non certum est, ad quam expeditionem Timothei adversus Olynthios hoc pertineat. Auctore Corn. Nepote Tim. c. 1 Olynthios et Byzantios bello subegit; et Diod. Sic. XV, 47 narrat, multas eum civitates in illa terra Atheniensibus subjecisse. Eo tempore (Olymp. CI, 3) Amyntas Macedoniae imperavit, qui Atheniensibus foedere junctus auxilio iis contra Olynthios fuit. Proleg. §. 1. Lucches. p. 219 sqq. Πρὸς γὰρ Ὀλυνθίους πολεμοῦσιν Ἀθηναίοις συνεμάχησε Περδίκκας, ὁ ἀδελφὸς Φιλίππου μετὰ τῶν Μακεδόνων. *Ulpianus.* Aut igitur, ut alii putant, Amyntas Perdiccam filium Atheniensibus auxilio misit; aut, quae est sententia Voemelii, regnante Perdicca, Atheniensibus adversario, tum autem reconciliato, iterum (Ol. CIV, 1) Timotheus septentrionem versus profectus urbes Toronem et Potidaeam cepit (Proleg. §. 5. Diod. XV, 81), qua in re Olynthii ei repugnabant, Perdiccas autem auxilio erat. Vid. *Voemel.* Fr. Jacobs. in vers. Germ. p. 204 sq. putat, illam priorem expeditionem significari, in qua Amyntas, quamquam cum Lacedaemoniis foedere junctus Olynthum aggressus fuisset (Ol. C, 1), tamen ab illis, quum urbem captam in suam ipsorum potestatem redegissent, defecerit seque Atheniensibus adjunxerit. Teste Aeschine de fals. leg. p. 211 sqq. Amyntas fidem Atheniensibus usque ad mortem servavit. Sed certi aliquid in hisce haud facile invenietur. Vid. Proleg. §. 15. De Timotheo vid. ad Phil. I. §. 23. 47. Olynth. II. §. 28. Fuit Cononis filius, nec minus rebus bellicis, quam literis excelluit. Cic. Off. I, 32: *quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam: — quod idem fecit Timotheus, Cononis filius, qui, quum belli laude*

ραννικὴν οἰκίαν ἐβοήθησε· καὶ ὅποι τις ἂν, οἶμαι, προσθῇ κἂν μικρὰν δύναμιν, πάντ' ὠφελεῖ· αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενὴς καὶ πολλῶν κακῶν ἐστὶ μεστή. Καὶ γὰρ οὗτος ἅπασι 15 τούτοις, οἷς ἄν τις μέγαν αὐτὸν ἡγήσαιτο, τοῖς πολέμοις καὶ ταῖς στρατείαις, ἔτ' ἐπισφαλεστέραν αὐτὴν, ἢ ὑπῆρχε

ἐβοήθησαν) Par. 1, Barocc., Bav., Meerm., Vossianus, Ald. prior, sed in posteriore est vulgata. Haec esset constructio ad sensum h. l. non ferenda. — *πάντ' ὠφελεῖ).* Reisk. mavult *πάντως ὠφελεῖ*, *utique, semper, certe prodest.* At hoc idem fere *πάντα* notat. Vid. adn.

non inferior fuisset, quam pater, ad eam laudem doctrinae et ingenii gloriam adjecit. Vid. Rumpf. de orat. Dem. adv. Timoth. Corn. Nep. vit. Timoth. Ejus expeditiones dinumeravit et temporum ratione in ordinem digessit Voemelius, quem vid. — *πρὸς Ποτίδαιαν Ὀλυνθίοις.* Vid. ad §. 7. — *ἐφάνη τι*, *aliquid*, i. e. *magnum aliquid apparuit.* *Τὶς* et *τὶ* interdum per emphasin dicuntur, ut exprimant *eximium aliquem* et *magnum quid, insigne.* Cf. §. 1. Olynth. II. §. 6. Xenoph. Cyr. I, 4, 20: *ταῦτ' εἰπὼν ἔδοξέ τι λέγειν τῷ Ἀστυάγει.* Plat. Symp. c. 1, 4. Plut. Them. c. 11: *πειρώμενόν τι λέγειν.* Huc pertinet formula *οἶμαί τι εἶναι, puto me aliquem esse.* Opponitur *οὐδὲν* sive *μηδὲν λέγειν.* Xenoph. Cyr. VIII, 3, 20: *ὃς μὲν ἂν μηδὲν δοκῇ ὑμῖν λέγειν.* Isocrat. Paneg. p. 42. §. 4. Vig. p. 152 et 731. Latini hoc imitantur. Cic. Rosc. A. §. 52: *nunc dicis aliquid.* pro Dejot. §. 35. Ovid. Fast. VI, 27: *Est aliquid, nupsisse Jovi, Jovis esse sororem.* Cic. Tusc. Disp. I, 20: *Etenim si nunc aliquid assequi se putant.* — *τοῦτο συναμφότερον, σὺν ἄλλῳ γενόμενον, Ulpianus.* Olynthiorum et Macedonum vires conjunctae. — *Θετταλοῖς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσι.* De Thessalorum rebus vidimus ad §. 7. *Νοσεῖν* tropice de civitatibus turbulentis et discordibus dicitur, seu omnino, in quibus vitia dominantur. Cf. Xenoph. Mem. III, 5, 18. Vitia enim saepe comparantur cum morbo. Quod sequitur *στασιάζουσιν*, est interpretationi antecedentis verbi, qui mos Demosthenis usitatissimus est. Vid. ad §. 20 et ad Olynth. III. §. 3. Phil. III. §. 12. Diod. Sic. XI, 86: *ἐνόσουν αἱ πόλεις καὶ πάλιν εἰς πολιτικὰς στάσεις καὶ ταραχὰς ἐνέπιπτον.* Plat. de Republ. V, 16 cit. Bremio: *Ἕλληνας δὲ Ἕλλησιν, ὅταν τι τοιοῦτον δρῶσι (πολεμοῦσι), φύσει μὲν φίλους εἶναι, νοσεῖν δὲ ἐν τῷ τοιούτῳ τὴν Ἑλλάδα καὶ στασιάζειν, καὶ στάσιν τὴν τοιαύτην ἔχθραν κλητέον.* Philippus, si civitatem aliquam domesticis seditionibus vexari audiebat, morbo eam laborare et egere medicina dictitabat. Cf. Olynth. II. §. 33, ubi Athenienses morbo laborantes dicuntur. Vid. Baehr. ad Plut. Philopoem. c. 1. Cic. Caecil. 21 de civitate malis judiciis laborante: *Hoc remedium est aegrotae ac prope desperatae rei publicae.* pro Sull. c. 27: *morbus rei publicae.* Vid. not. crit. — *ὅποι τις ἂν, οἶμαι, προσθῇ, ad quamcunque rem, opinor, vel parvae vires adduntur.* De *οἶμαι* vid. ad §. 10. De Conjunctivo *προσθῇ* ad Phil. I. §. 3 et 26. Cf. infra §. 16. Similis locus est Xenoph. Cyr. VII, 4, 15: *σὺν μὲν γὰρ ἄλλῃ δυνάμει μάλα ἐστὶν, ἔνθα ἰσχυρῶς ὠφελοῦσι σφενδονῆται παρόντες, αὐτοὶ δὲ καθ' ἑαυτοὺς οὐδ' ἂν οἱ πάντες σφενδονῆται μείνειαν πάνυ ὀλίγους ὁμόσε ἰόντας σὺν ὅπλοις ἀγχεμάχοις.* — *πάντ' ὠφελεῖ, omnino juvat, prodest.* *Πάντα* sine articulo adverbialiter saepius ponitur, *omnino, utique, omni ex parte, quovis respectu.* Soph. Trach. 338: *τούτων ἔχω γὰρ | πάντ' ἐπιστήμην ἐγώ.* Id. Ant. 717. Isocr. Arch. p. 129. §. 62: *εἰ καὶ μὴ πάντα μεθ' ἡμῶν εἰσίν.* Idem notat Singularis *τὸ πᾶν.* Vid. Vig. p. 22. Huic formulae opponitur

φύσει, κατεσκεύακεν ἑαυτῷ. μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς αὐτοῖς Φίλιππόν τε χαίρειν καὶ τοὺς ἀρχομένους· ἀλλ' ὁ μὲν δόξης ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦτο ἐζήλωκε καὶ προῄρηται πράττων καὶ κινδυνεύων, ἂν συμβῇ τι, παθεῖν,
16 τὴν τοῦ διαπράξασθαι ταῦτα, ἃ μηδεὶς πώποτε ἄλλος Μακεδόνων βασιλεὺς, δόξαν ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀσφαλῶς ᾑρημένος· τοῖς δὲ τῆς μὲν φιλοτιμίας τῆς ἀπὸ τούτων οὐ μέτεστι, κοπτόμενοι δὲ ἀεὶ ταῖς στρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω κάτω λυποῦνται καὶ συνεχῶς ταλαιπωροῦσιν, οὔτ' ἐπὶ

§. 16. ἄνω τε καὶ κάτω) Vulg. Sed vid. adn. —

οὐδὲν ὠφελεῖ. Male igitur *Reiskius* πάντως legi vult. De sententia *Voemel.* citat Isocrat. Paneg. p. 69. §. 139: ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις καιροῖς πολλάκις μικραὶ δυνάμεις μεγάλας τὰς ῥοπὰς ἐποίησαν. —

§. 15. οὗτος. Philippum innuit. „Non puto h. l. contemptim dici, ut *Rüdigero* visum est. Quum enim orator in antecedentibus de Macedonia in universum egerit, nunc ad Philippum convertitur. Igitur οὗτος sensu vulgari dictum.“ *Schaefer.* — οἷς ἄν τις — ἡγήσαιτο. Vid. ad Phil. I. §. 42. Infra §. 17 ἄν τις σκέψαιτο. De indefinito τὶς vid. ad Phil. I. §. 8. — ἐπισφαλεστέραν. Ἀσθενεστέραν οὐ λέγει τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ. διότι μισοῦσιν αὐτὸν δι' ἅπερ αὐτὸς ποιεῖ, ὡς ὑποφέρει, ἢ ὅτι τῇ συνεχεῖ τριβῇ κατακοπτόμενοι ἀσθενέστεροι γίνονται. Cf. §. 16. — τοῖς αὐτοῖς — ἀρχομένους. Hanc sententiam latius exprimit Phil. I. §. 8. — τοῦτο ἐζήλωκε. Ex praecedente δόξης ἐπιθυμεῖ ad τοῦτο assumendum δόξην λαμβάνειν. Ita neutrum τοῦτο haud raro sequitur Substantiva abstracta alius generis. *Bremius.* Plat. Phaedr. p. 232. A: Ἔτι δὲ τοὺς μὲν ἐρῶντας πολλοὺς ἀνάγκη πυθέσθαι καὶ ἰδεῖν ἀκολουθοῦντας τοῖς ἐρωμένοις καὶ ἔργον τοῦτο ποιουμένους, ubi τοῦτο refertur ad praecedens ἀκολουθοῦντας. Eurip. Or. 785: Orest. εὐλαβοῦ λύσσης μετασχεῖν τῆς ἐμῆς. Pylad. τόδ' οὖν ἴτω. Matth. Gr. §. 439. De hujus Perfecti usu *Herm.* de emend. rat. gr. gr. p. 186 dicit: „tempus significat praeteritum terminatum praesenti tempore ita, ut res, quae Perfecto exprimitur, nunc peracta dicatur, illudque jam, peractam rem esse, praesens sit.“ Matth. §. 479. Ita Perfectum praesens quoque tempus complectitur. Hor. Od. III, 5, 1: *Coelo tonantem credidimus Jovem regnare.* — ἂν συμβῇ τι. Vid. ad Phil. I. §. 11. —

§. 16. διαπράξασθαι. Vid. ad Phil. I. §. 31. — Μακεδ. βασιλεύς, sc. διεπράξατο. — τὴν — δόξαν. Attende Articulum multis verbis interjectis a Substantivo suo sejunctum, quod genus constructionis Ὑπερβατὸν Grammatici vocant. Vid. ad Phil. I. §. 20. Phil. II. §. 2. 29. de Pac. §. 8. — δόξαν ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀσφαλῶς ᾑρημένος. Diod. Sic. XVI, 3: πρὸς δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων εὐστόχως ἀντεμηχανᾶτο. Theopomp. ap. Athen. X, 435: Φίλιππος ἦν τὰ μὲν φύσει μανικὸς καὶ προπετὴς ἐπὶ τῶν κινδύνων, τὰ δὲ διὰ μέθην. *Voemel.* Bene ejus mores expressit Justin. IX, 8. Cf. §. 18. Vid. ad Phil. I. §. 18. — φιλοτιμίας τῆς ἀπὸ τούτων οὐ μέτεστι. De Praepositione ἀπὸ vid. ad Phil. I. §. 29. *Voemel.* bene comparat Xenoph. Cyr. I, 6, 25: τῶν ὁμοίων σωμάτων οἱ αὐτοὶ πόνοι οὐχ ὁμοίως ἅπτονται ἄρχοντός τε ἀνδρὸς καὶ ἰδιώτου, ἀλλ' ἐπικουφίζει τι ἡ τιμὴ τοὺς πόνους τῷ ἄρχοντι καὶ αὐτὸ τὸ εἰδέναι, ὅτι οὐ λανθάνει, ὅ τι ἂν ποιῇ. φιλοτιμία h. l. idem est, quod δόξα, *decus*, *gloria.* Vid. ad §. 3. 16. — κοπτόμενοι, ταλαιπωρού-

τοῖς ἔργοις οὔτ' ἐπὶ τοῖς αὑτῶν ἰδίοις ἐώμενοι διατρίβειν, οὔθ' ὅσ' ἂν πορίσωσιν οὕτως, ὅπως ἂν δύνωνται, ταῦτ' ἔχοντες διαθέσθαι, κεκλειμένων τῶν ἐμπορίων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ διὰ τὸν πόλεμον. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ Μακεδόνων 17 πῶς ἔχουσι Φιλίππῳ, ἐκ τούτων ἄν τις σκέψαιτο οὐ χαλεπῶς. Οἱ δὲ δὴ περὶ αὐτὸν ὄντες ξένοι καὶ πεζέταιροι δόξαν μὲν

πορίσωνται οὕτως, ὅπως) Lambin. in ind. Sed vid. ad Phil. I. §. 29. — *κεκλεισμένων)* Vulg. Utramque formam agnoscunt Attici. Vid. Buttm. Gr. ampl. II. p. 169. Saepe variant in hac forma codices. Bekkerus ex Aug. 3 vetustiore manu *κεκλῃμένων* dedit, quam scripturam unice veram probat Elmsl. ad Eurip. Herc. f. 729. Vid. Stallbaum. ad Plat. Protag. c. 35.

μενοι. Ulpianus; vexati, eo sensu, quo Cic. pro Mil. c. 2: *Quid nobis duobus laboriosius? quid magis sollicitum, magis exercitum dici aut fingi potest.* Thuc. VIII, 13: *καὶ κοπεῖσαι ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νεῶν.* — *ταύταις.* Vid. ad Phil. I. §. 4. — *ἄνω κάτω, huc illuc.* Vid. ad Phil. I. §. 41; III. §. 36. Bene *Schaeferus:* „Vulgi sermo, quem orator h. l. militum querelas exprimens videtur imitatus, hanc breviloquentiam amavit: qui cultius aut gravius loquerentur, usi sunt copula aut altera aut utraque." — *ἐπὶ τοῖς ἔργοις — τοῖς ἰδίοις. Τὰ ἔργα* sunt arva et sata omnia, quibus colendis vita toleratur, victus quaeritur. *Τὰ ἴδια* propria cujusque domicilia, opificia et res familiaris. *Reisk. ἔργα ποτὲ μὲν τὰ περὶ τὴν ταλασιουργίαν, ποτὲ δὲ τὰ κατὰ τὴν γεωργίαν. Hesych.* Xenoph. Mem. I, 5, 2: *ἔργων ἐπίστασις, rerum rusticarum administratio.* Herod. I, 36: *ὁρμεώμενος δὲ οὗτος ἐκ τοῦ οὔρεος τούτου τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διαφθείρεσκε.* Vig. p. 88 sq. — *πορίσωσιν, quaecunque sibi comparaverunt.* Vid. ad Phil. I. §. 29. *Hesych.* recte interpretatur *κερδαίνειν, lucrum facere*, sc. ex operibus suis. De Conjunctivo vid. ad §. 14. — *ὅπως ἂν δύνωνται, quomodo* (alias) *possint.* Sermo est de re praesenti; unde Conjunctivus, ut apud Relativa, positus est. Vid. ad Phil. I. §. 3. — *ἔχοντες διαθέσθαι, δυνάμενοι πωλῆσαι.* Schol. *διαπιπράσκειν, vendere in varios locos, divendere, absetzen.* Xenoph. Cyr. IV, 5, 42: *καὶ ταῦτα διαθεμένους, ἀλλὰ ἄγειν (ἐκέλευσεν), ὅπως οἴχηται ἡμῖν τὸ στρατόπεδον.* Id. Hell. IV, 8, 24: *διαθέμενος, ἃ ἔλαβεν, ἐς Ῥόδον — ἐβοήθει.* Cf. Herod. I, 194. — *διὰ τὸν πόλεμον, φοβουμένων τῶν ἐμπόρων, μὴ λῃσταῖς περιπεσόντες καὶ περὶ τῶν σωμάτων κινδυνεύσωσι. Wolf. καὶ μηδενὸς ἐμπορευομένου διὰ τὸν πόλεμον. Ulpianus.* —

§. 17. *οἱ μὲν οὖν πολλοὶ Μακεδόνων, plerique Macedonum.* Vid. ad Phil. I. §. 38. „Postquam et sociorum et Macedonum fidem in dubium vocavit, etiam mercenarios milites in contemptum adducit." *Wolf.* — *ἔχουσι.* Subaudi *γνώμης. Φιλίππῳ* idem est atque *πρὸς Φίλιππον. Reisk.* — *πεζέταιροι.* Harpocrat. s. v. *Ἀναξιμένης ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν περὶ Ἀλεξάνδρου λέγων φησίν: „Ἔπειτα τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους ἱππεύειν συνεθίσας ἑταίρους προσηγόρευσε, τοὺς δὲ πλείστους καὶ τοὺς πεζοὺς εἰς λόχους καὶ δεκάδας καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διελὼν πεζεταίρους ὠνόμασεν· ὅπως ἑκάτεροι, μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρίας, προθυμότατοι διατελῶσιν ὄντες.* Anecdd. Bekk. p. 289: *πεζέταιροι· οἱ περὶ τὸ σῶμα τοῦ Φιλίππου φρουροί. ἦσαν δὲ οὗτοι καὶ πρῶτοι καὶ ἰσχυροί.* Erant igitur pedites ad regis corporis custodiam delecti, quos, ut equites delectos *ἑταίρους*, ita, ut honorem iis tribueret, *πεζεταίρους* vocavit. — *συγκεκροτημένοι, δεινοὶ πολεμισταί. Wolf.* „*Συγκροτεῖσθαι* proprie dicuntur, qui tympanorum pulsu congregantur, tum qui con-

ἔχουσιν, ὡς εἰσὶ θαυμαστοὶ καὶ συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου, ὡς δ' ἐγὼ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γεγενημένων τινὸς ἤκουον, ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἵου τε ψεύδεσθαι, οὐδένων εἰσὶ
18 βελτίους. Εἰ μὲν γάρ τις ἀνήρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς οἷος ἔμπειρος πολέμου καὶ ἀγώνων, τούτους μὲν φιλοτιμίᾳ πάντας ἀπωθεῖν αὐτὸν ἔφη, βουλόμενον πάντα αὐτοῦ δοκεῖν εἶναι τὰ ἔργα (πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν φιλοτιμίαν

---

gregati instituuntur et in re habiles redduntur. Hinc qui perfecti sunt in re, summum perfectionis gradum assecuti. Herodian. VII, 2, 4: *εἰς πολεμικὴν ἄσκησιν συγκεκρότητο.*" *Bremius.* Sunt igitur *milites rebus bellicis exercitati.* Dem. Mid. p. 520, 11: *αὐτὸς συγκροτεῖν καὶ διδάσκειν ᾤετο δεῖν τὸν χορόν,* de choro ad concentum instituendo. *Buttm.* ad h. l. docet, verbum proprium esse de re ita componenda et instruenda, ut partes omnes conspirent et concinant. Sic de navibus Xenoph. Hell. VI, 2, 12: *οὐ φαῦλον ἡγούμενος εἶναι, ἐπὶ συγκεκροτημένας ναῦς εἰκῆ περιπλεῦσαι.* — *ὡς δ' ἐγὼ — τινὸς ἤκουον.* Vid. ad Olynth. III. §. 22 et de rectione verbi *ἀκούειν* ad Olynth. III. §. 1. — *οἵου τε ψεύδεσθαι, qui non talis est, ut mentiatur.* Hoc additamento firmat orator ea, quae dicit. De *οἷός τέ εἰμι* vid. ad Phil. I. §. 9 et proxime §. 18. — *οὐδένων εἰσὶ βελτίους,* i. e. *οὐδ' εἰσὶ βελτίους τῶν ἄλλων ἀνθρώπων,* vel: *οὐκ εἰσὶ βελτίους ἄλλων τινῶν.* Cf. Olynth. III. §. 27 extr. Plat. Alcib. II. p. 148 cit. *Voemel. οὐδένων ἧττον εὐτυχεῖς εἰσιν ἄνθρωποι.* Xenoph. Mem. I, 5, 6: *δουλεύειν δουλείαν οὐδεμιᾶς ἧττον αἰσχράν.* Similis Conjunctio est *aliquis* pro *alius quis* apud Cic. Off. I, 7: *aut ira aut aliqua perturbatione incitatus.* Vid. ad Cic. pro Lig. §. 22. Re autem vera valde exercitatos fuisse et multis aliis excelluisse Philippi milites, docuimus in Proleg. §. 4. Demosthenes oratorie rem modo minuere, modo augere solet, quemadmodum res postulare videtur. Vid. supra §. 8. ad Phil. III. §. 24. —

§. 18. *οἷος ἔμπειρος πολέμου,* i. e. *τοιοῦτος, οἷος ἔμπειρος* etc. Sic *οἷος* Adjectivis, intellecto *τοιοῦτος,* non raro additur, ut exprimatur, talem aliquem esse, qui pro natura sua efficere aliquid aut velit aut possit. Quare non vitiose redundat, ut Reiskius putat. Aristoph. Vesp. 970 cit. Rüdig.: *ὁ δ' ἕτερος οἷός ἐστιν οἰκουρὸς μόνον.* Plat. Theaet. p. 166: *εἰ μέν τοι ἦν ἀντιλογικὸς οἷος ἀνήρ, si talis vir hic adesset, qualis est contentiosus.* Vig. p. 119. Matth. §. 445. b. Saepius Infinitivis eadem fere significatione adjungitur (cf. §. 19), ubi interdum *τοιοῦτος* omittitur. — *τούτους.* Pluralis, qui pendet ab indefinito *τις,* recte se habet, quoniam *τις* est collectivum, et genus indicat. Matth. §. 434. 2. b. Vid. de Pac. §. 19. Phil. I. §. 7. Xenoph. Cyr. IV, 5, 39: *ὅστις δὲ εἰς ἐνδεόμενά του κατεσκήνωσε, τούτους ὑμεῖς σκεψάμενοι τὸ ἐλλεῖπον ἐκπληρώσατε.* Id. Mem. I, 2, 62. Soph. Ant. 703: *ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ ||, ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν ||, οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.* Terent. Eun. Proleg. 1 sqq: *Si quisquam est, qui placere sese studeat bonis || quam plurimis, et minime multos laedere ||, in his poëta hic nomen profitetur suum.* — *φιλοτιμίᾳ,* i. e. *φιλοδοξίᾳ,* ut proxime et §. 5. 16. „Neque hic de *κενοδοξίᾳ* intelligendum. Sane non *κενά* fuerunt, de quibus Philippus, illorum Napoleo temporum, gloriaretur. Sensit damno suo omnis Graecia, ut hac aetate Germania, cum praeda cederet Philippo Cyrneo.“ *Schaefer.* — *φιλοτιμίαν — ἀνυπέρβλητον.* „Quin et ipse plus se laetitiae ex prospero strategemate, quam ex qualibet victoria capere fatebatur. Diod. Sic. XVI, 95.“ *Tourr.* De liberalitate Philippi arteque homines sibi

τἀνδρὸς ἀνυπέρβλητον εἶναι). εἰ δέ τις σώφρων ἢ δίκαιος
ἄλλως, τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρασίαν τοῦ βίου καὶ μέθην καὶ
κορδακισμοὺς οὐ δυνάμενος φέρειν, παρεῶσθαι καὶ ἐν οὐ-
δενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον. Λοιποὺς δὴ περὶ αὐ- 19
τὸν εἶναι λῃστὰς καὶ κόλακας καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, οἵ-

---

§. 18. παρεωρᾶσθαι) *despicatui habet*, vulg. probante Schaefero. Sed plerique codd. habent παρεῶσθαι, quae lectio gravior est et bene congruit superiori ἀπωθεῖν. Gravitas autem bene mitigatur additis καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει, quibus verbis praecedens explicatur more Demosthenico, de quo vid. ad Olynth. III. §. 3. Vid. etiam adn. ad h. l. —

§. 19. λῃστάς) Offenderunt interpretes in hac lectione ab omnibus libris confirmata, quod *latrones* cum *parasitis* jungantur. Quare Valcken. (Orat. de Phil. ind. p. 340) conjecit γελοιαστάς ex Athen. VI. p. 246. C, ubi Philopator narrat, regem ex tota urbe convivas vocasse, qui γελοιασταί dicti sint. Reisk. voluit δικελιστάς i. e. θαυματοποιούς, *mimos, histriones;* Hermann. ex Athen. X, 435 αὐλητάς. At nihil mutandum est. Vid. adn. —

---

comparandi vid. ad Phil. I. §. 18. De moribus ejus vid. ad Phil. I. §. 9. Olynth. III. §. 3. Proleg. §. 4. — σώφρων ἢ δίκαιος ἄλλως, *si quis temere et casu quodam moderatus est et justus.* Haec verissima interpretatio Adverbii ἄλλως esse videtur. Alii exponunt, quae primitiva notio est, *alio modo, alia ex causa,* sc. quam ex vera, i. e. *sine certa causa.* Hesych. ἄλλως· ὡς ἔτυχεν. Alii autem explicant ὅλως, *omnino, mere, nonnisi,* hoc sensu: *siquis est moderatus et justus tantum, ac non idem ebrius, lascivus* etc. At nimis subtiles istae explicationes sunt. Vig. p. 577. De omisso ἐστὶ vid. ad Phil. I. §. 29. „*Propositio* est, satellites nihilo praestantiores esse aliis. *Confirmatio* constat remotione partium: 1) viri fortes pelluntur ex aemulatione; 2) viri modesti negliguntur. Restant igitur latrones, adulatores, etc.“ *Wolf.* κορδακισμούς, ὀρχήσεις ἀσχημόνας. Schol. *Hesych.* s. v. κόρδαξ explicat τὰ τῶν μίμων γελοῖα καὶ παίγνια. Erat igitur saltatio petulans, ad risum composita, lasciva parumque honesta. Ceterum Valcken. (Orat. de Phil. Maced. p. 252) recte dicit: Quis tandem imperator in gregario milite morum exegit castimoniam? corpora tantum requiruntur, ad jubentis nutum exsequendum parata, quae corpora spiritus unus animat et movet imperatorius. — δυναμένους. Rüdigerum hoc Participium pro Substantivo sumentem refutavit Bremius (Philolog. Beyträge aus der Schweiz Vol. I. p. 172 sqq), dicens, Participium h. l. esse oppositionem. Ceterum vid. ad §. 2. — παρεῶσθαι, i. e. καταφρονεῖσθαι, quod Schol. in cod. Bav. superscriptum est. Vid. not. crit. — ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει, *nullo in loco, numero esse,* i. e. *nihili aestimari.* Vid. ad §. 14. At rem valde auget orator noster. Non pauci enim Graeci, qui in eruditissimis erant, apud eum versabantur; et in quo circulo ac grege erat Aristoteles, Alexandri magister, in eo non omnes tam perditis fuisse moribus credendum est, quales orator describit. Isocrat. ad Phil. §. 19. Dem. de cor. §. 136. Vid. ad Phil. I. §. 18. —

§. 19. λῃστάς. *Ulpianus:* οἱονεὶ ἅρπαγάς τινας στρατιώτας. *Forbigerus* in programmate 1822 bene explicat λῃστάς milites leviter armatos, voluntarios fortasse, quibus minus curae erat fortiter pugnare, quam populando, praedando, latrocinando quaestum facere, et opes atque pecuniam lucrari. Vid. ad Phil. I. §. 23. *Schaeferus* laudat Xenoph. Hell. IV, 8, 35: Ἀναξίβιος καὶ Ἰφικράτης λῃστὰς διαπέμποντες ἐπολέμουν ἀλλήλοις. Adde Hell. II, 1, 30: (Λύσανδρος) ἔπεμψε Θεόπομπον τὸν Μιλήσιον λῃστὴν ἐς Λα-

ους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι. Δῆλον δ' ὅτι ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ· καὶ γὰρ οὓς ἐνθένδε πάντες ἀπήλαυνον, ὡς πολὺ τῶν θαυματοποιῶν ἀσελγεστέρους ὄντας, Καλλίαν ἐκεῖνον τὸν δημόσιον καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, μίμους γελοίων καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν

κεδαίμονα, ἀγγελοῦντα τὰ γεγονότα. Opponuntur militibus artis militaris peritis latrones, honestis autem et probis adulatores. Omnino varia genera hominum, quos secum habebat Philippus, describuntur, in quibus quum milites pudici et sobrii versari nolint, repudiantur; retinentur autem tantummodo ii, quos lascivire una cum mimis et nugatoribus non pudet. Quare nihil contra codicum omnium auctoritatem tentandum est. Vid. not. crit. *A. G. Becker.* citat Plaut. mil. gl. I, 1, 72 sqq.

Videtur tempus esse, ut eamus ad forum,
Ut in tabellis quos consignavi hic heri
Latrones, illis dinumerem stipendium.
Nam rex Seleucus me opere oravit maximo,
Ut sibi latrones cogerem, et conscriberem. Vid. Scalig.

ad h. l. — οἵους ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, *qui ea saltant*, i. e. *in hunc modum saltant.* Memorabilis est usus verbi ὀρχεῖσθαι adjecto Accusativo, sensu: *aliquem s. aliquid saltando exprimere.* Athen. I. p. 22: Τελέστης ὁ Αἰσχύλου ὀρχηστὴς οὕτως ἦν τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως. Simili ratione dicitur χορεύειν θεόν, *deum choreis celebrare*, Soph. Ant. 1139. Hunc usum imitantur Latini. Hor. Sat. I, 5, 63: Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat. Vid. Heind. ad h. l. Οἷος cum Infinitivo junctum notat *posse, solere, paratum, affectum, animatum esse,* aut *qui velit, qui ad rem, de qua agitur, sit proclivis.* Vig. p. 118. 911. Xenoph. Hell. VI, 5, 7: καὶ γὰρ τοιοῦτος ὁ Στάσιππος ἦν, οἷος μὴ βούλεσθαι πολλοὺς ἀποκτιννύναι τῶν πολιτῶν. Plat. Phaed. c. 28: οὐ δοκεῖ σοι τὸ θεῖον, οἷον ἄρχειν τε καὶ ἡγεμονεύειν, πεφυκέναι, i. e. τοιοῦτον τὸ θεῖον, οἷον. Cf. ibid. Crit. c. 6. Xenoph. Cyr. II, 2, 16. Fischer. ad Well. III, 2, p. 13 sq. In ejusmodi enuntiationibus οἷος pro ὥστε ponitur. Matth. §. 473. Not. 2. Omnino post Relativa Infinitivus ponitur, si in oratione obliqua ad enuntiationem primariam in Infinitivo expressam accedit enuntiatio relativa, qua illa definitur, et res aliqua non certa, sed ex hominum fama profecta describitur. Rost Gr. p. 634. — οἷα — ὀνομάσαι. Eodem fere sensu dicit Cic. Phil. II. §. 47: *sunt quaedam* (flagitia), *quae honeste non possum dicere.* ὀκνῶ. Etymolog. M. p. 620. l. 47; Δημοσθένης ἐν δευτέρῳ Φιλιππικῶν τὸ ὀκνεῖν ἀντὶ τοῦ φοβοῦμαι εἶπε καὶ δέδοικα. — δῆλον δ' ὅτι ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ. Noti hominis flagitiosi exemplo narrationem probare studet, ut Aeneas Virgilianus (II, 65): *Accipe nunc Danaûm insidias et crimine ab uno disce omnes. Wolf.* οὓς — πάντες ἀπήλαυνον, *qui omnium consensu pellebantur.* Brem. — θαυματοποιῶν, Θαυματοποιοί, praestigiatores, dicuntur ii, qui gesticulationibus ludicris magno saepe vitae periculo varias nugas in vulgus edebant administrationemque et risum movebant, *Taschenspieler, Gaukler. Mount.* ad h. l. — ἀσελγεστέρους. Vid. ad Phil. I. §. 9. — Καλλίαν ἐκεῖνον τὸν δημόσιον. *Schol.* ὁ Ἀθηναίων δῆμος ἔθος εἶχεν ὠνεῖσθαι οἰκέτας γράμματα ἐπισταμένους, τοὺς δὲ εὐνοϊκῶς δουλεύοντας ἐλευθεροῦν. Ὁ δὲ Καλλίας εἷς ὢν τῶν οἰκετῶν καὶ καταγνωσθεὶς ἔφυγεν εἰς Μακεδονίαν καὶ διέτριβε παρὰ Φιλίππῳ. Iidem ducibus in bellum proficiscentibus eorumque Quaestoribus addi solebant, quippe qui, quum cives non

ᾀσμάτων, ὧν εἰς τοὺς συνόντας ποιοῦσιν ἕνεκα τοῦ γελασθῆναι, τούτους ἀγαπᾷ καὶ περὶ αὑτὸν ἔχει. Καίτοι 20 ταῦτα, εἰ καὶ μικρά τις ἡγεῖται, μεγάλα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης καὶ κακοδαιμονίας ἐστὶ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. Ἀλλ', οἶμαι, νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη. εἰ δέ τι πταίσει, τότ' ἀκριβῶς

§. 20. *καὶ συσκιάσαι)* Hae voces absunt a Bav., sed in margine hoc est scholium: συγκρύψαι ἀντὶ τοῦ συσκιάσαι. „Etsi Demosthenes vocum ἰσοδυνάμων usu luxuriatur, tamen hic pleonasmus, quum modo praecesserit ἐπισκοτεῖ, prope vitiosus est: ut suspicer, καὶ συσκιάσαι glossatori deberi." *Schaeferus.* Bekker. quoque cum codd. Σ F eas omisit. Male; est enim vox συσκιάσαι interpretatio seu correctio antecedentis συγκρύψαι, ut καὶ sit *id est*, de quo usu vid. ad Olynth. II. §. 29. Phil. III. §. 46. Confirmatur etiam nostra lectio ab auctore ep. adv. Phil. p. 155, quem locum vid. in adn. — *πταίσειε)* Vulg. Hoc ferri quidem potest (vid. ad Phil. I. §. 18); sed codd. melioris notae habent πταίσει. —

essent, cruciatibus ad confessionem adduci possent, siquid illi de pecunia publica avertissent. Omnino ad publicum usum adhibebantur. *Ulpian. Boeckh. Staatsh.* I, 222. Erant fere iidem, qui Romae *apparitores*, quibus *scribae*, *praecones*, *lictores*, *accensi* continebantur. Ceterum istum Calliam, de quo nihil compertum habemus, *Lucches.* suspicatur esse eundem, quem *Suidas* s. v. fabularum scriptorem fuisse dicit. — *ἕνεκα τοῦ γελασθῆναι.* Sive impersonaliter, *ut rideatur*, sive *γελασθῆναι τοὺς συνόντας*, ut rideantur ii, qui cantantur, aut ipsi quoque poëtae, risus certe excitandi gratia. *Wolf.* Exemplum habes apud Horat. Sat. I, 5, 56—69. —

§. 20. *τῆς — γνώμης καὶ κακοδαιμονίας.* Daemonum bonos alios, alios malos esse Graeci putaverunt (vid. §. 1); unde *κακοδαιμονία*, quo nomine vox antecedens *γνώμης* utpote notio generalis explicatur (vid. §. 14), ea animi conditio est, qua quis ab infesto daemone abreptus in summam perversitatem ac perniciem praecipitatur, *mentis pravitas atque perversitas.* Etymol. Magn. explicat: *κακοδαίμων ὁ θεῷ ἐπαχθὴς καὶ τὴν ψυχὴν ἔχων ἐμπαθῆ.* Est igitur *κακοδαίμων* idem, qui *θεοβλαβής*, de quo cf. Aesch. Pers. 829. Xenoph. Mem. II, 5, 18: *οὐκ ἂν πολλὴ ἀμαθία εἴη καὶ κακοδαιμονία, τοῖς ἐπ' ὠφελείᾳ διδομένοις ἐπὶ βλάβῃ χρῆσθαι.* Ibid. II, 1, 5. Herod. I. 127. Idem fere significat *ἀτυχής*. Vid. ad Olynth. II. §. 21. De veterum opinione, deos mentem pervertere iis, quos perdere vellent, vid. ad Phil. III. §. 54. — *ἐπισκοτεῖ τούτοις*, *σκότον ἐπάγει, ὁρᾶσθαι οὐκ ἐῶν.* *Wolf.* — *αἱ γὰρ εὐπραξίαι — ὀνείδη.* Cf. Olynth. III. §. 25. Pseudo-Demosth. c. Phil. Epist. p. 155: *αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων. εἰ δέ τι πταίσει, τότ' ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται πάντα ταῦτα.* Sall. Orat. Lep. circa finem (in Fragm. Hist. I) cit. *Voemelio: Secundae res mire sunt vitiis obtentui; quibus labefactis, quam formidatus antea est, tam contemnetur* (Sulla). — De *συσκιάσαι* vid. not. crit. — *ταῦτα, τὰ πράγματα καὶ ὀνείδη, τὰ νῦν λανθάνοντα τοὺς πολλούς.* *Wolf.* — *ἐξετασθήσεται, φανήσεται, ὅτι φαῦλά ἐστιν.* *Wolf.* Ἐξετάζεσθαι est, ut Buttm. in ind. ad Mid. docet, proprie *examinari, recenseri*; hinc, in examine, in recensione vel praesto esse, vel se exhibere; tandem simpliciter *praesto esse, reperiri, se exhibere* (*φαίνεσθαι, erfunden werden, sich beweisen*). Hinc ἀνεξέτα-

αὐτοῦ ταῦτα πάντ' ἐξετασθήσεται. δοκεῖ δ' ἔμοιγε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δείξειν οὐκ εἰς μακρὰν, ἂν οἵ τε θεοὶ θέλωσι καὶ
21 ὑμεῖς βούλησθε. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, τέως μὲν ἂν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν, ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα κἂν στρέμμα κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ· οὕτω καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν τυράννων, ἕως μὲν

ταῦτα πάντ') Vulgata lectio, quae est etiam in or. ep. adv. Philipp. (vid. adn.). Alii codd. πάντα post vocem ἐξετασθήσεται, alii ante eam ponunt, alii plane omittunt. Bekk. dedit ταῦτα πάντ'. Rüdig. cum Augero solum πάντ' habet. Probo Bekkerum. —

§. 21. ἡμῶν) Hanc vocem, quia abest ab Aug. 1. et ejus suppl., a Vossiano, expunxit Bremius. — ἕως) Vulg. Vid. adn. — σαθρῶν) Par. 9, Laud., Ald., Felician., *eorum, quae prius aderant* σαθρά. *Schaefer.*

στον, *non probe cognitum, non exploratum.* Phil. I. §. 36. Imperium Philippi fragile esse, orator noster aliis quoque locis dicit. Cf. de Chers. p. 100. §. 41. At valde in hac re erravit. Vid. Proleg. §. 14. — δοκεῖ, sc. Philippus. Male *Rüdigerus* explicat: *videor mihi ostensurus non in longum tempus.* Nam Philippus ipse est, qui brevi ostendet, vera esse, quae orator dixit. — δείξειν, sc. τοῦτο. Herod. I, 75: ἦν γὰρ, ὡς διέδεξε, ὀργὴν οὐκ ἄκρος. — εἰς μακράν, *in longum tempus,* i. e. *brevi tempore.* Vid. ad Phil. I. §. 14. — ἂν — θεοὶ θέλωσι. De Demosthenis pietate vid. ad Phil. I. §. 20. θέλωσι — βούλησθε. „Oratoria variatio, quandoquidem βούλησθε idem est, quod θέλωσι. Ubicunque Demosthenes de rebus contra Macedonem apparandis loquitur, oratione utitur gravissima et vere ἀποτόμῳ." *Schaefer.* —

§. 21. τέως — ἂν — ᾖ. *Voemel.* „Τέως h. l. jonice pro Relativo ἕως, quod mox sequitur; aut potius pro τέως, ἕως. *Buttm.* in ind. ad Mid. s. v. τέως in omnibus hujusmodi locis legi jubet τέως, ἕως. Sic etiam τότε, ὅτε conjungi solent. Dem. adv. Lept. p. 499, 11 ibique *Schaefer.* de Symmor. p. 158, 7. Est autem τέως nec Jonicum nec Relativum, sed Atticum et Demonstrativum, et ad illud brachylogiae genus refert *Doederl.* Progr. de brachyl. serm. gr. et lat. p. 10, quo vocabulum forma diversum, sed sono simile et radice par ex altero vocabulo est repetendum, ut sit h. l. pro τέως, ἕως, nec vero cum Buttmanno etiam sic scribendum sit. Vid. ad Olynth. III. §. 15 τὸν ἐκεῖθεν. Cf. Plat. Conv. p. 191, e: καὶ τέως μὲν ἂν παῖδες ὦσιν. Dem. de fals. leg. p. 446, 3: ὃ, τέως ἦσαν Φωκεῖς σῶοι, οὐδεπώποτ' ἐποιήσαμεν. Solent in hac formula codd. variare. Vid. ad Phil. I. §. 15. — τῶν σαθρῶν. Vid. ad Phil. I. §. 44. — ἐπὰν — σύμβῇ. Vid. ad Phil. I. §. 22. — κινεῖται, *moventur, perturbantur.* Hic verbi usus a seditionibus civitatum sumptus (cf. Phil. III. §. 24), atque ad eas causas, quae mutant corporis statum, translatus esse videtur; mala enim, ut *Rüdigeri* verbis utar, quae in utriusque quasi medulla recondita jacent, jam erumpunt. Dem. de cor. p. 294, 21: ὥσπερ τὰ ῥήγματα καὶ τὰ σπάσματα, ὅταν τι κακὸν τὸ σῶμα λάβῃ, τότε κινεῖται. Aliam hujus verbi significationem metaphoricam vid. ad Phil. III. §. 5. — ῥῆγμα — στρέμμα, *sive ruptum sive luxatum.* Bekk. Anecdd. Gr. p. 300: ῥῆγμα ἡ κατὰ τὸ μῆκος τοῦ τραύματος οὐλή. p. 302: στρέμμα ἡ στρογγύλου ἕλκους οὐλή. *Ulpianus* vertente *H. Wolfio:* ῥῆγμα *vasis alicujus ruptionem* nominant medici, ut venae aut arteriae: στρέμμα *articuli elisionem;* aut ῥῆγμα *nervi*

ἂν ἔξω πολεμῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστιν, ἐπειδὰν δὲ ὅμορος πόλεμος συμπλακῇ, πάντα ἐποίησεν ἔκδηλα.

Εἰ δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν Φίλιπ- 22
πον εὐτυχοῦντα ὁρῶν, ταύτῃ φοβερὸν προςπολεμῆσαι νομίζει, σώφρονος μὲν ἀνθρώπου λογισμῷ χρῆται· μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ᾽ ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἔγωγε, εἴ τις αἵρεσίν

---

§. 22. *νομίζῃ)* Hanc vulgatam lectionem dicit Reiskius. At probanda non est; multo etiam minus *νομίζοι.* — *ὅλον)* Vulg. Auger., Büdig., alii, omisso Articulo. —

---

distensionem: στρέμμα ossis emotionem. Xenoph. Hell. V, 4, 58: *ῥήγνυται ὁποιαδὴ φλέψ.* — *τῶν ὑπαρχόντων, τῶν μελῶν τοῦ σώματος. Wolf.* — *τῶν πόλεων καὶ τῶν τυράννων.* Hi Genitivi, qui a remotiore *τὰ κακὰ* pendent, quoniam praecipua vis enuntiationis in iis continetur, in initio ejus collocantur, sicut oppositum *ἐν τοῖς σώμασι.* — *τοῖς πολλοῖς, multitudini.* Vid. ad Phil. I. §. 38. — *πόλεμος συμπλακῇ, si bellum conflatum est.* Est verbum luctis proprium, ut *συνάπτειν μάχην,* Xenoph. Mem. III, 4, 11. Similiter Latini dicunt: *manus, proelium conserere.* Vid. ad Phil. III. §. 51. — *ἐποίησεν ἔκδηλα, manifesta reddere solet.* De hoc Aoristi usu vid. ad §. 9 et Phil. I. §. 26. —

§. 22. *εἰ δέ τις ὑμῶν.* Vid. ad Phil. I. §. 4. *Ulpianus: πληρώσας τὰ πρότερα μέρη τοῦ δυνατοῦ μεταβέβληκεν ἐπὶ τὸ τρίτον τὸ παρὰ τῆς τύχης. Wolfius:* Ademit Philippo fidem sociorum et Macedonum, ademit bellicosos milites, ademit sobrietatem et sanam mentem, sola fortuna relicta. Quae quum et ipsa vel una terreat Athenienses, primum *concessione* utitur; deinde suorum civium fortunam Philippicae anteponit, et ignaviam, quae illis obstet, repudiare eos jubet, vel hostis exemplo, non tam fortunati, quam laboriosi et industrii. — *ταύτῃ, hanc ob causam,* i. q. *τούτῳ, κατὰ τοῦτο.* „*Ταύτῃ* et neutrum *τούτῳ* non differunt nisi genere grammatico, significatione plane congruunt.“ *Schaefer.* — *φοβερὸν προςπολεμῆσαι.* Vid. ad §. 5. Congruit hic dicendi usus cum nostro: *furchtbar zu bekriegen.* Vid. Matth. Gr. §. 355 Not. p. 1050 ed. 2dae. *Ulpianus* monet, Demosthenem hanc rem eo deducere, ut appareat, Philippi fortunam a communi hominum fortuna non differre, quoniam refutationem objectionis *(fortunatum esse Philippum)* non in promptu habeat. *Büdig.* — *μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη, magnum momentum, immo vero una maximum habet fortuna.* Est metaphora a lance desumpta, quae adhibetur, ubi aliqua res facit momentum seu inclinationem. Cic. Att. XVI, 5: *Magna ῥοπή ad proficiscendum tuis literis.* Magnam in res humanas vim fortunae Demosthenes cum multis antiquitatis hominibus tribuit. Vid. ad §. 2. Cf. inprimis de Pac. §. 12. Phil. III. §. 38. A Platone profectum esse oratorem nostrum, monuit jam *Ulpianus.* Cf. Plat. de Legg. IV, p. 709. ed. Bip. Isocr. Arch. *Τῶν μὲν ἐκεῖ (ἐν τῷ πολέμῳ) γιγνομένων τὸ πλεῖστον μέρος τῇ τύχῃ μέτεστι.* Cic. pro Marc. c. 2: *maximam vero partem* (rerum gestarum), *quasi suo jure Fortuna sibi vindicat, et quidquid est prospere gestum, id paene omne ducit suum.* Plin. Ep. II, 7: *Fortunae omnia expensa, omnia feruntur accepta: et in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit.* Cic. Off. II, 6: *magnam vim esse in fortuna in utramque partem vel secundas ad res vel adversas, quis ignorat? nam quum et prospero flatu*

μοι δοίη, τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως τύχην ἂν ἑλοίμην, ἐθελόντων ἃ προσήκει ποιεῖν ὑμῶν αὐτῶν καὶ κατὰ μικρὸν, ἢ τὴν ἐκείνου· πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ
23 *τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ἡμῖν ἐνούσας ἢ ἐκείνῳ. Ἀλλ',*

καὶ κατά) καὶ abest a Par. 2, 3, Aug. 3. Malc. Vid. adn. — *ὑμῖν)* Par. 1, 3, Bav., Aug. 3, Ald., P. Manut. At *ἡμῖν* respondet *ἡμετέρας πόλεως.* Bekk. *ἡμῖν* dedit. — *ἐνούσας)* Malim *οὔσας,* quod p. 69, 1. §. 12 Bekk. recte dedit pro vulg. *ἐνούσας.* *Schaefer.* At alia est loci citati ratio. Vid. ad illum locum not. crit. —

---

ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos, et quum reflavit, affligimur. Sall. Jug. 102, 9. Cat. 8, 1: *Sed profecto fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero celebrat.* De correctione vid. §. 2. De Neutro *τὸ ὅλον* cum Feminino *ῥοπή* conjunctum vid. ad Olynth. III. §. 5. Alias *ὅλον* seu *τὸ ὅλον* notat *omnino* s. *in universum,* de quo usu vid. *Ast.* ad Plat. Protag. p. 361. B. — *παρὰ πάντα, in omnibus hominum rebus.* Insignis est vis Praepositionis *παρά,* tempus illud ipsum denotantis, quo homines aliquid exsequuntur. Hoc tempus vulgo *praesens* aut *durans* vocant, unde latine verti potest *in* vel *sub.* Vid. ad or. de Pac. §. 2. Phil. I. §. 23. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. p. 499, 15. Ibid. p. 470, 11: *παρὰ τοὺς μεγίστους καιρούς,* pro quo ibidem v. 20 est *ἐν ὁποίοις καιροῖς.* Xenoph. Mem. II, 1, 2: *παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν, illo imperante,* ubi alii *ἀργίαν* legunt. — *οὐ μὴν ἀλλά, verum enim vero, verumtamen, at profecto.* Solet praesertim in periodorum initiis ita poni, ut ad rejicienda, corrigenda ea, quae praegressa sunt, adhibeatur. Saepe figuram, quam *Correctionem, Ἐπανόρθωσιν* vocant, exprimit. Cf. Olynth. III. §. 4. de Pac. §. 3. Phil. I. §. 38. Vig. p. 464. Eodem fere sensu usurpatur *καίτοι,* de quo vid. ad Phil. I. §. 35. — *εἴ τις — δοίη — ἑλοίμην.* Vid. supra §. 4. — Ad *ἑλοίμην* non opus est intelligi *μᾶλλον,* quae notio in hujusmodi verbis, quae optionem significant, continetur. Nam *αἱρεῖσθαι,* ut *Schaeferus* monet, in tali constructione non est simpliciter *sumere,* sed *sumere, quod praeoptaris.* Vid. Lamb. Bos. Ellip. p. 778 ed. Schaef. Vig. p. 416. Quare sequitur particula *ἤ.* Lys. Epitaph. p. 118. R: *θάνατον μετ' ἐλευθερίας αἱρούμενοι ἢ βίον μετὰ δουλείας.* *Nitsch.* ad Plat. Ion. p. 70 cit. *Voemelio.* Non inusitatum hoc Latinis est. Corn. Nep. Dat. VIII, 1: *statuit congredi, quam cum tantis copiis refugere,* ubi *magis* vel *potius* omissum est. Cf. Sall. Cat. 9, 5. 48, 5. — *τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως τύχην.* Saepe in scriptis Graecorum et Romanorum sermo est de Fortuna singulorum populorum. Cf. Phil. I. §. 12. Cic. Cat. I. §. 15. Sall. Cat. c. 41: vicit fortuna rei publicae. Vid. ad Cic. Phil. II. §. 88. — *ποιεῖν ἃ προσήκει,* vel *πράττειν τὰ προσήκοντα, καθήκοντα, δέοντα* est *officia exsequi.* — *καὶ κατὰ μικρόν, vel paululum. Καί* h. l. minuentis est, ut recte *Bremius* monet. Isocrat. Nicocl. p. 35. §. 10: *Ἐγὼ δ' ἀποδέχομαι μὲν πάντας τοὺς λόγους τοὺς καὶ κατὰ μικρὸν ἡμᾶς ὠφελεῖν δυναμένους.* Cf. Olynth. II. §. 27. — *ἢ τὴν ἐκείνου.* Hunc totum locum (ab *εἰ δέ τις*) ob concinnitatem, suavitatem et numerosam dictionem admiratur Dionys. Hal. de admir. vi dicendi in Demosth. c. 43. VI, p. 1089 ed. R. — *ἀφορμάς, causas, occasiones.* Vid. ad Phil. I. §. 29. *Ἴσως διὰ τὴν καλοκἀγαθίαν καὶ εὐορκίαν, ἢ τοὺς καιροὺς καὶ συμμάχους ἀφορμὰς λέγει.* Plures causas deorum benevolentiae esse Atheniensibus, quam Philippo, dicit orator, quoniam magis sint pii, quam hic. Xenoph. Hell. V, 4, 1: *πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις ἔχοι καὶ ἄλλα λέγειν, καὶ Ἑλληνικὰ*

οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. οὐκ ἔνι δ' αὐτὸν ἀργοῦντα οὐδὲ τοῖς φίλοις ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιεῖν, μή τί γε δὴ τοῖς θεοῖς. Οὐ δὴ θαυμαστόν ἐστιν, εἰ στρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς καὶ παρὼν ἐφ' ἅπασι καὶ μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν παραλείπων ἡμῶν μελλόντων καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται. Οὐδὲ θαυμάζω τοῦτ' ἐγώ·

§. 23. *αὖ τὸν)* Vulg. At recte Hermann. in ep. ad Rüdig.: „αὖ nullo modo ferri potest; non enim, quid ex altera parte fieri debeat, hic dicit, sed concludit orator ex proxime praegressis. Atqui in ratiocinatione simplici solum δέ, non etiam αὖ admitti potest." — *τῶν φίλων)* in marg. Bav. Vid. ad §. 30. „Orta haec lectio videtur ex οὐδέ τῳ τῶν φίλων." *Schaeferus.* Articulus τοῖς abest a Par. 2, Aug. 2, Meerm., Ald., a textu Bav.; omiserunt eum etiam Auger. et Rüdig. „Satis tuetur eum, quod sequitur τοῖς θεοῖς. Quod si deles, delendus est etiam ante θεοῖς," *Schaefer.* — *ὑμῶν)* Par. 5, Aldus, Felician., P. Manut., Wolf. Auger. At mox sequitur ἡμεῖς — περιῆμεν sine lectionis varietate. — *οὐδὲ θαυμ.)* ex Par. 1, Aug. 2, Reisk. et Bekkerus. Recte. Vulgo *Οὐ δή)* Auger. Rüdig.; ex antecedenti huc relatum est. —

καὶ βαρβαρικά, ὡς θεοὶ οὔτε τῶν ἀσεβούντων, οὔτε τῶν ἀνόσια ποιούντων ἀμελοῦσι. —

§. 23. *οἶμαι.* Ut apud Latinos saepissime *credo*, ita οἶμαι mediae orationi interpositum habet vim *ironiae*, vel, ut h. l., *indignationis*; cf. Olynth. II. §. 19. Phil. II. §. 4; vel, ut Olynth. III. §. 20, acerbitatis. Cf. Phil. II. §. 32. De alia significatione vid. ad §. 10. — *καθήμεθα.* Vid. ad Phil. I. §. 9. Cf. infra §. 24. Ad totum hunc locum explicandum locus classicus est Sall. Cat. 52, 27: *Scilicet res aspera est; sed vos non timetis eam. Immo vero maxime; sed inertia et mollitia animi, alius alium exspectantes cunctamini, videlicet diis immortalibus confisi, qui hanc rem publicam in maximis saepe periculis servavere. Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur; vigilando, agendo, bene consulendo prospera omnia cedunt: ubi socordiae te atque ignaviae tradideris, nequicquam deos implores; irati infestique sunt.* Tacit. Hist. I, 55: *Ceteri silentio proximi cujusque audaciam exspectantes, insita mortalibus natura, propere sequi, quae piget inchoare.* Vere tragicus apud Porsonem ad Eurip. Hec. Praefat. XXXVIII ed. Lips.: αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα δαίμονας κάλει· || τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς ξυλλαμβάνει. Cf. §. 25. Vid. ad Olynth. II. §. 18. Phil. I. §. 44 sq. Epicharm. apud Xenoph. Mem. II, 1; 20: Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί. — Ibid. Hesiod. Ἔργ. κ. Ἡμέραι v. 287. — *οὐκ ἔνι δ' αὐτὸν ἀργοῦντα.* De ἔνι vid. ad §. 4. De αὐτόν ad Phil. I. §. 36. Supra §. 2. De Participio ἀργοῦντα, *aliquem ignavum*, i. e. *si quis ipse ignavus est*, vid. ad §. 5. Notio *aliquis s. quisquam* in Participio ipso latet, quare non subaudiendum est cum Reiskio τινά. De sententia cf. Phil. III. §. 70. — *μή τί γε δὴ τοῖς θεοῖς.* *Hesych.* μή τί γε· πόσῳ γε μᾶλλον: *nedum diis.* Eandem fere significationem habent οὔτοι γε, οὔτοι γε δή, μὴ ὅτι γε (Xenoph. Hell. II, 3, 35), μὴ ὅτι δή, μήτοι γε, μήτοι γε δή, *nedum*, vel *non solum non.* Vig. p. 457. Alia hujus ellipsis genera vid. Matth. §. 610. δή additum *admirationem* auget. Cic. de Fato c. 14 sic *quominus* usurpat: *Ita ne praeterita quidem ea, quorum nulla signa, tanquam vestigia, exstarent, Apollini nota esse censebat; quominus futura.* Just. IX, 2: *quod missis a se in auxilium militibus ne sumptum quidem viae, non modo officii pretia dederit.* — *μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν.* Adverte conjunctionem Synonymorum, qua vis augetur. Vid. ad Phil.

τοὐναντίον γὰρ ἂν ἦν θαυμαστὸν, εἰ μηδὲν ποιοῦντες ἡμεῖς ὧν τοῖς πολεμοῦσι προςήκει, τοῦ πάντα ποιοῦντος, ἃ δεῖ, περιῆ-
24 μεν. Ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω, εἰ Λακεδαιμονίοις μέν ποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων ἀντήρατε, καὶ πολλὰ ἰδίᾳ πλεονεκτῆσαι πολλάκις ὑμῖν ἐξὸν, οὐκ ἠθελήσατε, ἀλλ', ἵν' οἱ ἄλλοι τύχωσι τῶν δικαίων, τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν ἀνηλίσκετε εἰςφέροντες καὶ προεκινδυνεύετε στρα-

§. 24. ἰδίᾳ) Ald., Felic., Auger. — οἱ ἄλλοι) οἱ abest a Par. 1, 7, Aug. 3. At mox sequitur τοὺς ἄλλους. —

I. §. 3. De ὥρα ad Phil. I. §. 32. Sensum quod attinet, cf. Olynth. III. §. 4. Phil. I. §. 33. 39. de Cor. p. 305 sq.: (Φίλιππος) αὐτὸς αὐτοκράτωρ ὢν τῶν εἰς τὸν πόλεμον, ὅ μέγιστόν ἐστιν ἁπάντων, — — οὐδ' ἀπεύθυνος ὢν οὐδενὶ, ἀλλ' ἁπλῶς αὐτὸς δεσπότης, ἡγεμὼν, κύριος πάντων. Hom. Il. β', 204: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. Vid. Proleg. §. 14. — ψηφιζομένων — πυνθανομένων vis Pr ad Phil. I. §. 10. 44. 48. Olynth. II. §. 35. De alacritate decernendi saepe orator vituperat Athenienses. Vid. ad Phil. I. §. 19 et inprimis §. 50; ad Olynth. II. §. 5. 14. Jam prioribus temporibus nimis propensi ad temeraria decreta fuerunt, cujus rei insigne exemplum est Xenoph. Hell. I. c. 7. Ceterum tribus superioribus notionibus στρατευομένοις καὶ πονῶν καὶ παρῶν respondent opposita μελλόντων καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων. — ἂν ἦν — εἰ — περιῆμεν. Vid. ad Phil. I. §. 1. supra §. 6. —

§. 24. ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω, εἰ Λακεδ. μέν ποτε. Hoc pertinet ad bellum Boeotium, de quo vid. ad Phil. I. §. 3. *H. Wolf.*: Adhortatio ab exemplis majorum, et minoribus ad majora (*argumentum a minori*), et per contentionem, non sine socordiae reprehensione. — ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων. Vid. ad Phil. I. §. 3. Opponitur proxime ἰδίᾳ πλεονεκτῆσαι, quam ob causam male Bekkerus vocem Ἑλληνικῶν in ed. maj. uncis inclusit; merito iisdem liberavit in ed. minore. Isocrat. de Pac. p. 172. §. 68: οὐ πρότερον πολεμοῦντες ἐπαυσάμεθα, καὶ κινδυνεύοντες καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, πρὶν ἠθέλησαν Λακεδαιμόνιοι ποιήσασθαι τὰς συνθήκας τὰς περὶ τῆς αὐτονομίας. Vid. ad Olynth. II. §. 27. Phil. II. §. 7. 8. — ἀντήρατε, sc. τὰ ὅπλα. Bekk. Anecdd. p. 26. 8: ἀντανίστασθαι, *hostiliter exsurgere in aliquem, reniti.* Xenoph. Cyr. V, 4, 25 cit. Bremio: ἢν μέντοι τις τῶν ἐμῶν ὅπλα ἀνταίρηταί σοι. Cf. Phil. II. §. 5. Sic ἀνταίρεσθαι χεῖρας Thuc. III. 32. — ἐξόν, *quum liceret.* Impersonalia et Adjectiva in Neutro absolute ponuntur pro Genitivo absoluto. Est igitur Nominativus absolutus. Cf. Olynth. II. §. 9. Phil. II. §. 5. 11. Sic ἐνόν, δέον, παρόν, προςῆκον, δυνατόν al. usurpantur. Vig. p. 329 sq. Matth. §. 564. Aliam horum Impersonalium constructionem vid. ad Olynth. II. §. 1. — ἵνα τύχωσι. Vid. ad Phil. I. §. 38. — εἰςφέροντες. Vid. ad. §. 29. — προεκινδυνεύετε. Schol. πρὸ αὐτῶν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων. — σεσώκατε πάντας. Hoc factum est bellis Persicis. — καθ' ἕνα — ἕκαστον ἐν μέρει. De hoc verborum idem fere significantium conjunctione vid. ad Phil. I. §. 20. Sic Cic. pro leg. Man. c. 11: *Testes vero jam omnes orae, atque omnes exterae gentes ac nationes, denique maria omnia, tum universa, tum in singulis omnes sinus atque portus.* De re *Voemel.* affert locum ex Isocrat. Epist. II. ad Phil. Vol. I. p. 432 Aug. §. 19 Bekk.: ἡ (πόλις Ἀθηναίων) καὶ πόλιν μίαν ἑκάστην τῶν πόλεων καὶ ξύμπασαν τὴν Ἑλλάδα πολλάκις ἤδη σέσωκεν. Vid. ad Phil. I. §. 3

τευόμενοι, νυνὶ δ' ὀκνεῖτε ἐξιέναι καὶ μέλλετε εἰςφέρειν ὑπὲρ
τῶν ὑμετέρων αὐτῶν κτημάτων, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους σεσώ-
κατε πολλάκις πάντας καὶ καθ' ἕνα αὐτῶν ἕκαστον ἐν μέρει,
τὰ δ' ὑμέτερ' αὐτῶν ἀπολωλεκότες κάθησθε. Ταῦτα 25
θαυμάζω, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, εἰ μηδὲ εἷς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες
Ἀθηναῖοι, δύναται λογίσασθαι, πόσον πολεμεῖτε χρόνον Φι-
λίππῳ, καὶ τί ποιούντων ὑμῶν ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν
οὗτος· ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι μελλόντων αὐτῶν, ἑτέρους
τινὰς ἐλπιζόντων πράξειν, αἰτιωμένων ἀλλήλους, κρινόντων,
πάλιν ἐλπιζόντων, σχεδὸν ταὐτά, ἅπερ νυνὶ, ποιούντων,

καθ' ἕκαστον ἐν μέρει) Wolf. et Auger. Sed non est, quod vocem ἕνα ejiciamus; est enim formula frequens εἷς ἕκαστος. Vid. adn. —

§. 25. ὁ χρόνος ἅπας) Vulg. At gravior et magis justa est collocatio verborum recepta, ut proxime. — οὗτος) Hoc Pronomen Bekk. contra codd. auctoritatem omisit in ed. minore, quippe quod fortasse ortum sit ex hujus §. fin. et subsequentis init. At non sine vi positum est in fine enuntiationis. — ὑμῶν) Vulg.; αὐτῶν, quod Bekk. dedit, legitur in paucis tantummodo libris, neque tamen minus verum est; majorem enim et graviorem efficit oppositionem cum seqq. ἑτέρους τινάς, quam ὑμῶν, quod insuper modo praecesserat. Cf. §. 27. — ταῦτα) Vulg. At recte Mounten. ταὐτά conjecit, quod inde ab eo edd. receperunt. — ἅπερ καὶ νυνί) Reiskii emendatio non probanda: est enim ἅπερ καὶ νῦν, quod unus cod. exhibet, interpretamentum. —

προςηκόντως. Phil. II. §. 8. — ἀπολωλεκότες. Amphipolin, Pydnam, Potidaeam, Methonem multasque alias urbes et insulas. Vid. Phil. I. §. 4. 24. At immerito orator tantopere Athenienses perstringit ob socordiam; districti enim bello sociali omnes fere vires in id impendere coacti erant. Vid. Proleg. §. 6.

§. 25. θαυμάζω. Haec vox saepius per hos §§. repetita magnam vim et gravitatem habet, ut perversa rerum administratio exponatur. De notione hujus verbi vid. ad Olynth. II. §. 19. — μηδὲ εἷς ὑμῶν, fortius est, quam μηδεὶς ὑμῶν, *ne unus quidem*, quum μηδείς notet *nullus*. Vid. ad or. de Pac. §. 7. 11. 17, ubi legitur οὐδὲ εἷς, *ne unus quidem*, quum οὐδείς sit *nullus*. Vid. Buttm. ad Mid. §. 32. 6; ad Plat. Alcib. I. §. 18. Stallbaum. ad Plat. Phaedr. Vol. I. Sect. II. §. 73. — δύναται, i. q. θέλει. *Hesych.* δύνασθαι· θέλειν. Excusat auctor quodam modo eos, qui, quod facere debent, non faciant. *Rüdig.* Phil. I. §. 20 θέλειν pro δύνασθαι positum est. — πόσον πολεμεῖτε χρόνον. Inde ab expugnata Amphipoli (Olymp. CV, 3. a. 358; vid. Proleg. §. 5) usque ad hunc annum, quo haec oratio habita est (Olymp. CVII, 4. a. 348). De re cf. Olynth. II. §. 1. — ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', *scitis enim videlicet hoc.* Ironice et salse dictum, quam vim praesertim δήπου, *videlicet*, *nimirum*, *nempe*, *doch wohl*, involvit. Vid. ad Phil. II. §. 36. Simile est Phil. III. §. 30: *καὶ μὴν κἀκεῖνό γε ἴστε.* Cf. Olynth. II. §. 9. 17. de Pac. §. 8. Schol. Acr. ad Hor. Sat. I, 10, 1: *Nempe* aut confirmantis aut interrogantis est. Cic. Tusc. Disp. III, 20 49: *Dicat quamlibet* (voluptatem): *nempe eam dicit, in qua virtutis nulla pars insit.* — ἑτέρους τινάς, οἷον τοὺς ξένους καὶ Χάρητα καὶ Χαρίδημον. *Ulpianus.* Cf. Phil. I. §. 7. Vid. ad Phil. I. §. 24. — αἰτιωμένων ἀλλήλους. Laetabantur Athenienses accusationibus ac rebus judiciariis. Vid. ad Phil. I. §. 25. 44. 46. 47. Infra §. 27. 29. — ἐλπιζόντων. *Ulpianus:* οἱ στρατηγοὶ κρινόμενοι, ἀποφυγεῖν βουλόμενοι, πά-

26 ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν. Εἶθ' οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥςτε δι' ὧν ἐκ χρηστῶν φαῦλα τὰ πράγματα τῆς πόλεως γέγονε, διὰ τούτων ἐλπίζετε τῶν αὐτῶν πράξεων ἐκ φαύλων αὐτὰ χρηστὰ γενήσεσθαι; ἀλλ' οὔτ' εὔλογον οὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε· πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκεν. Νυνὶ δὲ ὅ τι μὲν φυλάξομεν, οὐδέν ἐστιν ὑπὸ τοῦ πολέμου λοιπὸν τῶν πρότερον, κτήσασθαι δὲ δεῖ. αὐτῶν οὖν ἡμῶν ἔργον

§. 26. *ἐκ τῶν χρηστῶν)* Par. 1, 5, 7, Ald. Tayl. Male. — *διὰ τῶν αὐτῶν τούτων ἐλπίζετε πράξεων)* Sic vulg. haec verba collocantur. At gravior et exquisitior est collocatio recepta, quam Bekk. ex Aug. 2 et Bav. dedit. — *φυλάξωμεν)* Wolf. et Auger. Male. — *ὑμῶν)* Vulg. —

λιν αὐτοῖς ἐπηγγέλλοντο τάςδε καὶ τάςδε τὰς νήσους αὐτοῖς προςκτήσασθαι καὶ τάδε κατορθώσειν. Cf. §. 29. — *σχεδὸν ταῦτα.* Est grave Asyndeton. Cf. ad Phil. I. §. 34. 36.

§. 26. *Εἶθ' οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε, et adeo dementes estis.* De εἶτα vid. ad Phil. I. §. 43. *Ἀγνωμόνως·* Schol. ἀγνώμονας λέγει τοὺς ἀνοήτους κατὰ στέρησιν τῆς γνώμης. Idem usus est Latinorum in vocibus *demens* s. *amens*. Cic. Tusc. III, 5: *nec minus illud acute, quod* (philosophi) *animi affectionem lumine mentis carentem nominaverint amentiam, eandemque dementiam.* „Argumento a repugnantibus et comparatis dehortatur ab ignava perversitate.“ *Wolf.* — *ὥςτε — ἐλπίζετε.* Solet post enuntiationes hypothetice aut interrogative expressas ὥςτε cum Infinitivo construi; sed hic Indicativus positus est, quia orator vult indicare, id, quod interrogatione εἶθ' οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε significaverit, verum esse. Rost. Gr. p. 651. — *δι' ὧν — διὰ τούτων, quibus — iis.* Talis relativarum et demonstrativarum enuntiationum inversio usitatissima est etiam apud Latinos. — *ἐκ χρηστῶν.* Sic Praepositio ἐκ usurpatur etiam Olynth. II. §. 29 ἐκ πτωχῶν etc. Dem. de Cor. p. 270: ἐλεύθερος ἐκ δούλου καὶ πλούσιος ἐκ πτωχοῦ γεγονώς. Cic. Rosc. A. §. 50: *ex minima tenuissimaque re publica maximam et florentissimam nobis reliquerunt.* — *οὔτ' εὔλογον,* euphemistice dictum, pro ἄλογον· acuitur autem per *οὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν,* pro φύσιν οὐκ ἔχει, naturae non conveniens est. Vig. p. 253 sq. Herod. II. c. 45: ἕνα ὄντα κῶς φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι; De variis significationibus, quas ἔχειν cum Substantivis conjunctum habet, vid. Vig. l. l. Unum usum eumque insignem vid. ad Phil. I. §. 35. ἔχον ἐστί pro ἔχει praesertim apud Platonem legitur. Phaed. p. 100 ibique Stallbaum. εἰμί solet cum Participiis aut Adjectivis verbalibus jungi pro verbo ipso, cujus est Participium. Phil. II. §. 15: ἐστὶ προςδόκιμος. Vid. ad Phil. II. §. 29. — *πολὺ γὰρ ῥᾷον κτήσασθαι.* Bene comparat *Voemel.* Sall. Cat. 51, 42: *Profecto virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.* Ibid. Jug. 31, 18: *Majus dedecus est, parta amittere, quam omnino non paravisse.* Ovid. Art. am. II, 13 sq.: *Nec minor est virtus, quam quaerere, parta tueri: || Casus inest illic; hic erit artis opus.* Contraria dicit Dem. Olynth. III. §. 23. Thuc. II, 62: αἴσχιον δὲ ἔχοντα ἀφαιρεθῆναι, ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι. Xenoph. Cyr. VII, 5, 76: μέγα μὲν γάρ, οἶμαι, ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι, πολὺ δ' ἔτι μεῖζον, τὸ λαβόντα διασώσασθαι· τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν πολλάκις τῷ τόλμαν μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο, τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης οὐδ' ἄνευ ἐγκρατείας οὐδ' ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται. — *πέφυκεν*

τοῦτ' ἤδη. Φημὶ δὴ δεῖν εἰςφέρειν χρήματα, αὐ- 27
τοὺς ἐξιέναι προθύμως, μηδέν' αἰτιᾶσθαι, πρὶν ἂν τῶν
πραγμάτων κρατήσητε, τηνικαῦτα δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων
κρίναντας, τοὺς μὲν ἀξίους ἐπαίνου τιμᾷν, τοὺς δ' ἀδικοῦν-
τας κολάζειν, τὰς προφάσεις δ' ἀφελεῖν καὶ τὰ καθ' ὑμᾶς
ἐλλείμματα· οὐ γάρ ἔστι πικρῶς ἐξετάσαι, τί πέπρακται
τοῖς ἄλλοις, ἂν μὴ παρ' ὑμῶν αὐτῶν πρῶτον ὑπάρξῃ τὰ
δέοντα. Τίνος γὰρ ἕνεκα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομί- 28
ζετε, τοῦτον μὲν φεύγειν τὸν πόλεμον πάντας, ὅσους ἂν

---

§. 27. *ἡμῶν αὐτῶν πρώτων)* Reisk. ex codd. At proxime antecesserat *ὑμᾶς ἐλλείμματα*, et *πρῶτον* non ad *ἡμῶν αὐτῶν* solum, sed etiam ad totam enuntiationem pertinet. Vid. ad Olynth. III. §. 9.

---

naturae consentaneum est. Opponitur supra *οὔτε φύσιν ἔχον ἐστί.* Cf. Olynth. II. §. 19. — *νυνὶ δὲ ὅ,τι μὲν — δεῖ.* *Ἀντίπιπτον ἔλυσεν, ὅτι ξενικοῖς χρῆσόμεθα τοῖς στρατοπέδοις. ὁ δὲ τί φησίν; εἰ μὲν εἴχομέν τι φυλᾶξαι, καλῶς τοὺς ξένους ἐπέμπομεν (ἐπὶ τοῦτο γὰρ ἀπέστελλον τοὺς ξένους). εἰ δὲ κτήσασθαι δεῖ· πρόδηλον ὅτι τὸν δῆμον εἶναι δεῖ τὸν στρατευόμενον.* ***Ulpian.*** De re vid. Proleg. §. 1 P. II.

§. 27. *ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων,* non ex rumoribus, criminationibus inanibusque causis. Vid. ad Phil. I. §. 25. 46. — *τὰς προφάσεις δ' ἀφελεῖν,* sc. *τῶν στρατηγῶν.* Curandum, ne quid de vestra cessatione queri possint duces: quorum et contumaciam et avaritiam ita perstringit, ut quodammodo excuset. ***Wolf.*** Vid. ad Phil. I. §. 25. — *ἐλλείμματα.* Schol. *ὑστερήματα.* Spectat potissimum ad stipendia, quae quum militibus solvere deberent, maximam partem in spectacula insumebant. Apertius de hao re disserit Olynth. II. §. 11 sqq. Vid. infra §. 30. — *πικρῶς.* ***Ulpian.*** *ἀντὶ τοῦ δικαίως. πικρὸν γὰρ τοῖς ἀδικοῦσι τὸ δίκαιον καταφαίνεται.* — *ἂν μὴ — ὑπάρξῃ τὰ δέοντα.* Xenoph. Cyr. VIII, 1, 12: *οὐ γὰρ ᾤετο (Κῦρος) οἷόν τε εἶναι, μὴ αὐτόν τινα ὄντα, οἷον δεῖ, ἄλλους παρορμᾷν ἐπὶ τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ ἔργα.* — *πέπρακται τοῖς ἄλλοις,* pro *ὑπὸ τῶν ἄλλων.* Hunc usum frequentissimum Latini quoque imitantur. Cic. Off. III, 9: ***Honesta bonis viris, non occulta quaeruntur.*** —

§. 28. *τίνος γὰρ ἕνεκα — ὅτι ἐνταῦθα.* De hac figura, quam Subjectionem rhetores vocant, vid. ad Phil. I. §. 3. — *τοῦτον τὸν πόλεμον,* ***bellum Amphipolitanum.*** Vid. Proleg. §. 5. — *ὅσους ἂν ἐκπέμψητε.* Vid. ad Phil. I. §. 3. 26. — *ἰδίους εὑρίσκειν πολέμους.* *Αἰνίττεται δ' ἴσως εἰς Χάρητα.* ***Ulpianus.*** Is in bello sociali ad Artabazum, regis Persarum satrapen transierat, de qua re dictum est ad Phil. I. §. 24. Proleg. §. 6. ***Lampsacum,*** urbem Asiae minoris juxta Propontidem, vino abundantem (Corn. Nep. Them. c. 10: Lampsacum rex ei donarat, unde vinum sumeret), et ***Sigeum,*** promontorium in Phrygia, Artabazus Chareti tradiderat, ut eum ad se pertraheret. In Sigeo certe, quum invidia oppressus Athenis cessisset, sedem suam collocavit. Athen. XII, p. 532. Idem cum piratis eo tempore conjunctus mare infestum reddiderat, ut Athenienses, quum nescirent, ubi dux cum exercitu esset, Antiochum mitterent, qui eum quaereret. Aesch. de fals. leg. p. 174. Huc spectant proxima verba: *τὰ πλοῖα, ἃ συλῶσιν.* Hac de re quamquam erat accusatus, tamen amicorum opera absolutus iterum exercitui praefectus est. Diod. Sic. XVI, 34. Demosthenes ipse ubique Charetem contra Aeschinem defendit. Cf. de fals. leg. p. 447: *Χάρης εὑρεθήσεται πιστῶς καὶ εὐνοϊκῶς — πράττων ὑπὲρ ὑμῶν.* Vid. ad Phil.

ἐκπέμψητε, στρατηγοὺς, ἰδίους δ' εὑρίσκειν πολέμους, εἰ δεῖ τι τῶν ὄντων καὶ περὶ τῶν στρατηγῶν εἰπεῖν; Ὅτι ἐνταῦθα μὲν ἐστι τὰ ἆθλα, ὑπὲρ ὧν ἐστὶν ὁ πόλεμος, ὑμέτερα· Ἀμφίπολις ἂν ληφθῇ, παραχρῆμα αὐτὴν ὑμεῖς κομιεῖσθε· οἱ δὲ κίνδυνοι τῶν ἐφεστηκότων ἴδιοι, μισθὸς δ' οὐκ ἔστιν· ἐκεῖ δὲ κίνδυνοι μὲν ἐλάττους, τὰ δὲ λήμματα τῶν ἐφεστηκότων καὶ τῶν στρατιωτῶν, Λάμψακος, Σίγειον, τὰ πλοῖα,

---

§. 28. ἰδίᾳ) Par. 3, 8, Meerm., Ald., Felic., P. Manut. Wolf. Auger. Sed ἰδίους, quod Bekk. restituit, a Schol. confirmatur (vid. adn.) et gravius opponitur antecedd. τοῦτον τὸν πόλεμον. Cf. Eurip. Hec. 1002: ἴδιαι γυναικῶν αἰχμαλωτίδων στέγαι, ubi varietas lect. ἰδίᾳ est. — κἂν) Vulg. probante Schaefero. At praestat Asyndeton, quo oratio majori cum gravitate procedit. Praeterea verba Ἀμφίπολις ἂν ληφθῇ κ. τ. λ. explicationis causa praecedentibus adjunguntur. —

I. §. 24. *Charidemus* quoque, in bello Amphipolitano Timotheo dux additus, cum navibus Atheniensibus ad Cotyn, Thraciae regem, transierat. Dem. in Aristocr. p. 663, quo loco ipsum *Iphicratem,* qui ab oratore nostro saepissime laudatur, rem patriam deseruisse Demosthenes dicit. Vid. ad Phil. I. §. 27. 47. — ἴδιοι πόλεμοι sunt bella, quae duces gerunt sponte sua, pro ipsorum arbitrio et in suam ipsorum utilitatem, non publica auctoritate nec in commoda rei publicae. *Brem.* Schol. ἰδίους· οἵους αὐτοὶ ποιοῦνται ἐκτὸς τῆς πόλεως. — εὑρίσκειν saepius notat, non quod forte offertur, sed studio et opera quaeritur. Plat. Phaedr. p. 278: ἐὰν εὑρεθεὶς (*ab ipso inventus*) ἐνῇ. Vid. *Ast.* ad h. l. Xenoph. Cyr. IV, 5, 25: σὺ μὲν οὖν εὑρὼν σκηνὴν δὸς αὐτῷ. Vid. etiam ad Phil. II. §. 12. Sic Latini *invenire* usurpant. Cic. pro Sull. §. 83: *memoria per me inventae salutis.* Terent. Phorm. III, 3, 1: *Unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser?* — τι τῶν ὄντων. Τὰ ὄντα, τὸ ὂν significat *verum.* Vig. p. 368. Cf. Olynth. II. §. 1; ad Phil. II. §. 15. Xenoph. Anab. IV, 4, 10 cit. Voemelio: ἀληθεῦσαι τὰ ὄντα τε ὡς ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς οὐκ ὄντα. Cf. ibid. Mem. II, 1, 27. Athenienses, si res male gestae erant, duces in judicium vocabant, quum ipsi neque in bellum proficiscerentur, neque stipendium mercenariis solverent. — ἐνταῦθα, i. e. in bello, in quod mittitis duces. — ἐκεῖ, i. e. in bellis in suam utilitatem a ducibus inventis; ergo apud Philippum aut omnino apud hostes. — ἆθλα — λήμματα opponuntur; illa sunt praemia *(Kampfpreise)* ex justo legitimoque bello parta (vid. ad Phil. I. §. 5); haec sunt depopulantium et eorum, qui suo commodo ducti rem malam gerendam suscipiunt *(Profit).* Vid. ad Olynth. II. §. 33. Cf. de Pac. §. 5. 12. de Chers. p. 96. §. 25, ubi largitiones hac voce significantur. Utrique praemiorum lucrorumque generi exempla adjunguntur. — ἂν ληφθῇ — κομιεῖσθε. In enuntiationibus conditionalibus, quoties res quaedam futura non ad solam cogitationem (ubi εἰ ponendum est), sed ad experientiam refertur, i. e. qualis sit aut quomodo fiat, experientia docetur, eamque experientiam fieri verisimile est, in protasi ἐὰν, sive contractae particulae ἢν et ἂν cum Conjunctivo, in apodosi aut Indicativus Futuri, aut Optativus adjecta particula ἂν cum significatione sententiae modeste pronuntiatae (vid. ad Olynth. II. §. 33), aut Imperativus, aut omnino Indicativus ponitur. Buttm. Gr. §. 126, 9, 2. Matth. §. 525, 1. Herm. ad Vig. p. 834 sq. Cf. §. 12. 13. 31. Phil. I. §. 6—7. 11. 29. 53. ad §. 29. Olynth. II. §. 2. Vid. ad Olynth. III. §. 22. De κομιεῖσθε vid. ad Phil. I. §. 7.

§. 29. ὅταν — ἀποβλέψητε.

ἃ συλῶσιν. Ἐπ' οὖν τὸ λυσιτελοῦν αὑτοῖς ἕκαστοι 29
χωροῦσιν· ὑμεῖς δὲ, ὅταν μὲν εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψητε φαύλως ἔχοντα, τοὺς ἐφεστηκότας κρίνετε, ὅταν δὲ δόντες λόγον τὰς ἀνάγκας ἀκούσητε ταύτας, ἀφίετε. Περίεστι τοίνυν ὑμῖν ἀλλήλοις ἐρίζειν καὶ διεστάναι, τοῖς μὲν

§. 29. *αὑτοῖς)* cod. Vict. et alii libri et edd., etiam Bekk. — *ταύτας)* Sic multi codd. Sed Lessing. et Weim. adscriptum habent *τούτους* cum *ἀφίετε* conjunctum, quod Wolfio placuit. Cod. Vict. *ταῦτα*. At nonnisi *ταύτας* potest probari; nam cum vi additum est voci *ἀνάγκας*. Vid. adn. —

Vid. ad Phil. I. §. 22. — *δόντες δὲ λόγον*. *Λόγον δοῦναι*, quod alias *rationem reddere* significat (Vig. p. 103), est hic *concedere facultatem causae dicendae, cum populo de causa agendi*. Sic §. 31. Xenoph. Hell. V, 2, 20: *Ἐδίδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς συμμάχοις λόγον, καὶ ἐκέλευον συμβουλεύειν*. Pro hoc Phil. II. §. 32 legitur *λόγον ποιεῖν*. — *ἀνάγκας — ταύτας*, *necessitates, angustias, quibus servire coacti erant*, ut procellam (vid. ad Phil. I. §. 27 *εἰς μὲν Λῆμνον*, et 47), inopiam alimentorum et alia, omnino *res miseras et afflictas*, per Atheniensium culpam et incuriam ortas, quae non leves fuerunt, quare *ταύτας* non contemptum exprimit, ut Rüdigerus vult. Eodem sensu Latini voce *angustiae* utuntur ad difficultatem ortam ex inopia vel consilii vel pecuniae notandam. Cic. Quint. 1, 5: *Tum ille, qui hunc in summas angustias (pecuniae) adductum putaret* etc. De *ταύτας*, quod cum vi de re nota dicitur, vid. ad Phil. I. §. 17. — *ἀλλήλοις ἐρίζειν*. Vid. ad Phil. I. §. 44. — *κατὰ συμμορίας*. „Acerbus sarcasmus. Quum antea *κατὰ συμμορίας* pecunia vestra civitatem juveritis, nunc *κατὰ συμμορίας* res scilicet administratis, h. e. omnia turbatis.“ *Schaefer*. De hac re vid. *Ulpianum* ad h. l. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. Proleg. p. XCIV sqq. *Boeckh*. Staatsh. der Athener II. p. 50 sqq. Ex decem tribubus, in quas Attica erat divisa, singulae *centum et viginti ditiores cives* eligebant, qui iterum in duas partes ita dividebantur, ut *sexaginta* ditiores et pro se et saepe pro sexaginta reliquis minus divitibus, si res postularet, pecuniam ad bellum necessariam solverent, eamque pecuniam pro iis erogatam paulatim repeterent. Erant *viginti classes*, quas singulas *συμμορίας* vocabant; eae *mille ducentos cives* conficiebant (*συμμορίτας*). Hi, bello exorto, ea, qua dixi, ratione conferebant (*εἰςφέρειν*) pecuniam. Neque vero existimandum est, eos solos belli sumptus suppeditasse; sed verisimile est, ut partem suggestae pecuniae sensim sensimque a pauperioribus civibus, qui in symmoriis non erant, receperint. Vid. ad or. de Pac. §. 8. Hi autem *mille ducenti συμμορῖται* in duas partes ita dividebantur, ut ex sexcentis, qui alteram partem eamque ditiorem explebant, *trecenti ditissimi* eligerentur (*οἱ τριακόσιοι*), qui, quum pecuniam pro ceteris suppeditare solerent, toti pecuniae exigendae rationi praeerant summumque in constituendis rebus bellicis valebant. Eadem ratione *reliqui sexcenti minus divites* in duas partes dividebantur. Erant igitur duae partes primariae, quarum suum quaeque oratorem ducemque habebat (*ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ*), ita ut eorum ope res publicas in suum commodum administrarent. Nam facile intelligitur, ditiores, quum soli saepe sumptus praeberent, pacis potius quam belli auctores fuisse. Quare Demosthenes queritur, ex hac pristina pecuniae conferendae ratione perversam et perniciosam rei publicae regendae rationem factam esse, quum trecenti ditissimi suam, non civitatis, utilitatem spectarent. Ad eorum autem auctoritatem sub-

ταῦτα πεπεισμένοις, τοῖς δὲ ταῦτα, τὰ κοινὰ δ' ἔχειν φαύλως. Πρότερον μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰςεφέρετε κατὰ συμμορίας, νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοησόμενοι τριακόσιοι, οἱ δ' ἄλλοι προςνενέμησθε, οἱ μὲν
30 *ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους. Δεῖ δὴ ταῦτα ἐπανέντας καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν γενομένους, κοινὸν καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ βουλεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν ποιῆσαι. Εἰ δὲ τοῖς μὲν, ὥςπερ ἐκ τυραννίδος, ὑμῶν ἐπιτάττειν ἀποδώσετε, τοῖς δ' ἀναγκάζεσθαι τριηραρχεῖν, εἰςφέρειν, στρατεύε-*

βοηθησόμενοι) Vulg. Sed vid. adn. — *οἱ τριακόσιοι) οἱ* abest a Par. 2, 3, 5, 8, Aug. 2, 3, Bav. et Meerm., Voss., Harl., Ald. priore, probante Schaefero. Cf. Dem. de Contr., qui locus in adn. citatus est.
§. 30. *ὑμῖν)* Sic vult Lambinus pro *ὑμῶν*, prob. Schaef. —

---

vertendam suadet orator, ut pro sua quisque re familiari ad belli sumptus conferret. — *ἑκατέρων*, duarum partium, quarum altera belli, altera pacis auctor est; sive quarum altera cum Philippo stat, altera contra eum. — *βοησόμενοι, οἱ ἐπαινοῦντες. Ulpianus.* Hi in concione oratori, causam suam defendenti, acclamabant. Contemptum quendam hoc verbum, ut totus hic locus magnam indignationem, continet; quare *βοησόμενοι* melior lectio est, quam *βοηθησόμενοι*, cujus notio in nostra lectione continetur. Praeterea, quod monet *Schaeferus*, *βοῶ* habet Futurum *βοήσομαι*, *βοηθῶ* Futurum *βοηθήσω*. *Moeris* p. 106: *βοήσεται Ἀττικῶς, βοήσει Ἑλληνικῶς.* Dem. de Contrib. p. 172: *καὶ οἱ βοησόμενοι μεθ' ἑκατέρων, τριακόσιοι.* — *οἱ δ' ἄλλοι προςνενέμησθε*, sc. trecenti alteri minus divites utriusque partis. *Οἱ λοιποὶ πολῖται ἐν προςθήκης μέρει ἐστὲ, οὐ ψηφίζοντες καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ τὰς τῶν ῥητόρων καὶ τῶν τριακοσίων ἐπιψηφίζοντες γνώμας. Wolf.* Hoc acerbe dictum prudenter addit orator, ne posthac omnem vim et auctoritatem penes illos solos esse patiantur. — *ὡς τούτους.* Ὡς pro *εἰς* ab Atticis de re animata dici solet (unde Phil. III. §. 71: *ὡς βασιλέα*, quod usitatum est), rarissime de re inanimata. Herm. ad Vig. p. 853. —

§. 30. *ἐπανέντας*, sc. *ὑμᾶς* (vid. ad §. 13) *remittentes. οὐχὶ ἐπιτείναντας, μᾶλλον δὲ παραλιπόντας καὶ ἀφέντας. Wolf.* Jubet igitur orator, ut abjecto partium studio rem publicam solam curent. — *ὑμῶν αὐτῶν γενομένους, vestri juris factos.* Vid. ad Phil. I. §. 7. — *τοῖς μέν*, praesertim ducibus et imperatoribus. — *ὥςπερ ἐκ τυραννίδος, quasi tyranni essent.* „Verborum nonnihil insolentius trajectorum haec est sententia, ac si dixisset: *τοῖς μὲν ὑμῶν ἀποδώσετε μόνον τὸ ἐπιτάττειν, ὥςπερ ἔχουσιν ἐξουσίαν τυραννικήν.*" *Reisk.* Hoc ad invidiam movendam dictum est. — *ὑμῶν ἐπιτάττειν. Ἐπιτάττειν*, quod cum Dativo construi solet (cf. §. 23), hic raro usu more verborum *imperandi* cum Genitivo struitur. Matth. Gr. §. 337. Est autem verbum regibus et dominis proprium et bene congruit verbis *ἐκ τυραννίδος.* Dem. de fals. leg. p. 399. §. 185 cit. Voemelio: *ἐν ἐκείναις γὰρ (ὀλιγαρχίας ἢ τυράννου) ταῖς πολιτείαις πάντ' ἐξ ἐπιτάγματος ὀξέως γίγνεται.* Ita Latini, dum Roma res publica erat, vocibus *regnum, regnare, regius, dominus* ad invidiam conflandam de Romanis utuntur. Vid. ad Cic. Phil. II. §. 29. — *ἀποδώσετε*, a quo tres Infinitivi *ἐπιτάττειν, ἀναγκάζεσθαι, ψηφίζεσθαι* pendent, est omnino *ἀπονέμειν, mandare, adjudicare, concedere, aequo animo ferre*, saepius autem *reddere.* — *τριηραρχεῖν.* Vid. ad Phil. I. §. 36. — *τοῖς δὲ ψηφίζεσθαι,*

σθαι, τοῖς δὲ ψηφίζεσθαι κατὰ τούτων μόνον, ἄλλο δὲ μηδ᾽ ὁτιοῦν συμπονεῖν, οὐχὶ γενήσεται τῶν δεόντων ὑμῖν οὐδὲν ἐν καιρῷ· τὸ γὰρ ἠδικημένον ἀεὶ μέρος ἐλλείψει, εἶθ᾽ ὑμῖν τούτους κολάζειν ἀντὶ τῶν ἐχθρῶν περιέσται.

Λέγω δὴ κεφάλαιον, πάντας εἰςφέρειν ἀφ᾽ ὅσων 31
ἕκαστος ἔχει τὸ ἴσον, πάντας ἐξιέναι κατὰ μέρος, ἕως ἂν ἅπαντες στρατεύσησθε, πᾶσι τοῖς παριοῦσι λόγον διδόναι, καὶ τὰ βέλτιστα ὧν ἂν ἀκούσητε αἱρεῖσθαι, μὴ ἃ ἂν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα εἴπῃ. Κἂν ταῦτα ποιῆτε, οὐ τὸν εἰπόντα μόνον παραχρῆμα ἐπαινέσεσθε, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὕστερον, πολλῷ βέλτιον τῶν ὅλων πραγμάτων ὑμῖν ἐχόντων.

ἐξέσται) Par. 2, 3, Bav. (sed ei superscripta est vulgata) Aug. 3, Meerm., Ald. Tayl., ind. Aldi. Multum praestat *περιέσται*. Cf. §. 29. *Schaefer.*
§. 31. *ἀφ᾽ ὧν)* Vulg. — *ἢ ὁ δεῖνα)* Cod. Vict. omisit. Male; vid adn. — *πολλῷ)* Bekk. omisit, defendit Engelh. in progr. p. 31. —

---

sc. pauperioribus civibus. *Wolfius:* „Ut contra hos (quibus munera publica mandata fuerint) tantum decreta faciant, ipsique interim sint immunes.“ *Tourr.* laudat Cic. Off. I, 25: *Qui autem parti civium consulunt, partem negligunt, rem pecuniosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam: ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimi cujusque videantur, pauci universorum. Hinc apud Athenienses magnae discordiae.* — *ἐλλείψει*, non faciet, quae sunt facienda. *Wolf.*: *οὐ ποιήσει τὰ δέοντα.* Cf. §. 27. —

§. 31. *λέγω δή*, i. e. *φημὶ δεῖν εἰςφέρειν.* Wolf.; *jubeo igitur.* Sic Latini quoque *dicere* pro *jubere* usurpant. Terent. Andr. I, 2, 30: *Sed dico tibi, ne temere facias.* Peroratio enumeratione brevi constans. *Wolf.* Summam eorum, quae adhuc dixit, repetit. De vi particulae *δή* vid. ad Phil. I. §. 21. — *ἀφ᾽ ὅσων*, pro *ἀπὸ τοσούτων, ὅσα*, *pro suis quisque facultatibus, pro rerum domesticarum modo.* — *τὸ ἴσον.* *Ὁ μὲν πένης ἀπ᾽ ὀλίγων, ὀλίγα, ὁ δὲ πλούσιος ἀπὸ πολλῶν πολλά.* *Wolf.*; *aequum, justum*, quod quemque par est pendere pro modo facultatum. *Schaefer.* — *ἕως ἂν — στρατεύσησθε.* Vid. ad Phil. I. §. 15. — *τοῖς παριοῦσι*, sc. *ἐπὶ τὸ βῆμα.* Ne oratoribus singulis faveant, omnes vult audiantur. *Rüdig.* Cf. Phil. II. §. 52. Olynth. III. §. 1, ubi idem suadet, ut omnes de rebus publicis audiantur. Vid. etiam ad Phil. I. §. 1. De *παριέναι*, *prodire ad dicendum*, vid. ad Olynth. III. §. 1. — *λόγον διδόναι*, *dicendi facultatem concedere.* Vid. ad §. 29. Phil. II. §. 32. — *τὰ βέλτιστα — αἱρεῖσθαι.* Cf. Olynth. III. §. 1. — *ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα.* De homine certo, sed quem nominare aut non possumus aut nolumus. Nihil in talibus incerti: quod ipse Articulus indicat. Erraret, si quis *ὁ δεῖνα* cum *τὶς* compararet. *Schaeferus.* Vid. ad Phil. III. §. 68 *τὸ καὶ τό.* Cf. Phil. I. §. 43. — *οὐ τὸν εἰπόντα — ἐπαινέσεσθε — ὕστερον.* Solebant Athenienses eos, qui dixerunt, si res arridebat, *statim* laudare, non quaerentes, an recte probaretur: *deinceps* semet ipsos debebant reprehendere, quod justo celerius sententiam oratoris comprobassent. At, re omni perpensa, in neutrum vitium incidere poterant. *Rüdig.* — *τῶν ὅλων πραγμάτων.* Vid. ad Olynth. III. §. 3. — *ὑμῖν.* Vid. ad Phil. I. §. 24.

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Β (vulgo Γ).

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Ἀθηναῖοι, καί τι κατορθοῦν ἔδοξαν δι' αὐτῆς, καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἀπηγγέλλετο. ὁ δὲ δῆμος περιχαρὴς, οἵ τε ῥήτορες παρακαλοῦσιν ἐπὶ τιμωρίαν Φιλίππου. δέδοικε τοίνυν ὁ Δημοσθένης, μὴ θαρσήσαντες, ὡς τὰ πάντα νενικηκότες καὶ ἱκανὴν βοήθειαν πεποιημένοι τοῖς Ὀλυνθίοις, τῶν λοιπῶν ὀλιγωρήσωσι. διὰ τοῦτο παρελθὼν, ἐπικόπτει τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν καὶ πρὸς εὐλάβειαν σώφρονα τὴν γνώμην μεθίστησι, λέγων, οὐ περὶ τῆς Φιλίππου τιμωρίας νῦν αὐτοῖς εἶναι τὸν λόγον, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν συμμάχων σωτηρίας· οἶδε γὰρ, ὅτι καὶ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλοι πού τινες τοῦ μὲν μὴ τὰ οἰκεῖα προέσθαι ποιοῦνται φροντίδα, περὶ δὲ τὸ τιμωρήσασθαι τοὺς ἐναντίους ἧττον σπουδάζουσιν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τῆς περὶ τῶν θεωρικῶν χρημάτων συμβουλῆς φανερώτερον ἅπτεται, καὶ ἀξιοῖ λυθῆναι τοὺς νόμους τοὺς ἐπιτιθέντας ζημίαν τοῖς γράψασιν αὐτὰ γενέσθαι στρατιωτικὰ, ἵν' ἄδεια ᾖ τοῦ συμβουλεύειν τὰ βέλτιστα. Παραινεῖ δὲ καὶ ὅλως πρὸς τὸν τῶν προγόνων ζῆλον ἀναστῆναι καὶ στρατεύεσθαι σώμασιν οἰκείοις, καὶ ἐπιτιμήσει πολλῇ κέχρηται κατὰ τοῦ δήμου τε ὡς ἐκλελυμένου καὶ τῶν δημαγωγῶν ὡς οὐκ ὀρθῶς προϊσταμένων τῆς πόλεως.

Dispositio Olynthiacae II.

I. In exordio attentionem captat reprehensione eorum oratorum, qui prius de ulciscendo Philippo, quam de periculo propulsando et servandis sociis cogitent; id prioribus quidem temporibus fieri potuisse; nunc autem sociis demum servatis vindictam de Philippo sumendam esse §. 1—2.

II. Priusquam ad orationem ipsam seu argumentum orationis venit, dubitans, quam dicendi rationem in hac rei difficultate teneat, libere se dicturum esse profitetur, veniamque petit ut liberae, sic utili orationi. Ac primum admonet cives, quantum damni perceperint ex cessatione atque desidia, qua Philippi devincendi occasionem neglexerint §. 3—5.

III. Jam proponit argumentum orationis, cujus quum duae sint praecipuae partes, altera, *Olynthiis auxilium esse ferendum* §. 6—10; altera, *theatralem pecuniam esse tollendam seu ad belli usum adhibendam* §. 11—20;

A. priorem aggressus confirmat

1) auxilium esse ferendum Olynthiis, a quibus, quum jam ante Athenienses, pace cum iis inita, optaverint, ut bellum Philippo inferrent, nova occasio, belli cum eo faciendi, oblata sit §. 6—7;

2) eo autem promptius auxilium implorantibus esse ferendum, quo majus dedecus atque periculum, sociis derelictis, ipsos Athenienses maneat §. 8—9.

B. In altera orationis parte, *theatralem pecuniam faciendam esse militarem*, i. e. *convertendam esse in stipendia civium pro re publica militantium*,

1) jubet, legislatores esse constituendos ad leges de pecunia theatrali et nonnullas alias militares, quae noceant civitati, abrogandas §. 10—11;

2) suadet, ut hanc rem iis ipsis demandent, qui illas tulerint: alios enim in se non suscepturos esse, verentes, ne, quae res rogantibus fuerit honori, ea ipsis abrogantibus invidiae sit. §. 12—13;

3) monet, ut non decretis solum, quae per se, non adhibitis actionibus, nihil valeant, sed re quoque et facto bellum gerant, interrogationibusque graviter cumulatis ad rem strenue gerendam cives suos adhortatur §. 14—16;

4) dicit, suo quemque officio fungi, non in alios culpam conferre debere §. 17;

5) docet, non unum, sed plures esse audiendos, utilitatem voluptati anteponendam; defuturos autem belli sumptus, nisi pecunia theatralis in veterem usum restituatur §. 18—19;

6) declarat, turpe esse, si propter inopiam pecuniae et commeatus urbes Graeciae servitute premi patiantur §. 20.

IV. His igitur expositis, antequam ad orationis clausulam venit, alia quaedam animis commovendis apta commemorat, et quidem

1) excusat liberiorem orationem negatque, se cujusquam fidem deminuturum, sed more majorum vera aperturum esse: ex quo enim oratores in populi gratiam dicere coeperint, res perditas esse §. 20—22;

2) comparat veteris et hujus temporis magistratus et dicit,

a) veterum memoria civitatem Atheniensium habuisse principatum, locupletasse aerarium, imperasse Macedoniae regibus et multa terra marique egregia fecisse §. 23—24; res et publicas et privatas diligentia, temperantia ac fide esse administratas, unde magnam sibi felicitatem paraverint §. 25—26;

b) hodie autem, his oratoribus et demagogis, quamquam nulla Graeciae civitas de principatu cum Atheniensibus contendere possit, dissipatas esse inutili ratione pecunias, socios amissos, Philippum socordia Atheniensium potentem factum, res autem administrantium privatas in summa rei publicae miseria ornatas esse et auctas §. 27—29;

3) exponit, hujus miseriae causam esse potentiam singulorum, qui rem publicam pro arbitrio suo gubernent, infirmumque populum, quem isti in additamenti et servorum loco habeant, deliciis sibi devinctum faciant et in tam misero statu collocent, ut fortem et generosum animum sensumque capere non possit §. 30—32.

V. In peroratione consolatur populum, fore, ut, si consilium suum sequatur, res bene se habeant, extenuatque, similitudine aegrotorum adhibita, theatrales pecunias §. 33; specie occupationis jubet, confusionem esse tollendam, omnibusque et militiam subeundam et rem publicam capessendam, ut dignitatem a majoribus paratam conservent §. 34—36.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Β (vulgo Γ).

1 Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω καὶ ὅταν πρὸς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω· τοὺς μὲν γὰρ λόγους περὶ τοῦ

§. 1. *πρὸς τὰ πράγματα)* Harl., Ald. Tayl., Aug. 1 suppl., Bav. in textu, sed vulgata superscripta, Append. Francf. *Reisk.* — *εἰς τοὺς λόγ.)* Par. 1, 5,

§. 1. *παρίσταταί μοι, mihi in mentem veniunt, mihi placent,* s. *stant mihi in sententia,* sc. *ἐν τῇ γνώμῃ,* quod additum est Phil. I. §. 17, ubi vid. adn. — *ὅταν — ἀποβλέψω.* Vid. ad Phil. I. §. 22. Observa variationem Praepositionum *εἰς τὰ πράγματα* et *πρὸς τοὺς λόγους,* quae praesertim fit, ubi sua cuique nomini propria Praepositio ex usu tribuitur. Vid. ad Phil. III. §. 11; II. §. 35. *Rüdig.* ad h. l. statuit, per *εἰς* accuratiorem rei considerationem, ita ut ejus curam geras, sed per *πρός* leviorem denotari intuitum. Cf. Olynth. I. §. 29. adv. Theocr. p. 1329. §. 25: *μὴ πρὸς τοὺς λόγους ἐμοὺς — ἀποβλέποντες,* quem locum *Brem.* laudat. Sed promiscue saepe usurpantur, et Rüdigeri sententia subtilior esse videtur, quum et *τὰ πράγματα* et *τοὺς λόγους* accurate considerare oratorem oporteret. Cf. Xenoph. Hell. IV init. Vid. Garat. ad Cic. pro Mil. c. 15: *Milo — P. Clodium in judicium bis, ad vim nunquam vocavit.* Id. Cat. II. c. 7: *Si L. Catilina — iter ad fugam atque in exsilium converterit.* Id. Off. I. 30, 109. Sall. Jug. 31. De re *Wolfius* comparat locum simillimum Sall. Cat. 52, ubi Cato haec: *Longe mihi alia mens est, P. C., quum res atque pericula nostra considero, et quum sententias nonnullorum mecum reputo.* Schol. Hermog. *περὶ εὑρέσεως* p. 352: *ἔν τισι λόγοις καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ προοιμίοις χρησόμεθα. δυσὶ μὲν Δημοσθένης ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν, ὧν πρότερον μέν· Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι — δεύτερον δέ* (§. 3)· *ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός.* — *περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι.* De verbo *τιμωρεῖσθαι* vid. ad Phil. I. §. 7; de re ad Phil. I. §. 43. Proleg. §. 16. — *προήκοντα, προεληλυθότα.* Thom. Mag. *ἥκω· καὶ ἀντὶ τοῦ ἦλθον. οὕτως Ἀττικοὶ τῷ ἐνεστῶτι ἀντὶ παρῳχημένου χρῶνται.* Cf. Plat. Crit. init. Verbum *ἥκειν* plerumque notionem Perfecti involvit. Matth. Gr. §. 504, 2. Interdum ita positum est, ut Praeteriti *(advenisse)* et Praesentis *(adesse)* copulatae sint notiones. Vid. ad Olynth. III. §. 8. *Ast.* ad Plat. Protag. 310. C. Cf. infra §. 6. Sic Corn. Nep. Them. 9, 2: *veni ad te* etc. — *ὅπως μὴ πεισόμεθα.* Vulgo *πεισώμεθα,* ut §. 2 *ὅπως σώσωμεν.* Sed vid. ad Olynth. I. §. 2. Phil. I. §. 20. — *δέον,* sc. *ἐστί* s. *εἶναι.* Absolute, sine verbo Substantivo seu finito poni solent *δέον, ἐξόν, προσῆκον, μέλον.* *Ast.* ad Plat. Phaedr. p. 235. A. Vig. p. 329 et Herm. ad Vig. p. 769. Xenoph. Hell. VI, 4, 15: *Τούτων δὲ γενομένων, ὡς ἐξὸν ἤδη ποιεῖν αὐτοῖς, ὅ,τι βούλοιντο, πολλοὺς — ἀπέκτειναν.* Aliam horum Impersonalium constructio-

τιμωρήσασθαι Φίλιππον ὁρῶ γιγνομένους, τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα, ὥςτε, ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοὶ πρότερον κακῶς, σκέψασθαι δέον. οὐδὲν οὖν ἄλλο μοι δοκοῦσιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες ἢ τὴν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς βουλεύεσθε, οὐχὶ τὴν οὖσαν παριστάντες ὑμῖν ἁμαρτάνειν.

Ἐγὼ δ', ὅτι μέν ποτ' ἐξῆν τῇ πόλει καὶ τὰ αὑτῆς 2
ἔχειν ἀσφαλῶς καὶ Φίλιππον τιμωρήσασθαι, καὶ μάλα ἀκριβῶς οἶδα· ἐπ' ἐμοῦ γάρ, οὐχὶ πάλαι, γέγονε ταῦτα ἀμφότερα. Νῦν μέντοι πέπεισμαι τοῦθ' ἱκανὸν προλαβεῖν ἡμῖν εἶναι τὴν πρώτην, ὅπως τοὺς συμμάχους σώσομεν. ἐὰν γὰρ

7, Ald., P. Manut., Auger., probante Schaefero, qui putat, aut εἰς aut πρός bis esse ponendum. Sed vid. adn. — πεισώμεθα) Vulg., defendente Rüdigero. πεισόμεθα habent Par. 8, Aug. 2, quod Bekk. jure recepit. Vid. adn. — §. 2. εἶναι ἡμῖν) Vulg. Sed recte Bekk. ex Aug. 1 suppl., P. Manut. ἡμῖν εἶναι dedit ob sonum suaviorem. ὑμῖν εἶναι, quod in nonnullis libris legitur, rejiciendum est; nam sequitur proxime σώσομεν. — σώσωμεν) Vulg.; pro-

---

nem vid. ad Olynth. I. §. 24. — *οὐδὲν ἄλλο — ἁμαρτάνειν.* Verba sic ordinanda sunt: *οἱ οὖν τὰ τοιαῦτα λέγοντες δοκοῦσί μοι οὐδὲν ἄλλο* (sc. *ποιεῖν*), *ἢ ἁμαρτάνειν, παριστάντες ὑμῖν οὐχὶ τὴν οὖσαν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς βουλεύεσθε, nihil aliud mihi videntur, qui talia dicunt, nisi errare, non verum argumentum rei, de qua deliberatis, ante oculos vobis ponentes.* Post formulas *οὐδὲν ἄλλο, τί ἄλλο,* sequente *ἢ,* omitti solent verba *γίγνεσθαι, ποιεῖν.* Matth. Gr. §. 612. III. Imitantur hunc usum Latini. Corn. Nep. Ages. 2, 4: *Contra ea Tissaphernes nihil aliud, quam bellum comparavit.* Vid. ad Cic. pro Rosc. A. §. 108. Ceterum recte Bremius monet, hanc formulam h. l. ironiam habere, *sie scheinen mir den kleinen Fehler zu haben.* — *ὑπόθεσιν οὐχὶ τὴν οὖσαν.* Ὑπόθεσις est *argumentum* sive *materia* deliberationis. Vid. ad Olynth. I. §. 10. *Τὴν οὖσαν, non existens,* i. e. *alienum, non verum argumentum.* Vid. ad Olynth. I. §. 28. Verum autem argumentum erat, ut Olynthii strenue juvarentur: quo omisso clamosi oratores ad Philippum ulciscendum hortabantur. *Wolf.* —

§. 2. *ἐγὼ — ποτ' ἐξῆν. Ἠλοὶ τοὺς καιρούς, ἐν οἷς Ἀμφίπολιν εἴχομεν καὶ Ποτίδαιαν καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης. Ulpianus.* Luculentius de hac temporis opportunitate dicit orator §. 5, et Olynth. III. §. 8—9. — *Φίλιππον τιμωρήσασθαι.* Hoc pertinet ad facultatem, Philippum ulciscendi, si ea uti Athenienses voluissent, non ad rem vere factam. *Γέγονε* autem, quod sequitur, nihil aliud est, quam supra *ἐξῆν. Rüdigerus,* locum ex Phil. I. §. 43 testem proferens, putat, oratorem in mente habere leviora quaedam proelia, in quibus Athenienses bene rem gesserint. Melius autem refertur ad illud tempus, quo Athenienses victores ab Euboea reversi, comparato exercitu, Amphipolitanis urbem suam offerentibus, et Olynthiis amicitiam ipsorum quaerentibus (vid. Proleg. §. 5) bono cum successu bello Philippum persequi potuissent. Vid. §. 4. 5. Olynth. III. §. 8. 9. — *ἐπ' ἐμοῦ, mea aetate, meo tempore.* Vid. ad Olynth. I. §. 14. Cf. infra §. 21. 23. Xenoph. Hell. IV, 3, 16: *ἐφ' ἡμῶν, nostra aetate.* — *νῦν μέντοι πέπεισμαι. Wolfius* verba sic ordinat: *πέπεισμαι μέντοι, προλαβεῖν τὴν πρώτην τοῦτο, ὅπως σώσομεν τοὺς συμμάχους, εἶναι νῦν ἱκανὸν ἡμῖν.* Haec est propositio Demosthenis: Olynthii nunc sunt defendendi. Ad *προλαβεῖν* sup-

τοῦτο βεβαίως ὑπάρξῃ, τότε καὶ περὶ τοῦ, τίνα τρόπον τιμωρήσεταί τις ἐκεῖνον, ἐξέσται σκοπεῖν· πρὶν δὲ τὴν ἀρχὴν ὀρθῶς ὑποθέσθαι, μάταιον ἡγοῦμαι περὶ τῆς τελευτῆς ὁντινοῦν ποιεῖσθαι λόγον.

3 Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἴπερ ποτὲ, πολλῆς φροντίδος καὶ βουλῆς δεῖται. ἐγὼ δὲ, οὐχ ὅ,

---

bant etiam Rüdig., Schaefer., Rauchenst. in dissert. p. 8 et Brem. ad §. 1 hujus orationis; sed hic in ed. Biblioth. Gr. dedit σώσομεν, quod Bekk. ex Aug. 2, P. Manut., Felic., F. Y recepit; accedit auctoritas trium codd. Victorii. Vid. ad Olynth. I. §. 2. — τίνα τρόπον) Vox τρόπον in Aug. 3, Ald. Tayl. et Meerm. stat post ἐκεῖνον, quod Rüdig. probavit. Male. —

§. 3. εἴπερ ποτέ, καὶ νῦν) Vulg. Sed καὶ νῦν absunt a Bav., Aug. 2 et α, quare Bekk. uncis inclusit, alii edd. plane omiserunt, idque recte. Est enim hoc additamentum librariorum, qui aliorum ejusmodi locorum memores (cf. Olynth. III. §. 6) non cogitabant, aliam nostri loci rationem esse, et propter antecedens

---

plet Bremius Φίλιππον, *praeripiens et antevertens Philippo.* Vid. ad Phil. I. §. 31. *Ulpian.* interpretatur: προαρπάσαι τὸ ἆθλον κείμενον ἐν μέσῳ, τὸν Ὄλυνθον. *H. Wolfius* autem ita: κατεργάσασθαι πρὸ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον, quod placet. — τὴν πρώτην, sc. ὁδόν, i. q. τὸ πρῶτον. Vid. ad Phil. I. §. 23. L. Bos. Ellips. p. 43. §. 578. — ὅπως — σώσομεν. „Id indicat, quod inde sequetur, si Philippum occupabunt.“ *Brem.* — ἐὰν — ὑπάρξῃ. Vid. ad Olynth. I. §. 28. — πρὶν δὲ τὴν ἀρχὴν — ὑποθέσθαι, *priusquam autem initium recte positum est,* i. e. *fundamentum firmum ac stabile actum est.* Vid. ad Olynth. I. §. 10. Hoc initium autem intelligit orator Olynthi liberationem, qua demum peracta de Philippi ultione (quod verbis περὶ τῆς τελευτῆς significatur) cogitandum sit. —

§. 3. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός. „Perseverat in loco attentionis, et insinuatione quadam benevolentiam captat, commemoranda sollicitudine et studio bene consulendi, et acumine Atheniensium laudando et cessatione molliter castiganda.“ *Wolf.* — εἴπερ ποτέ. Subaudi ἔδει φροντίδος καὶ βουλῆς. *Schaefer.* — πολλῆς φροντίδος καὶ βουλῆς δεῖται, *multum diligensque consilium requirit.* Est ἓν διὰ δυοῖν, quo res augetur. Cf. Phil. II. §. 8; III. §. 9. — τίνα χρὴ τρόπον — εἰπεῖν. Obscure innuit ea, quae de pecuniis theatralibus dicturus est. Ita animos audientium praeparat ad rem quandam difficilem, iis ipsis non jucundam. De Indicativo χρή in oratione indirecta vid. ad Phil. I. §. 5. — παρὼν καὶ ἀκούων. Illud spectat ad ea, quae ipse vidit et expertus est; hoc ad ea, quae narratione accepit. Vid. ad Phil. I. §. 3. Δίδωσι καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων ἐνίοις λέγειν τῇ πόλει τὰ χρήσιμα, ἵνα μή, πάντα εἰς αὑτὸν ἀνάγων, φορτικὸς εἶναι δοκῇ. *Ulpianus.* — σύνοιδα, *scio.* Ex naturali hujus verbi vi, qua significat *conscium esse,* peculiaris graecae linguae usus fluxit, quo etiam simpliciter significat *scire de aliquo;* proprie quidem, ita ut simul significetur, illum, de quo aliquid scio, ipsum quoque id scire, meque illi aut etiam contra illum ejus rei testem fieri posse. *Buttm.* ad Mid. ind. p. 186. Cf. Xenoph. Mem. II, 7, 1: ἐρῶ δὲ καὶ ἐν τούτοις, ἃ σύνοιδα αὐτῷ. — τὰ πλείω τῶν πραγμάτων, *plurimas utilitates, res civitati utiles.* Vid. ad Phil. I. §. 3. — ἐκπεφευγέναι, *elapsas esse.* Metaphora sumpta a venatoribus aut iis, qui aliquid persequuntur. *Wolf.* Amat hoc verbum Demosthenes. Vid. ad de Pac. §. 2. de Cor. p. 236, 22. Soph. Oed. Tyr. 111: τὸ δὲ ζητούμενον ἁλωτόν. ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον. — τῷ

τι χρὴ περὶ τῶν παρόντων συμβουλεῦσαι, χαλεπώτατον ἡγοῦμαι, ἀλλ' ἐκεῖν' ἀπορῶ, τίνα χρὴ τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς ὑμᾶς περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων σύνοιδα, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, οὐ τῷ μὴ συνιέναι. ἀξιῶ δὲ ὑμᾶς, ἂν μετὰ παῤῥησίας ποιῶμαι τοὺς λόγους, ὑπομένειν, τοῦτο θεωροῦντας, εἰ τἀληθῆ λέγω, καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα τὰ λοιπὰ βελτίω γένηται. ὁρᾶτε γάρ, ὡς ἐκ τοῦ πρὸς χάριν δημηγορεῖν ἐνίους εἰς πᾶν προελήλυθε μοχθηρίας τὰ παρόντα.

4 Ἀναγκαῖον δὲ ὑπολαμβάνω, μικρὰ τῶν γεγενημένων

παρών plane absurdum esse καὶ νῦν. — τὰ παρόντα πράγματα) Vulg. At opponitur antecedenti τὰ λοιπά, quare πράγματα eum cod. Bav. et Bekkero omittendum est. —

μὴ βούλεσθαι. Saepissime hanc socordiam Atheniensibus orator objicit. Cf. Olynth. III. §. 6. adv. Timocr. p. 668, 8: πολλὰ γιγνώσκοντες ὀρθῶς, ὑμεῖς οὐ διὰ τέλους αὐτοῖς χρῆσθε. De constructione vid. ad Phil. I. §. 3. — τῷ μὴ συνιέναι. Vid. ad §. 15. — ἂν μετὰ παῤῥησίας — ὑπομένειν. Vid. ad Phil. I. §. 51. Cf. infra §. 32. Phil. III. §. 3. — λόγους ποιεῖσθαι. Eadem dictio est, quae apud Latinos *verba facere* de orationibus, quae in concione habentur. Cf. Olynth. I. §. 11. Diversum est λόγον ποιεῖν, *potestatem dicendi facere, dare alicui*. Vid. ad Phil. II. §. 32. — ἵνα γένηται. Vid. ad Phil. I. §. 38. — ἐκ τοῦ δημηγορεῖν. Vid. ad Phil. I. §. 3. De re cf. infra §. 22; ad Phil. I. §. 38. — εἰς πᾶν μοχθηρίας, *in summam miseriam*. De Genitivo vid. ad Phil. I. §. 9. —

§. 4. Ἀναγκαῖον — ὑπομνῆσαι. Sic adv. Timocr. p. 704, 21: ἀνάγκη δὲ πρῶτον ὑπομνῆσαι τοὺς χρόνους ὑμᾶς καὶ τὸν καιρόν. — ὅτ' ἀπηγγέλθη Φίλιππος — πολιορκῶν, *quum Philippus nuntiabatur* etc. Est constructio personalis, ut §. 5. Cf. Phil. II. §. 10 κέκρισθε — ποιέσθαι. Apud Latinos quoque multa Passiva cum Nominativo et Infinitivo struuntur. Caes. bell. civ. I, 62: *Pons in Ibero prope effectus nuntiabatur*. Ramsh. Gr. lat. §. 168. B. 4. Not. 2. De Participio loco Infinitivi cf. Olynth. III. §. 9. Matth. Gr. §. 555. p. 1092 ed. 2dae. Particula ὅτε cum vi posita est; nam una cum tempore rei denotat rem ipsam, quod praesertim post μέμνημαι et similia verba fieri solet. Vid. Porson. et Schaef. ad Eurip. Hec. 109: τύμβου δ' ἐπιβὰς οἶσθ' ὅτε χρυσέοις ἐφάνη ξὺν ὅπλοις, ubi οἶσθα idem est, quod μέμνησαι. Cic. Ep. ad Div. VII, 28: *Memini, quum mihi desipere videbare.* — τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτί, *ante hos tres aut quatuor annos.* Matth. §. 424. 3. d. De Pronomine τουτί vid. ad Phil. I. §. 17. Oppugnatum ergo est castellum in fine Olymp. CVI, 4, aut initio Olymp. CVII, 1. — Ἡραῖον τεῖχος. Hoc castellum, quod prope Perinthum in Thracia situm erat, a Samiis in Junonis honorem erat exstructum. Herod. IV, 88 sq. Pertinebat ad ditionem Cersobleptis, Thraciae regis, qui socius erat Atheniensium; nisi forte hic locus tum in Atheniensium potestate fuit. Diod. Sic. XVI, 34. Illud certe ex hoc loco patet, magno iis momento hoc castellum fuisse, quia multum frumenti ex illa regione petebant. Vid. ad Phil. I. §. 2. Proleg. §. 10. — Μαιμακτηριών. Mensium Atticorum seriem ad nostrorum mensium rationem redactam

πρῶτον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι. Μέμνησθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτ' ἀπηγγέλθη Φίλιππος ὑμῖν ἐν Θρᾴκῃ, τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτὶ, Ἡραῖον τεῖχος πολιορκῶν. τότε τοίνυν, μὴν μὲν ἦν Μαιμακτηριών, πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν, ἐψηφίσασθε τετταράκοντα τριήρεις καθέλκειν, καὶ τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαί-

---

§. 4. γενομένου) Aug. 1 et β., Bekk. in ed. minore, probante Schaefero. Sed vid. adn. —

---

ex *Voemelio* adscribam. Annus autem, qui erat $365^1/_4$ dierum, apud Atticos primo die interlunii post solstitium aestivum mense Julio incepit, et secundum cursum lunarem dividebatur.

Olymp. CVII, 1.

Hecatombaeon	3 Jul.	— 1 Aug. ante Chr. 352.
Metageitnion	2 Aug.	— 31 Aug.
Boëdromion	1 Sept.	— 29 Sept.
Pyanepsion	30 Sept.	— 29 Oct.
Maemacterion	30 Oct.	— 27 Nov.
Posideon I	28 Nov.	— 27 Dec.
Posideon II	28 Dec.	— 25 Jan. ante Chr. 351.

Qui septies in Ennedecateride: (anno 3, 5, 8, 11, 13, 16 et 19) accedebat intercalaris. Est autem hic Olymp. CVII, 1 annus intercalaris.

Gamelion	26 Jan.	— 24 Febr.
Anthesterion	25 Febr.	— 25 Mart.
Elaphebolion	26 Mart.	— 24 Apr.
Munychion	25 Apr.	— 23 Maj.
Thargelion	24 Maj.	— 22 Juni.
Scirophorion	23 Jun.	— 21 Jul.

Vid. *Ideler.* Chronol. Handbuch p. 383 et 386. Alii autem aliter. *Photius* ed. Pors. Lips. p. 207. l. 22: *Μαιμακτηριών: ὁ ε (πέμπτος) μὴν παρὰ Ἀθήνησιν, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Διὸς μαιμάκτου· μαιμάκτης δέ ἐστιν ὁ ἐνθουσιώδης καὶ ταρακτικός· ἀρχὴν δὲ λαμβάνοντος τοῦ χειμῶνος, ἐν τούτῳ τῷ μηνὶ ὁ ἀὴρ ταράττεται καὶ μεταβολὴν ἴσχει.* — *θορύβου γιγνομένου.* Inde intelligi potest, quantopere nuntius, Philippum Ἡραῖον castellum oppugnare, Athenienses affecerit; nam plura eum subinde appetiturum esse viderunt. Turbulentas autem et clamore repletas conciones saepe fuisse et Romanorum et Atheniensium, saepe legitur; quo quidem clamore modo approbationem (vid. ad Phil. II. §. 26), modo improbationem (vid. ad or. de Pac. §. 3. 15. Wesseling. ad Diod. Sic. I. 72) significabant. Plat. Republ. VI, 6: *ὅταν, ξυγκαθεζόμενοι ἀθρόοι πολλοὶ ἐς ἐκκλησίας ἢ ἐς δικαστήρια ἢ θέατρα ἢ στρατόπεδα ἤ τινα ἄλλον κοινὸν πλήθους ξύλλογον, ξὺν πολλῷ θορύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων, τὰ δὲ ἐπαινῶσιν, ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα, καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες, πρὸς δ' αὐτοῖς αἵ τε πέτραι καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἂν ὦσιν, ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι.* Ceterum verba numerum poëticum sonant, ut jam *Longin.* fragm. III. §. 4 monuit. Vid. ad Phil. I. §. 6. Olynth. III. §. 5. Praesens *γιγνομένου* pro *γενομένου* recte se habet; nam Praesens rem *semel* factam, Aoristus autem *saepius* factam exprimit. Saepe hae voces confunduntur. Vid. ad Olynth. I. §. 1. Phil. I. §. 33. de Pac. §. 23, ubi propter *statum durantem* Praesens *γίγνεσθαι* ponendum est. — *τετταράκοντα τριήρεις.* Vid. ad Phil. I. §. 16. 40. — *καθέλκειν.* *Καθέλκειν* et *κατασπᾶν* verba sunt propria de navibus, quae ex navali deducuntur; sensu praegnante autem significant *mittere ad expeditionem.* Opponitur *ἀνέλκειν* et *ἀνασπᾶν.* *Bremius.* Vid. etiam ad or. de Pac. 12. De *ἀνάγειν* et *κατάγειν τὰ πλοῖα* vid. ad or. de Pac. §. 25. — *μεχρὶ πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν.* De aetate militari apud Athenienses vid. ad Phil. I. §. 7. — *αὐτούς,* sc. *πολίτας.* Vid. ad Phil. I. §. 16.

νειν, καὶ τάλαντα ἑξήκοντα εἰςφέρειν. Καὶ μετὰ ταῦτα διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου, Ἑκατομβαιὼν, Μεταγειτνιὼν, Βοηδρομιών· τούτου τοῦ μηνὸς μόγις, μετὰ τὰ μυστήρια, δέκα ναῦς ἀπεστείλατε ἔχοντα κενὰς Χαρίδημον καὶ πέντε τάλαντα ἀργυρίου. ὡς γὰρ ἠγγέλθη Φίλιππος ἀσθενῶν ἢ τεθνεώς (ἦλθε γὰρ ἀμφότερα), οὐκέτι καιρὸν οὐδένα τοῦ βοηθεῖν νομίσαντες, ἀφεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ἀπόστολον. Ἦν δ' οὗτος ὁ καιρὸς αὐτός· εἰ γὰρ τότε ἐκεῖσε ἐβοηθήσαμεν, ὥςπερ ἐψηφισάμεθα, προθύμως, οὐκ ἂν ἠνώχ-

§. 5. *μόλις)* Par. 3, 8, Aug. 1 suppl., Bav., Meerm., Ald., P. Manut., Auger. „*μόγις* vulgo Atticum habetur. Vid. Greg. Cor. p. 65. Georgius tamen Lecapenus in Matth. Lectt. Mosq. T. I. p. 71: *μόλις γράφεται καὶ μόγις. ἀττικῶς δὲ ἀεὶ διὰ τοῦ λ.* Tam parum certi in his rebus est. Cf. Pors. ad Eur. Phoen. 319.“ *Schaeferus.* — *καὶ τεθν.)* Ald., Fel., Vict., Wolf., Auger. At magis placet notio diversi nuntii, quae inest in *ἤ*, monente Rüdigero. — *ἀφήκατε)* Vulg. Bekker. dedit ex bonis libris *ἀφεῖτε* pro *ἀφήκατε*, quod est Aorist. I, qui quamquam Atticis scriptoribus non sit inusitatus, librarii tamen eum saepe obtruserunt pro secundo, cui infesti erant. Cf. Brunck. ad Soph. Oed. Tyr. 1392. *Brem.* — *τὴν ἀποστολήν)* Aug. 1 suppl. Sed vid. ad Phil. I. §. 35. —

36. — *τάλαντα ἑξήκοντα,* circiter 86,860 Thal. = 156,349 Florr. Vid. ad Phil. §. 28. De ratione pecuniae ad bellum conferendae vid. ad Olynth. I. §. 29. —

§. 5. *Ἑκατομβαιών,* 22 Jul. — 20 Aug. ante Chr. 351, qui annus non est intercalaris; *in honorem Junonis* (nam menses a sacris solemnibus nomina acceperunt,) *ἑκατόμβαια*; *Μεταγειτνιών,* 21 Aug. — 18 Sept.; *in honorem Apollinis Metageitnii,* qui Melitenses in Atticam commigrantes deduxerat, *Μεταγείτνια*· *Βοηδρομιών,* 19 Sept. — 18 Octob.; *in honorem Jovis et Apollinis,* quod Jon, Xuthi filius, Erechtheo contra Eumolpum auxilium tulisset, *Βοηδρόμια* celebrabantur. Vid. *Rüdig.* ad h. l. Intelligendum autem est *διῆλθε,* ut sensus sit: Priori anno 352 inde a Maemacterione frustra praeterlapso tres quoque menses sequentis anni 351 re infecta praeterierunt. — *τούτο τοῦ μηνός.* Est Genitivus temporis. Matth. §. 378. 2. — *μετὰ τὰ μυστήρια,* sc. *Eleusinia majora,* per novem dies inde a die 15 — 23 mensis Boëdromionis *in Cereris frugiferae honorem* magna cum pompa quotannis celebrabantur. Creuz. Symb. T. IV. p. 493 sq. *Parva* mense Anthesterione *in Herculis honorem* fiebant. Wessel. ad Diod. Sic. II. p. 483. Alia Atheniensium sacra vid. ad Phil. I. §. 35. — *δέκα ναῦς κενάς.* Post diuturnam igitur moram decem tantum naves miserunt, quum longe majorem numerum exstruere hac aetate et potuissent, et paulo ante decrevissent. Vid. ad Phil. I. §. 40. *κενάς,* sc. *πολιτικῆς δυνάμεως.* Naves mercenariis partim jam completae, partim etiam complendae esse videntur. Vid. Phil. I. §. 43. Haec opponuntur supra dictis *τετταράκοντα — αὐτοὺς ἐμβαίνειν.* — *Χαρίδημον.* Hic dux, obscuro patre natus in Euboea insula, quo Athenienses in Chersoneso et in auxilio Olynthiis misso utebantur (Proleg. §. 16), perfidus erat, callidus, vinolentus et luxuriosus. Qui quum Cotyis, Thraciae regis, gener factus esset, Thraciae regnum affectavit perfidiamque magnam in Athenienses exhibuit. Vid. ad Olynth. III. §. 15. Theopomp. ap. Athen. X, 436. Dem. adv. Aristocr. *Rumpf.* in Progr. de *Charidemo Orita.* Ad Phil. I. §. 50. — *πέντε τάλαντα ἀργυρίου,* 7238 Thal.

6 λει νῦν ἡμῖν ὁ Φίλιππος σωθείς. Τὰ μὲν δὴ τότε πραχθέντα οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι, νῦν δ' ἑτέρου πολέμου καιρὸς ἥκει τις οὗτος, δι' ὃν καὶ περὶ τούτων ἐμνήσθην, ἵνα μὴ ταὐτὰ πάθητε. Τί δὴ χρησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,

τότε σωθείς) Vulg. Bekk. cum duobus codd. τότε omisit, neo immerito; videtur enim scholium esse. —
§. 6. ἥκει. τίς οὗτος;) Vulg. Alii ἥκε. τίς οὗτος; Lambinus sic distinxit: ἥκε. τίς; οὗτος, δι' ὅν. Sed vid. adn. — χρησώμεθα) Par. 5, Aldus,

— 13,029 Flor. „Perperam cod. Par. 7 ἀργύρου. Χρυσός et ἄργυρος aurum argentumque ut metalla designant; ἀργύριον et χρυσίον vel nummos aureos vel argenteos, vel opera ex his metallis confecta.“ *Brem.* Vid. Boeckh. de Oecon. polit. Athen. I. p. 25; II. p. 213. Observa alacritatem et magnificentiam decernendi cum exsequendi negligentia et socordia. Vid. ad Olynth. I. §. 23. Phil. I. §. 19. Infra §. 14. — ἀσθενῶν ἢ τεθνεώς. Non satis liquet, quo haec pertineant. Fortasse morbus ex oculo ad Methonis oppugnationem excusso ortus significatur. Saepius autem et vulneratum fuisse et aegrotasse hominem bellicosum et luxuriosum probabile est. Vid. ad Phil. I. §. 10. Olynth. III. §. 13. Just. XI, 8: *Quam ob rem Philippum saepe vulneratum proelio remisere.* Ceterum, Aeschine adv. Ctesip. p. 468, 1 teste, Demosthenes ipse hunc nuntium per exploratores missos a Charidemo acceptum divulgaverat. — ἦλθε γὰρ ἀμφότερα, *venerat enim utrumque*, i. e. *nuntiatum erat.* Memoratu dignus est usus verbi ἔρχεσθαι de epistolis, nuntiis, qui afferuntur. Xenoph. Ages. I, 36: ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, βοηθεῖν τῇ πατρίδι, ἐπείθετο τῇ πόλει. Eodem fere sensu *venire* apud Latinos de rebus, quae afferuntur, praesertim de literis, adhibetur. Cic. Fam. XI, 24: Quod scribis in Italia te moraturum, dum tibi literae meae veniant, si per hostem licet, non erraris. Ovid. Pont. I, 9, 1. — ἀφεῖτε — τὸν ἀπόστολον, οὐκ ἐπληρώσατε τὰς τριήρεις, οὐδὲ προσείχετε τῷ πολέμῳ. Ob incertam famam et inanem spem omissa est suscepta expeditio. *Wolf.* De voce ἀπόστολος vid. ad Phil. I. §. 35. — ἦν δ' οὗτος ὁ καιρὸς αὐτός. Τότε μάλιστα ἐπιτήδειος καιρὸς ἦν, ἐν ᾧ κακῶς διεκεῖτο Φίλιππος. Αὐτός notat saepe, ut apud Latinos, *ipse*, quod nos dicimus *eben, gerade.* Herm. ad Vig. p. 733. — εἰ γὰρ τότε — ἐβοηθήσαμεν — οὐκ ἂν ἠνώχλει νῦν. De constructione vid. ad Phil. I. §. 1; de sententia cf. Olynth. III. §. 8. —

§. 6. Τὰ μὲν — ἄλλως ἔχοι. Saepe haec sententia apud veteres scriptores inde ab Homero (Il. 6, 112: Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ) invenitur. Καὶ γὰρ οἱ φιλόσοφοί φασιν, ὅτι πάντα δύναται τὸ θεῖον ποιεῖν χωρὶς ἑνὸς τοῦ ἄλλως ποιῆσαι τὰ ἤδη γενόμενα. *Ulpianus.* Cf. Phil. I. §. 14. Plat. Protag. p. 324. B. ibique *Astius:* οὐ γὰρ ἂν τό γε πραχθὲν ἀγένητον θείη (*factum non poterit infectum reddere*). — καιρὸς ἥκει τις οὗτος, *magna quaedam haec opportunitas offertur.* Eadem verba leguntur Olynth. III. §. 9, ubi, ut hic, editores in interpunctione collocanda variant. Nostro certe loco vulgata lectio ἥκει. τίς οὗτος; ferri non potest, quoniam sequi responsionem oportuit, verba autem, quae sequuntur, responsionem non continent. *Rüdigerus* cum aliis Pronomen οὗτος, quod tribus tantum codd. legitur, delevit. At quum τις habeat vim: *magnum aliquid, eximium,* ut ad Olynth. I. §. 14 monuimus, additum οὗτος magis hanc gravitatem auget et tempus significat, quod *Bremius* docuit. Vid. ad Phil. I. §. 17. *Schaeferus* mavult ἥκει τις, οὗτος δι' ὅν. Neque magis probanda est vulgata ἥκε· nam no-

τούτῳ; εἰ γὰρ μὴ βοηθήσετε παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατὸν, θεάσασθε ὃν τρόπον ὑμεῖς ἐστρατηγηκότες πάντα ἔσεσθε ὑπὲρ Φιλίππου. Ὑπῆρχον Ὀλύνθιοι δύναμίν τινα κεκτη- 7
μένοι, καὶ διέκειθ' οὕτω τὰ πράγματα: οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους, οὐδ' οὗτοι Φίλιππον. ἐπράξαμεν ἡμεῖς

Wolf., Auger. Sed vid. adn. — *βοηθήσητε)* Par. 3, Aug. 2, cod. Vict. Malc. — *ἔσεσθε πάντα)* Vulg. —

---

tiones Perfecti *advenisse*, et Praesentis *adesse* in uno hoc verbo conjunctae sunt. Vid. ad §. 1. — *ταὐτὰ πάθητε, ἅπερ καὶ τότε. ἵνα μὴ τὸν παραπεπτωκότα καιρὸν ἀφῆτε.* — *τί δὴ χρησόμεθα — τούτῳ, qua igitur ratione hac opportunitate utemur. Ἐρώτησιν προθεὶς οὐκ ἐπήνεγκε τὴν ἀπόκρισιν: βοήθησομεν. Ulpianus.* De constructione vid. ad Phil. I. §. 33. De interrogatione ad attentionem commovendam composita vid. ad Phil. I. §. 2. Futurum autem in hisce interrogationibus vi deliberandi usurpatur. Plat. Phaedr. p. 261. C: *τί φήσομεν.* Gorg. p. 505. C: *τί ποιήσομεν.* Theaet. p. 187. D: *πότερον ἐάσομεν αὐτὸ ἢ ἐπισκεψόμεθα.* Quare altera lectio *χρησώμεθα* rejicienda est; nam Conjunctivus dubitantis est, fierine possit, quod interroget. Vid. ad §. 22. — *εἰ γὰρ μὴ βοηθήσετε.* Adverte animum ad personarum gravem mutationem a prima Pluralis ad secundam. Vid. ad Phil. I. §. 11; ad Olynth. III. §. 2. 10. *Γάρ* autem elliptice ita usurpatur, ut aut verbum aliquod, aut sententia ex antecedentibus suppleatur (h. l. *βοηθήσομεν*, ut jam Ulpianus monuit, supplendum est) et ea confirmet. Cf. Phil. III. §. 15. 16. Hom. Od. κ', 501: *Ὦ Κίρκη, τίς γὰρ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει;* ubi eleganter omissum est: *nequaquam eo ire possum; quis enim* etc. Vid. *Zeun.* ad Vig. p. 496. Idem est usus Conjunctionis *enim* apud Latinos, quae ita ponitur, ut id, cujus rationem reddit, cogitatione suppleatur. Heind. ad Hor. Sat. II, 3, 124. Apud Terent. Phorm. IV, 4, 13 Antiphonti roganti: *Cedo nunc porro, Phormio dotem si accipiet, uxor ducenda est domum: quid fiet?* servus respondet: *Non enim ducet*, ubi suppleri potest: *ne timeas.* Virg. Aen. II, 164:

Omnis spes Danaûm, et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. Impius ex quo
Tydides sed enim, scelerumque inventor Ulixes
Fatale adgressi sacrato avellere templo
Palladium, — — — — —:
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaûm, . . .

Ramsh. Gr. §. 187. p. 565. Vid. etiam ad Phil. I. §. 10. — *παντὶ σθένει κατὰ δυνατόν.* Locutio pleonastica videtur, non vere est; namque auget gravitate orationem, omni modo propositum urgentem. Simile est in Demosthenica Phil. (adultérina) IV. p. 146. §. 59: *ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης. Schaeferus.* Vid. ad Phil. I. §. 3. Phil. II. §. 11. — *θεάσασθε, διαλογίσασθε.* Sic Latini *videre* pro *considerare* usurpant. Vid. ad Cic. Cat. III. c. 12: *Quod si omnis impetus domesticorum hostium depulsus a vobis se in me unum converterit: vobis erit videndum, Quirites, qua conditione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint invidiae.* — *ἐστρατηγηκότες.* Odioso verbo utitur, quasi Athenienses Philippi mercenarii duces et mancipia essent; quod et turpe est et perniciosum. *Wolf.* Similis sententia legitur Phil. I. §. 41. Cf. infra §. 17. —

§. 7. *δύναμίν τινα.* Vid. ad Olynth. I. §. 1. Proleg. §. 15. — *ἐθάῤῥει τούτους — Φίλιππον. Θαῤῥεῖν* cum Accusativo est *aliquem* s. *aliquid non curare*, i. e. *non m.-*

κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην· ἣν τοῦτο ὥςπερ ἐμπόδισμά τι τῷ Φιλίππῳ καὶ δυςχερὲς, πόλιν μεγάλην ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς διηλλαγμένην πρὸς ἡμᾶς. ἐκπολεμῶσαι δεῖν

---

§. 7. *αὐτοῦ καιρ.)* Par. 5, 7, Aug. 1 suppl., prob. Schaefero. Sed vid. adn. —

---

tuere, fidere, se alicui parem aut etiam superiorem esse, ergo *aliquem aggredi audere.* Est hic usus Platonicus. Cf. Phaed. p. 200: *οὐδενὶ προςήκει θάνατον θαῤῥοῦντι μὴ οὐκ ἀνοήτως θαῤῥεῖν.* Xenoph. Cyr. V, 5, 42. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 239. D. Matth. §. 408. *θαῤῥεῖν τινι* est *aliquo fretum esse, alicui confidere.* Quare *H. Wolfius* contra codicum auctoritatem scribi voluit *τούτοις* et *Φιλίππῳ.* At opus non est. Bene se habet sententia prior. Latini quoque Intransitiva cum Accusativo rei, tanquam Objecti, quo affectus excitatur, construunt. Cic. Fin. I, 16: *Si qui satis sibi contra hominum conscientiam septi esse et muniti videntur, deorum tamen horrent conscientiam.* Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 120. — *ἐπράξαμεν εἰρήνην, pacem confecimus. Πράττειν εἰρήνην* hic non est, ut Wolfius putat, *callidis rationibus conciliare pacem,* quae significatio alias inest in verbis *πράττειν, διαπράττεσθαι* (vid. Phil. I. §. 31. 48), sed *niti, contendere, ut pax fiat.* Xenoph. Hell. III, 4, 6: *ἡ μὴν πράξειν ἀδόλως τὴν εἰρήνην.* Sic etiam *πράττειν τὴν εἴςοδόν* Xenoph. Hell. IV, 4, 7. De re vid. Proleg. §. 14 et 15. ad Olynth. I. §. 6. Phil. I. §. 17. — *πρὸς ἡμᾶς,* i. q. *πρὸς ἀλλήλους, unter uns. Schaefer.* Vid. ad Phil. I. §. 10. Sed fortasse melius *Auger.* supplet *πρὸς ἐκείνους* post *ἡμεῖς,* cui assentit *Doederl.* Progr. de brachyl. serm. gr. et latini p. 14, ubi docet, rite et quasi lege quadam brachylogiam admitti, ubi contraria vocabuli notio vel antithesis reticeatur, inprimis quoties binis orationis membris bina antitheta contineantur, ut h. l. et Soph. Phil. 137: *τέχνα γὰρ τέχνας ἑτέρας προὔχει καὶ γνώμα,* ubi quidam codd. glossam *γνώμας* additam exhibent. Vid. ad §. 33. — *ὥςπερ ἐμπόδισμά τι, tamquam impedimentum quoddam. Ἐμπόδισμα,* ut apud Latinos *impedimentum,* tropice usurpatur, quare orator *ὥςπερ* addit. De Chers. p. 97. §. 31: *ὡς μὲν οὐκ ἀληθῆ ταῦτ' ἐστὶν, οὐκ ἔχετε ἀντιλέγειν, ἄχθεσθαι δέ μοι δοκεῖτε καὶ ὥςπερ ἀπολλύναι τι νομίζειν.* — *καὶ δυςχερές,* i. e. *καὶ ταῦτα πάνυ τι δυςχερές, impedimentum aliquod idque inprimis durum et impeditum. Reisk.* Vid. ad Olynth. III. §. 22. — *ἐφορμεῖν.* Grammatici hunc locum respicientes interpretantur *ἐφεδρεύειν.* Sed est discriminis aliquid inter haec verba. Nam *ἐφεδρεύειν* est militiae pedestris, *ἐφορμεῖν* navalis. Non mirum autem, Athenienses, populum maritimum marique potentem, tot locutiones a re navali petiisse. *Schaefer. Ἐφορμεῖν* igitur dicuntur naves, quae sunt in statione et vigilantes alicui rei intentae sunt; unde derivatur tropicus hujus verbi usus *speculari* et *aucupari. Ἐφεδρεύειν* legitur de Pac. §. 15, ubi vid. adn.; de Chers. p. 100. §. 42: *οὐκοῦν βούλεται τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς τὴν παρ' ὑμῶν ἐλευθερίαν ἐφεδρεύειν.* Cic. Rosc. A. c. 8: *quum praesertim tam multi occupationem ejus observent, tempusque aucupentur, ut, — — aliquid hujuscemodi moliantur.* — *τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς. Καιροί,* quod Schol. expl. *ἀτυχήματα,* sunt *necessitates* aut *incommoda,* quibus aliquis premitur. Nam vox *καιροί* in bonam et malam partem accipi potest. Vid. ad Phil. I. §. 37. Virg. Aen. II, 324: *Venit summa dies, et ineluctabile tempus Dardaniae.* Quare etiam notat *loca alicui opportuna,* ut apud Isocr. Archid. p. 132. §. 80: *ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς.* Interdum idem est, quod *κίνδυνος.* Dem. Lept. extr. *κἄν τις ἄρ' ἔλθῃ ποτὲ καιρὸς, οὐκ ἀπορήσετε τῶν ἐθελησόντων ὑπὲρ ὑμῶν*

φόμεθα τοὺς ἀνθρώπους ἐκ παντὸς τρόπου· καὶ ὃ πάντες
8 ἐθρύλουν τέως, τοῦτο πέπρακται νυνὶ ὁπωςδήποτε. Τί οὖν ὑπόλοιπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλὴν βοηθεῖν ἐῤῥωμένως καὶ προθύμως; ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ· χωρὶς γὰρ τῆς περιστάσης ἂν ἡμᾶς αἰσχύνης, εἰ καθυφείμεθά τι τῶν πραγμάτων, οὐδὲ τὸν φόβον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μικρὸν ὁρῶ τὸν τῶν μετὰ ταῦτα, ἐχόντων μὲν ὡς ἔχουσι Θηβαίων ἡμῖν,

---

ἐθρύλλουν) Vulg. — *νῦν)* Par. 3, 5, 7, 8, Aug. 1 suppl., ed. Ald., Felic., P. Manut., Auger. Vid. ad Phil. I. 1. —
§. 8. *τὸν τῶν μετὰ) τῶν* abest a Par. 5, 7, 8, Bav., Aug. 1 suppl., Bekk. quoque in ed. minore ejecit. At vid. adn. —

κινδυνεύειν. Atque eodem sensu apud Latinos *tempus* vel *tempora* usurpatur. Vid. ad Cic. pro leg. Man. c. 1. Pronomen reciprocum *ἑαυτοῦ* pro Demonstativo ponitur, ac si Philippus Subjectum sit; gravius hoc est, quam *αὐτοῦ*, quae paucorum librorum lectio recipienda non est. Eadem exempla apud Latinos inveniuntur. Cic. Phil. IV, 2: *quod erat praesidium salutis libertatisque vestrae, si C. Caesaris, fortissimorumque sui patris militum exercitus non fuisset.* — *διηλλαγμένην.* Vid. ad Olynth. I. §. 1. Proleg. §. 14. — *ἐκπολεμῶσαι. Harpocration: ἀντὶ τοῦ εἰς πόλεμον καταστῆσαι, ὡς καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ πολλάκις. ἐν μέντοι τοῖς Ἀττικοῖς διὰ τοῦ ἢ γράφεται, ὡς καὶ παρὰ Ξενοφῶντι.* Hoc posterius male. *Ammonius* grammaticus verum discrimen constituit: *Ἐκπολεμῶσαί ἐστιν εἰς πόλεμον ἐμβαλεῖν, ἐκπολεμῆσαι δὲ τὸ πόλιν ἐξελεῖν.* Vid. Valcken. ad Ammon. p. 72. Cf. Olynth. III. §. 7, ubi *Ulpianus* quoque explicat: *ἐχθροὺς καταστῆσαι τῷ Φιλίππῳ.* Praepositio *ἐκ* huic verbo tribuit notionem *belli internecini*, ut apud Latinos *debellare, devincere.* — *ἐθρύλουν.* De hoc verbo vid. ad Olynth. I. §. 6 et Olynth. III. §. 7. — *ὁπωςδήποτε,* quacunque ratione, de qua vestrum in honorem nil dicam. Vos certe nihil egistis, ut fiat. Olynth. III. §. 7 dicit: *γέγονεν αὐτόματον. Brem.* —

§. 8. *τί οὖν ὑπόλοιπον.* A narratione transit ad confirmationem, propositione per interrogationem *ἐπιλογικῶς* repetita. *Wolf.* — *Χωρὶς γὰρ τῆς περιστάσης ἂν ἡμᾶς.* Argumentum a *turpi παραλειπτικῶς* inserit, periculum magis auget. *Wolf.* De particula *ἂν* (*ἣ περιέστη ἂν ἡμᾶς*) vid. ad Phil. I. §. 13. *Περιστῆναι, circumstare, obruere*, quod vel cum Dativo vel, id quod saepius fit, cum Accusativo personae jungitur (Matth. §. 394. d) plerumque de rebus adversis, periculis atque insidiis, quae *superveniunt, ex insperato eveniunt*, et premunt, dicitur. Cf. §. 9. Thuc. VIII, 15: *νομίσαντες, μέγαν ἤδη καὶ σαφῆ τὸν κίνδυνον σφᾶς περιεστάναι.* Ibid. I, 76: *ἡμῖν — ἀδοξία τὸ πλέον ἢ ἔπαινος οὐκ εἰκότως περιέστη.* Vid. ad Olynth. III. §. 28. Cic. Phil. X, 10: *quum dies et noctes omnia nos undique fata circumstent, non est viri, — dubitare eum spiritum, quem naturae debeat, patriae reddere.* — *εἰ καθυφείμεθά τι τῶν πραγμάτων, si quid rerum nostrarum seu commodi negligeremus. Καθυφίεσθαι,* quod Schol. *ἐνδιδόναι* explicat, „remittere aliquid de studio suo patique seu per mollitiem segnitiemque suam seu in gratiam alterius aliquid suorum sibi eripi aut elabi.“ *Reisk.* Eodem sensu in Activo legitur. Vid. Reisk. in Ind. Luc. Prometh. 5: *μηδὲ καθυφῇς τι τῶν δικαίων τοῦ πατρός.* Sic fere *remittere* Latini usurpant. Caes. bell. Gall. VI, 14: *quod fere plerisque accidit, ut praesidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant,* i. e. memoriam non

ἀπειρηκότων δὲ χρήμασι Φωκέων, μηδενὸς δ' ἐμποδὼν ὄντος
Φιλίππῳ τὰ παρόντα καταστρεψαμένῳ πρὸς ταῦτα ἐπικλῖναι
τὰ πράγματα. Ἀλλὰ μὴν εἴ τις ὑμῶν εἰς τοῦτο ἀνα- 9
βάλλεται ποιήσειν τὰ δέοντα, ἰδεῖν ἐγγύθεν βούλεται τὰ
δεινά, ἐξὸν ἀκούειν ἄλλοθι γιγνόμενα, καὶ βοηθοὺς ἑαυτῷ
ζητεῖν, ἐξὸν νῦν ἑτέροις αὐτὸν βοηθεῖν· ὅτι γὰρ εἰς τοῦτο

---

§. 9. ὅτι μὲν γάρ) Vulg., etiam cod. Vict. Sed ex initio §. 10 ortum videtur. —

---

curent et negligant meminisse. De πρᾶγμα vid. ad Phil. I. §. 3. — οὐδὲ τὸν φόβον — τὸν τῶν μετὰ ταῦτα, *non parvum metum ex iis, quae secutura sunt, existere video.* Articulus τῶν, quem nonnulli codices non habent, et *Bekk.* in ed. minore ejecit, retinendus est. Nam ὁ φόβος μικρὸς ὁ μετὰ ταῦτα bene dici non potest, non accuratius descripto timoris genere; ὁ φόβος — ὁ τῶν μετὰ ταῦτα autem neque perversi neque duri quidquam habet pro: φόβος ὁ ἐκ τοῦ μέλλοντος κινδύνου, ut recte interpretatur *Ulpianus.* Τὰ μετὰ ταῦτα sunt ea mala, quae ex hac agendi ratione proficiscuntur. Cf. Olynth. III. §. 8. Plat. Crit. c. 10: εἰ δὲ ἐμμένεις τοῖς πρόςθεν, τὸ μετὰ τοῦτο ἄκουε. Negatio οὐδέ pertinet ad remotius μικρόν. — ἐχόντων μὲν ὡς ἔχουσι Θηβαίων, Schol. ἐχθρῶν ὄντων. Ejusmodi formulae euphemistice usurpantur ab iis, qui rem clarius exponere aut nolunt aut nequeunt. Herm. ad Vig. p. 709. Eur. Or. 79: ἔπλευσ', ὅπως ἔπλευσα, θεομανεῖ πότμῳ. De mutuo Atheniensium et Thebanorum odio vid. ad Olynth. III. §. 26. Phil. I. §. 48. De ἔχειν ad Phil. II. §. 14. — ἀπειρηκότων δὲ χρήμασι Φωκέων. Fracti erant Phocenses pecuniae inopia bello Phocensi sive sacro, in quod per decem annos gestum et suas et Delphici templi opes consumpserant. Vid. Proleg. §. 9. 12. Olynth. I. §. 7; III. §. 26. Ἀπειρηκέναι, ἀπειπεῖν dicuntur omnino de animantibus, quae laboribus fracta aliquam rem abdicant abjiciuntque spem deficientibus viribus. Construuntur cum Dativo rei, quae defecit. Eur. Or. 91: οὕτως ἔχει τάδ', ὥςτ' ἀπείρηκεν κακοῖς. Hecub. 936: ἀπεῖπον ἄλγει. — τὰ παρόντα καταστρεψαμένῳ πρὸς ταῦτα — τὰ πράγματα. Τὰ παρόντα, sc. πράγματα sunt *res Olynthiorum,* quibus opponuntur ταῦτα τὰ πράγματα, i. e. *res Atheniensium.* De voce καταστρέφεσθαι vid. ad Phil. I. §. 6. Victis igitur Olynthiis arma sua ad Athenienses convertere Philippum orator occulte dicit, quod Olynth. III. §. 25 luculentis verbis eloquitur. Vid. ad Olynth. III. §. 12. — ἐπικλῖναι, sc. ἑαυτόν. Paus. IX, 30, 5: ποιμὴν — ἐπικλίνων αὐτὸν πρὸς τοῦ Ὀρφέως τὸν τάφον. *Schaefer.* Alias transitive usurpatur, ut *inclinare,* et transitive et intransitive adhiberi potest. Cic. Cat. IV, 2: *quocunque vestrae mentes* **inclinant** *atque sententiae.*

§. 9. ἀναβάλλεται ποιήσειν. Observetur constructio cum Futuro et Infinitivo sine Articulo, quod quidem frequens est Demostheni, quum Infinitivis loco nominum utatur. Vid. ad Olynth. I. §. 1. Multo latius patet usus Infinit. Futuri apud Graecos, quam apud Latinos et Germanos, qui in hisce enuntiationibus Infinitivum Praes. ponunt. Similis est apud illos constructio verborum *sperare, promittere, spondere,* in quibus, ut in ἀναβάλλεσθαι, est notio futuri temporis. Sic etiam verba, quae voluntatem significant, cum Futuro Infinitivi junguntur, ubi interdum viri docti haerent. Aesch. adv. Ctesiph. p. 540. §. 152: ἐπιχειρήσειν ἐθελήσεις αὐτίκα μάλα. Omnino Futurum indicat id, quod fieri debet. Vid. ad Phil. I. §. 19. De ἀναβάλλεσθαι vid. ad Phil. I. §. 14 et III. §. 14. — ἐξὸν — ἄλλοθι γιγνόμενα. De Nominativo

περιστήσεται τὰ πράγματα, ἐὰν τὰ παρόντα προώμεθα, σχεδὸν ἴσμεν ἅπαντες δήπου.

10 Ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ δεῖ βοηθεῖν, εἴποι τις ἂν, πάντες ἐγνώκαμεν, καὶ βοηθήσομεν· τὸ δὲ ὅπως, τοῦτο λέγε. Μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θαυμάσητε, ἂν παράδοξον εἴπω

---

absoluto vid. Olynth. I. §. 24. *ἄλλοθι γιγνόμενα* spectat ad fines Olynthiorum et opponitur *ἐγγύθεν*, i. e. in Attica. — *εἰς τοῦτο περιστήσεται, in hunc statum res nostras deventuras esse*, sc. priori rerum facie mutata. Dem. Mid. p. 551: *καὶ τὸ πρᾶγμα εἰς ὑπερδεινόν μοι περιέστη.* — *ἴσμεν ἅπαντες δήπου.* Ironice seu cum irrisione dictum est. Vid. ad Olynth. I. §. 25. —

§. 10. *Ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ δεῖ.* Hactenus opem ferendam esse Olynthiis; quia et necessarium sit ad vitandum dedecus, et utile ad incolumitatem Atticae, docuit. Nunc ad locum facultatis transit. Nam voluntas quidem adversandi Philippo non deerat Atheniensibus, sed nervus belli, pecunia deerat, quam vulgus in spectaculis consumebat. Qui locus quia odiosus est, et plenus offensionis, neque etiam periculi capitalis expers, longa insinuatione tandem eo pervenit, ut dicat, abrogata lege theatrali, pecuniam ad belli sumptus tolerandos non defuturam. *H. Wolfius* secundum *Ulpianum*, qui haec addit: *Ἐπειδὴ, τοῦ ἀκροατοῦ προσδοκῶντος ἀκούειν περὶ πολέμων, αὐτὸς περὶ νομοθετῶν μέλλει λέγειν, διὰ τοῦτο προθεραπεύει τοὺς πολλούς.* Est autem locus plenus artis, qua animos audientium ad percipiendam rem ingratam praeparat. Inter exempla *τῆς προδιορθώσεως* technici hoc retulerunt. *Tiberius περὶ σχημάτων: Προδιόρθωσις δὲ ἐστιν, ὅταν ὑποπτεύων προσκρούειν τὸ ῥηθησόμενον παραιτῆται τοὺς ἀκούοντας — —· εἰ γὰρ καὶ δυσχερὲς ἦν τὸ λεγόμενον καὶ προσέκρουε, καὶ παραιτούμενος ἠκούσθη διὰ τὴν ὑπόσχεσιν.* Latius disserit *Bremius* de arte hujus loci et de fortitudine Demosthenis. — *εἴποι τις ἄν.* Vid. ad Phil. I. §. 42. — *μὴ — θαυμάσητε.* In enuntiationibus, quibus aliquis rem aut vetat aut prohibet, *μὴ* nonnisi cum Imperativo Praesentis aut cum Conjunctivo Aoristi construitur. Matth. §. 511, 3. Herm. ad Vig. p. 809. Pors. ad Eur. Hec. 1166. Cf. proxime *μὴ θῆσθε* et *λύσατε*. §. 12 *μὴ σκοπεῖτε*. de Pac. §. 15. — *παράδοξον — τοῖς πολλοῖς.* Absurdum videbatur, legislatores creari, quasi metus esset, ne res publica corrueret, aut in paucorum veniret potestatem. *Rüdig.* De formula *τοῖς πολλοῖς* vid. ad Phil. I. §. 38. — *νομοθέτας καθίστατε.* Lege erat constitutum, ut ineunte quovis anno ex *Ἡλιαίας* judicibus sorte eligerentur, qui leges cognoscerent, inutiles et sibi contradicentes populo indicarent inque eorum locum novas proferrent (*νομοθέται*). Eorum numerus erat varius, interdum mille et unus. *Wolf.* ad Lept. Proleg. p. 72 et 76 ed. Brem. Si autem rerum publicarum ratio postulabat, alio quoque tempore in hunc finem legislatores populi decreto constituebantur, qui *extraordinarii* fuerunt; atque hos quidem, non ordinarios, institui Demosthenes jubet, qui nonnisi de legibus theatralibus et bellicis consultarent easque hoc tempore inutiles abrogarent. Vid. Schoemann. de Comitiis p. 272. Aesch. adv. Ctesiph. p. 429. §. 39. Nam post inducias illas in triginta annos Athenienses inter et Lacedaemonios factas (Ol. LXXXIII, 4) constitutum erat, ut quotannis mille talenta in aerario deponerentur, quae pecunia non adhibenda esset ad publicum usum, nisi summa necessitas cogeret. Pericles autem jusserat, singulis civibus ad spectacula duos obolos ex hac pecunia dari, unum, ut aditum solverent, alterum, ut temporis jactura com-

τι τοῖς πολλοῖς· νομοθέτας καθίστατε. ἐν δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις μὴ θῆσθε νόμον μηδένα (εἰσὶ γὰρ ἱκανοὶ ὑμῖν),

---

§. 10. *καθίστατε)* Sic habent omnes codd. et edd. ante Bekkerum, qui correxit *καθίσατε.* Vid. adn. — *θῆτε)* Par. 1. *θεῖσθε)* Laudianus. Wolf. mavult *θέσθε.* Vid. adn. — *ὑμῖν ἱκανοί)* Vulg. —

---

pensaretur; bello autem exorto, ad hoc illas pecunias (*θεωρικά*) adhiberi. Sed paulatim ad hanc consuetudinem populus adductus est, ut nullo modo hisce pecuniis renuntiare vellet, et, quum Apollodorus de iis ad bellum consumendis eum appellare ausus esset (Olymp. CVI, 4), faceret legem, auctore Eubulo, Philippi mercenario, ut morte multaretur *ὃς ἂν γράψειε μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικά.* Vid. ad Olynth. III. §. 20. Boeckh. Staatsh. de Athen. I. p. 232 sqq. Unde patet, Demosthenem nonnisi summis circumventum difficultatibus rem difficillimam et periculosissimam esse aggressum, ut de ista Eubuli lege abroganda verba faceret. Leges autem abrogari aut novae in eorum locum subrogari nonnisi per Nomothetas potuerunt. Dem. adv. Timocr. p. 710: *τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν Νομοθέταις. τότε δ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἀθηναίων λύειν, ἕτερον ἀντιτιθέντι ἀνθ' ὅτου ἂν λύῃ. Schoemann.* de Comit. Athen. p. 261. Vid. *Ulpianum* ad init. Olynth. III (I) et *Libanium* in argumento ejusdem orationis. Pro *καθίστατε,* quod omnes codices sine ulla varietate exhibent, Bekkerus conjecturam suam *καθίσατε* in textum recepit. Eleganter quidem ille conjecit; nam *καθίζειν νομοθέτας, δικαστάς* saepe dicitur apud Demosthenem et alios scriptores. Cf. Dem. Timocr. p. 708. Sic *Schneider.* ad Xenoph. Mem. Socr. II, 1, 12 pro *κλαίοντας καθίσταντες* scripsit *καθίσαντες.* Praeterea etiam *καθῆσθαι* solemnis dictio est de judicibus. Vid. *Schaef.* ad Dem. Lept. p. 507, 25. Quo eodem usu Latini vocabula *sedere, consessus* usurpant de magistratibus et judicibus consultantibus. Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 153. At conjectura non opus est, neque a codicum auctoritate recedendum. Ut enim *καθιστάναι* de regibus, magistratibus aliisque praefectis constituendis, ita etiam de judicibus dici potest, *einsetzen.* Cf. Phil. I. §. 36. Olynth. III. §. 13. Xenoph. Hell. III, 3, 1: *καὶ ἔδει βασιλέα καθίστασθαι.* Alia exempla congessit *Erfurdt.* ad Soph. Ant. 666. — *ἐν δὲ τούτοις, διὰ τούτων, sub his,* i. e. *per hos.* Dem. adv. Timocr. p. 710: *τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις.* Herod. I, 31: *διέδεξέ τε ἐν τούτοισι ὁ θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν.* Soph. Aj. 519: *ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι.* Matth. §. 577. Vid. ad Phil. III. §. 2. 63. „Proprius hic usus Praepositionis *ἐν* de legibus sciscendis et abrogandis *per νομοθέτας. Schaefer.* — *μὴ θῆσθε.* Alii legunt *θῆτε.* Male; nam *θέσθαι νόμους* plerumque dicitur de iis, qui constituunt leges, quibus ipsi obediant, sive de civitatibus, quae leges sibi faciunt; *θεῖναι νόμους* autem de singulis hominibus, qui aliis leges scribunt, nullo sui ipsorum respectu habito. Idem discrimen est inter *γράφειν* et *γράφεσθαι νόμους.* Quare infra §. 13 *θεῖσιν,* sc. *τούτους τοὺς νόμους,* Activum positum est. Matth. §. 492. Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 473, 28. Herod. I, 29. — *εἰσὶ γὰρ ἱκανοὶ ὑμῖν.* Vituperationem quandam multarum legum haec verba involvunt. Nam multitudinem legum documentum esse malae rei publicae conditionis veteres docuerunt. Isocrat. Areopag. c. 16 ed. Lang. cit. *Voemelio: τά γε πλήθη — τῶν νόμων σημεῖον εἶναι τοῦ κακῶς οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν αὐτήν.* Tacit.

ἀλλὰ τοὺς εἰς τὸ παρὸν βλάπτοντας ὑμᾶς λύσατε. 11
Λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν, σαφῶς οὑτωσὶ, καὶ τοὺς περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους, ὧν οἱ μὲν τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι μένουσι διανέμουσι θεωρικὰ, οἱ δὲ τοὺς ἀτακτοῦντας ἀθῴους καθιστᾶσιν, εἶτα καὶ τοὺς τὰ δέοντα ποιεῖν βουλομένους ἀθυμοτέρους ποιοῦσιν. Ἐπειδὰν δὲ ταῦτα λύσητε καὶ τὴν τοῦ τὰ βέλτιστα λέγειν ὁδὸν παράσχητε ἀσφαλῆ, τηνικαῦτα τὸν γράψοντα, ἃ πάντες ἴστε ὅτι συμ-

§. 11. *διανέμουσιν ὡς θεωρικά)* Aug. 1 suppl., Pith., Append. Francf., Ald. Tayl. Sed ὡς glossema est. — *ῥᾳθυμοτέρους)* Par. 5, 7, 8, Aug. 1 suppl., Pith., Append. Francf, Ald. Tayl. „Ex meo sensu praestat ῥᾳθυμοτέρους. Multo enim pejores sunt leges, quae bonorum animum corrumpunt, quam quae tantum frangunt. Sane primum oritur ἀθυμία, sed mox consequitur ῥᾳθυμία, quam orator videtur notare voluisse.“ *Schaefer.* Non probo; ex ἀθυμία non mox ῥᾳθυμία exsistit, quod quidem vitium haud ita facile bonorum animos capit. —

Annal. III, 27: *Corruptissima re publica plurimae leges.* —

§. 11. *σαφῶς οὑτωσί.* *Παῤῥησία,* fiduciam causae prae se ferens. *Wolf.* Sensus est: omissis ambagibus, disertis verbis rem vobis non jucundam pronuntio; nam res nostrae miserae sunt. De re cf. Olynth. III. §. 19 sq. — *τοὺς — ἐνίους.* *H. Wolfius* articulum aut delendum aut *τῶν* scribendum esse censuit; *Reiskium* quoque Accusativus offendit, qui Wolfii conjecturam probat. At sana lectio est. Nam aut pertinet ad eam constructionem, qua totum cum parte eodem casu ponitur, quod *Bremius* adv. Aphob. p. 820. §. 23: *ἃ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιτρόπων, κοινῇ διήρπακε, καὶ ὅσα ἔνια μηδὲ καταλειφθῆναι παντάπασιν ἠμφεσβήτηκε, ταῦθ' ὑμῖν ἐπιδείξω,* docet (vid. quae ad Phil. I. §. 28 et Phil. II. §. 11 notavimus), aut, id quod magis placet, certae quaedam leges noxiae omnibusque notissimae describuntur, ut Voemel. secundum Schaeferum monet; nos dicimus: *die paar über die zum Kriegsdienste Verpflichteten.* Potest igitur sic explicari, ut *ἐνίους* ab oratore additum sit explicationis causa, ne nimium poscere videretur et audientium stomachum excitaret, quum omnes leges militares utpote inutiles ac parum idoneas abrogari vellet. Schaefer. ad h. l. Vid. ad or. de Pac. §. 12, ubi similis locus est: *πλὴν δι' ἃ ἂν ὑμῖν εἴπω δύο.* Significantur autem leges de vacatione. Alii enim aliis ex causis immunitatem militiae sibi vindicabant. Lex erat, *ἀτέλειαν εἶναι τῆς στρατείας τοῖς τέλος πριαμένοις. Τοὺς τῷ Διονύσῳ χορεύοντας μὴ στρατεύεσθαι.* Aediles (*χορηγοί*) autem, favoris emerendi causa, natu minimos eosque maxime, qui nomina militiae dederant, suo arbitratu eligebant. Ditiores potissimum facile immunitatem militiae donis sibi paraverunt, aut omnino eam detrectaverunt. Non deerant quidem leges, quae poenas acerbas talibus hominibus statuebant; sed aetate Demosthenis non admodum validae erant. Eas igitur leges, quae tergiversationum opportunitatem praebebant, orator vult abrogari. Vid. Wachsm. Hell. Alterth. II. 1. p. 396 sqq. Vid. *Ulpianum* ad h. l. Vid. ad Phil. I. §. 7. — *θεωρικά,* i. q. *ὡς θεωρικά, ἐς τὰς θεωρίας.* — *ἀτακτοῦντας.* *Ἄτακτοι, ἀτακτοῦντες* vocabantur ii, qui militiam detrectabant, disciplinam militarem labefactabant, emansores, desertores ordinum poena liberabant etc. *Suid.* s. v. *H. Wolf.* Cf. §. 34. Quisquis autem ordinem suum deseruerat, ad He-

12 φέρει, ζητεῖτε. Πρὶν δὲ ταῦτα πρᾶξαι, μὴ σκοπεῖτε, τίς, εἰπὼν τὰ βέλτιστα ὑπὲρ ὑμῶν, ὑφ' ὑμῶν ἀπολέσθαι βουλήσεται· οὐ γὰρ εὑρήσετε, ἄλλως τε καὶ τούτου μόνου περιγίγνεσθαι μέλλοντος, παθεῖν ἀδίκως τι κακὸν τὸν ταῦτ' εἰπόντα καὶ γράψαντα, μηδὲν δὲ ὠφελῆσαι τὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν μᾶλλον ἔτι, ἢ νῦν, τὸ τὰ βέλτιστα λέγειν φοβερώτερον ποιῆσαι. Καὶ λύειν γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς νόμους δεῖ τούτους τοὺς αὐτοὺς ἀξιοῦν, οἵπερ

§. 12. *σκοπῆτε)* Aug. 1 suppl. Male; vid. ad §. 10. — *τοῦ παθεῖν)* Vulg. — *τούτους αὐτούς*, omisso articulo *τούς)* Vulg. At sensus est: nequaquam aliis, nisi qui dederint legem, ejus abrogandae negotium esse tribuendum; quare *τοὺς αὐτούς* scribendum. —

liastarum tribunal sistebatur, quibus poenam etiam aggravandi animus non deerat. *Tourr.* — *εἶτα καὶ — ποιοῦσιν.* Noxa duplex malarum legum, quod et improborum ignaviam alunt, numerumque militum minuunt, et strenuorum industriam hebetant. *H. Wolf.* — *ἐπειδὰν λύσητε.* Vid. ad Phil. I. §. 22. „Demosthenes mulctae istis legibus sancitae caput suum subduxit cautissime, quippe quod earum abrogationem solum verbo tenus postularet, absque formulis ad id praescriptis." *Tourr.* Lege Eubuli cautum erat, ne quis rogationem proferret de pecuniis theatralibus ad bellum adhibendis; Demosthenes autem caute non ipse fert rogationem de istius legis perniciosae abrogatione, sed postulat, ut auctores ejus id facere cogantur; qua re debitam sibi poenam, mortem, constituant. — *τὴν τοῦ τὰ βέλτιστα.* Memorabilis est articulorum concursus; quapropter *Harlei.* medium omitti voluit. Male. Cf. Olynth. III. §. 4. — *ἴστε ὅτι.* Formulae *οἶδ' ὅτι, εὖ οἶδ' ὅτι, ἴσθ' ὅτι* et h. l. *πάντες ἴστε ὅτι* mediae orationi tanquam Adverbia interpositae inserviunt rei alicui confirmandae et omni ejus dubitationi tollendae; significant omnino *certo, profecto, re vera.* Est earum frequens apud Demosthenem usus. Cf. Phil. II. §. 29; III. §. 1; de Pac. §. 10. ad Timocrat p. 717. adv. Androt. p. 597, §. 14: *ἃ πάντες ἑωράκατε, ἴσθ' ὅτι — ἐβοηθήσατε.* Xenoph. Hell. VI, 1, 4: *Ἀκούετε μὲν οὖν, εὖ οἶδ' ὅτι, καὶ ὑμεῖς Ἰάσονος ὄνομα.* Vig. p. 268 sq. Buttm. Gr. §. 138. III. Huc pertinet *δῆλον ὅτι* de Pac. §. 25. Matth. §. 613. 6. De *εὖ* modo omisso, modo posito vid. ad Phil. III. §. 1. —

§. 12. *ὑπὲρ ὑμῶν ὑφ' ὑμῶν,* Est elegantissima verborum sono quidem similium, significatione autem diversissimorum collocatio. Contraria jungi solent, ut magis elucescant. Non minor fere vis est loci apud Cic. Phil. II. c. 3. §. 6: *quum leges eas, quae nunquam promulgatae essent, et de te et a te latas confiterere.* H. Wolfius laudat locum poëtae cujusdam: *Funeris officium vitae pro munere reddit.* — *ἄλλως τε καί,* proprie notat *quum aliter, tum;* deinde *μάλιστα, praesertim.* *Ἄλλως* plerumque spectat ad ea, quae nunc praeterimus, *καί* autem ad illud, quod praecipuum ponimus. Aesch. Prometh. 637: *ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρός, te his gratificari oportet, quum propter alias causas, tum quod sorores sunt patris tui.* Herm. ad Vig. p. 780 sq. Legitur etiam *ἄλλως τε* sine *καί.* Xenoph. Mem. I, 2, 59. — *τὰ πράγματα,* notat *rem publicam, salutem rei publicae,* ut de Pac. §. 13. Vid. ad Phil. I. §. 3 „Delectatur hoc nomine Demosthenes *γενικῷ ὄντι ἀντὶ τῶν εἰδικῶν. Wolf.* — *μᾶλλον — φοβερώτερον ποιῆσαι.* Augetur notio Comparativi addito

καὶ τεθείκασιν. Οὐ γάρ ἐστι δίκαιον, τὴν μὲν χάριν, 13
ἣ πᾶσαν ἔβλαψε τὴν πόλιν, τοῖς τότε θεῖσιν ὑπάρχειν, τὴν δ' ἀπέχθειαν, δι' ἧς ἂν ἅπαντες ἄμεινον πράξαιμεν, τῷ νῦν τὰ βέλτιστα εἰπόντι ζημίαν γενέσθαι. Πρὶν δὲ ταῦτα εὐτρεπίσαι, μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδένα ἀξιοῦτε τηλικοῦτον εἶναι παρ' ὑμῖν, ὥςτε τοὺς νόμους τούτους παραβάντα μὴ δοῦναι δίκην, μηδ' οὕτως ἀνόητον, ὥςτε εἰς προὔπτον κακὸν αὑτὸν ἐμβαλεῖν.

---

§. 13. *γίγνεσθαι)* Par. 3. „*γενέσθαι, esse*, paulo melius respondet antegresso *ὑπάρχειν*, quam *γίγνεσθαι, fieri.*" *Schaeferus.*

μᾶλλον, pro *μᾶλλον ἔτι φοβερόν*, vel, omisso *μᾶλλον*, *ἔτι φοβερώτερον ἢ νῦν.* Xenoph. Mem. III, 13, 5: *χαριέστερον δὲ καὶ προεξορμᾶν ἡμέρᾳ μιᾷ μᾶλλον ἢ ὑστερίζειν.* Eurip. Hec. 377: *θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος.* Matth. §. 458. Sic apud Latinos *potius* interdum aut Comparativo aut verbo *malle* adjungitur. Terent. Ad. II, 2, 14: *mallem auferre potius in praesentia.* Cic. Nat. deor. II, 13: *nec vero — non sit deterior mundi potius, quam humana conditio.* Vid. ad Cic. pro Lig. §. 5. De re *H. Wolfius* haec: *Propositio:* Nemo suadebit optima. *Ratio:* quia privatim cum capitali periculo res conjuncta, et publice non modo non prodest, sed etiam obest. *Ulpianus: Ἀντίπιπτον λύει, ἵνα μή τις εἴπῃ: τί οὖν ὀκνεῖς σύ, ὦ φιλόπολις, ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖν; ἐπανάγει: οὐ μόνον οὐκ ὠφελήσω, ἀλλὰ καὶ βλάψω, φοβερώτερον καθιστὰς τὸ βῆμα τοῖς βουλομένοις παῤῥησιάζεσθαι.* — *καὶ — γε, et vero, atque adeo:* Vid. ad Olynth. I, §. 10; seu *et quod majus est*, ut §. 15 *καὶ δέ.* Cf. Xenoph. Mem. I. 2, 53. Plat. Theaet. p. 156. B: *ὄψεις τε καὶ ἀκοαὶ καὶ ὀσφρήσεις καὶ ψύξεις τε καὶ καύσεις καὶ ἡδοναί γε δὴ καὶ λῦπαι.* Herm. ad Vig. p. 790. Constructio autem verborum haec est: *δεῖ ἀξιοῦν*, sc. *ὑμᾶς, τοὺς αὐτούς, οἵπερ τεθείκασι, καὶ λύειν τούτους τοὺς νόμους.* Simili artificio orator usus est Phil. II. §. 28, ubi ad responsionem legatis Philippi et Peloponnesiorum dandam eos vocandos esse censet, qui fuerint auctores perniciosae pacis, qua in magnas difficultates cives adducti sint. —

§. 13. *θεῖσιν*, non pertinet ad *τὴν χάριν*, sed intelligitur *τὸν νόμον.* — *ἄμεινον πράξαιμεν, meliori rerum conditione uti possimus, melius nobiscum agatur. Εὖ, καλῶς, εὐτυχῶς, εὐδαιμόνως, κακῶς, ἀθλίως πράττειν, bono, malo rerum statu uti*, frequentissimum est. Cf. Olynth. I. §. 3. de Pac. §. 21. Conjunctivi eadem ratio est, quae §. 10. *εἴποι τις ἄν.* — *ζημίαν γενέσθαι:* Vid. ad Phil. I. §. 38. „*διαβατικὴ σύνταξις.* Sed alter Accusativus a Latinis saepe non incommode Dativo commutatur; *inimicitias esse fraudi.* Isocrat.: *ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον. Hanc orationem muneri tibi misi, dono dedi.*" *Wolf.* Saepius hoc civibus suis orator objicit. Cf. §. 3. 32. Phil. I. §. 51. Isocr. de Pac. p. 196. §. 38: *ὁρῶ δ' ὑμᾶς χαλεπώτερον διατιθεμένους πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας ἢ πρὸς τοὺς αἰτίους τῶν κακῶν γεγενημένους.* — *πρὶν δὲ ταῦτα εὐτρεπίσαι. H. Wolf.* secundum *Ulpianum* notat: Repetit argumentum a periculoso, supra positum, sed dilemmate tractatum, hoc fere modo: Qui legem hanc abrogare sine vestra auctoritate instituerit, aut *tyrannus* sit oportet, aut *amens*, si exitium sibi ultro accerserit. — *ἀξιοῦτε.* Vertitur *velitis.* Imò *credatis.* V. Anecd. Bekk. p. 412, 26. 28. *Schaef.* — *τηλικοῦτον, tam audacem, potentem. Τοῦτο γὰρ κατάλυσις ἂν εἴη τῆς δημοκρα-*

14 *Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ὑμᾶς ἀγνοεῖν δεῖ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι ψήφισμα οὐδενὸς ἄξιόν ἐστιν, ἂν μὴ προςγένηται τὸ ποιεῖν ἐθέλειν τά γε δόξαντα προθύμως ὑμᾶς. Εἰ γὰρ αὐτάρκη τὰ ψηφίσματα ἦν ἢ ὑμᾶς ἀναγκάζειν, ἃ προςήκει, πράττειν ἢ περὶ ὧν ἂν γραφῇ διαπράξασθαι, οὔτ' ἂν ὑμεῖς, πολλὰ ψηφιζόμενοι, μικρὰ, μᾶλλον δ' οὐδὲν ἐπράττετε τούτων, οὔτε Φίλιππος τοσοῦτον ὑβρίκει χρόνον· πάλαι γὰρ ἂν ἕνεκά γε ψηφισμάτων ἐδεδώκει δίκην.*

---

§. 14. *ἐστὶν ἄξιον)* Ald., P. Manut., cod. Vict. — *περὶ ὧν γράφει)* Vulg., probb. Engelh. in progr. p. 32 et Schaefer. ad h. l. *περὶ ὧν ἂν γραφῇ)* Par. 5, 7, 8, Aug. 1, Wolf. *γράφῃ)* cod. Harl., probb. Rüdigero et Augero. Sed vid. adn. —

τίας καὶ τυραννίς. Cf. §. 28. De vi Pronominis *τηλικοῦτος* vid. ad Phil. I. §. 22. — *νόμους παραβάντα.* *Impune transcendere prohibita* legitur apud Tacit. aliquo loco: sed apud elegantiores scriptores nusquam invenitur *transcendere, transgredi leges*, sed *negligere, violare, irritas reddere, perfringere, perrumpere* al. Tamen *transire legem* est apud Cic. Att. V, 21. Cf. Phil. III. §. 16 *παραβαίνειν τὸ δίκαιον*, — *εἰς προὖπτον κακόν*, Hesych. *πρόδηλον, φανερόν, in manifestum, praesens malum.* —

§. 14. *ὅτι ψήφισμα οὐδενὸς ἄξιον.* Ad decreta facienda propensi erant Athenienses, non ad ea exsequenda et ad laborandum. Vid. ad Olynth I. §. 12. 23. Phil. I. §. 19. Herod. VII, 49: *ἀνὴρ δὴ οὕτω ἂν εἴη ἄριστος, εἰ βουλευόμενος μὲν ἀῤῥωδέοι, πᾶν ἐπιλεγόμενος πείσεσθαι χρῆμα, ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἴη.* Sall. Cat. I, 6: *Nam et, priusquam incipias, consulto, et, ubi consulueris; mature facto opus est.* — *ποιεῖν ἐθέλειν — προθύμως.* *Ἐθέλειν ποιεῖν* jam per se notat *sua sponte facere*, et augetur addito *προθύμως, libenti animo.* Vid. ad Phil. I. §. 13; ad Olynth. I. §. 9. — *τὰ δόξαντα, quae visa sunt, placuerunt;* de decretis saepe adhibetur. — *περὶ ὧν ἂν γραφῇ, quibus de rebus scripta fuerint.* De constructione vid. ad Phil. I. §. 3. Lectio vulgata est *περὶ ὧν γράφει.* At primum *ἂν* post *ὧν* facile excidere potuit. Deinde, quamquam Demosthenes fieri oportere existimat, tamen incertum est, num quis scribat decretum. Siquis autem est, qui putet, sententiam esse generalem, ut est, neque solum pertinere ad rogationem de pecuniis theatralibus et legibus bellicis, is consideret, ob hanc ipsam causam Conjunctivum esse ponendum; nam decreta contra Philippum saepius facta sunt apud Athenienses: atqui de certo quodam decreto sermo non est (quamquam *Schaeferus* putat certa quaedam *ψηφίσματα* intelligenda esse, h. e. *τὰ ἐψηφισμένα* contra Macedonem): ergo Conjunctivus locum habet, qui in rebus incertis iisque iteratis ponitur. Vid. ad Phil. I. §. 26. Praeterea dici non bene potest: *τὰ ψηφίσματα γράφει*, id quod jam *H. Wolfius* animadvertit; nam *γράφειν* aut ad eum, qui scribit, aut ad ea, quae scribuntur, pertinere potest. Neque assentire possum Schaefero, qui contendit, *τὸ ψήφισμα γράφει* non durius videri, quam *ὁ νόμος λέγει, κελεύει* aliaque ejusmodi; nam aliquid discriminis inter has dictiones mihi esse videtur. Altera lectio est *γράφῃ*, ad quam eandem aut *τὰ ψηφίσματα*, aut cum *Rüdigero ὁ γράψας* Subjectum reponendum est, quod utrumque durum videtur. Saepe quidem ex verbo ipso Subjectum enuntiationis elicitur; sed hoc facilius, quam nostro loco, contextus suppeditare debet, ut

Ἀλλ᾽ οὐχ οὕτω ταῦτ᾽ ἔχει· τὸ γὰρ πράττειν τοῦ λέγειν 15
καὶ χειροτονεῖν ὕστερον ὂν τῇ τάξει, πρότερον τῇ δυνάμει
καὶ κρεῖττόν ἐστι. τοῦτ᾽ οὖν δεῖ προςεῖναι, τὰ δ᾽ ἄλλα
ὑπάρχει· καὶ γὰρ εἰπεῖν τὰ δέοντα παρ᾽ ὑμῖν εἰσίν, ὦ
ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυνάμενοι, καὶ γνῶμαι πάντων ὑμεῖς
ὀξύτατοι τὰ ῥηθέντα, καὶ πρᾶξαι δὲ δυνήσεσθε νῦν, ἐὰν
ὀρθῶς ποιῆτε.

Τίνα γὰρ χρόνον ἢ τίνα καιρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 16

---

§. 15. ὑπάρχειν) Vulg. ante Bekkerum. Sed nexus orationis repugnat. Vid. adn. — φρονῆτε) Par. 7, 8, Harl.; Victorius super ποιῆτε, quod est in cod. a, scripsit: in b emendarunt, ut apparet, deleta priore voce, doctae manus φρονῆτε. Vid. adn. —

Dem. Lept. p. 465, 14. ibique *Wolf.* et *Schaef.*: ὅμως δὲ καὶ τὸν νόμον ὑμῖν αὐτὸν ἀναγνώσεται, sc. ὁ ἀναγνώστης, quem locum Rüdig. laudat. — διαπράξασθαι. Vid. ad Phil. I. §. 31. — ψηφιζόμενοι πολλά, *quamvis multa decernentes.* μικρά, μᾶλλον οὐδέν. Correctio. Vid. ad Olynth. I. §. 2. — τοσοῦτον ὑβρίκει χρόνον. De initio belli contra Philippum vid. ad Olynth. I. §. 25. De arrogantia Philippi ad Phil. I. §. 9. — ἕνενά γε ψηφισμάτων, *quod quidem ad decreta attinet, si quidem res ex decretis penderet. Brem.* Vid. ad Olynth. III. §. 28. Matth. §. 576. De particula γε vid. ad Olynth. III. §. 27.

§. 15. ὕστερον ὂν τῇ τάξει, πρότερον τῇ δυνάμει καὶ κρεῖττον. *Πρότερον* ex usu et positione vocis *ὕστερον* natum est, sed non propria vi *temporis*, sed tropica *effectus*, quare sequentibus τῇ δυνάμει et κρεῖττον explicatur. De sententia vid. ad Olynth. I. §. 12; inprimis ad or. de Pac. §. 2. Phil. I. §. 39. Sall. Jug. 85, 12: *Nam gerere* (consulatum) *quam fieri* (consulem) *tempore posterius, re atque usu prius est.* — τὰ δ᾽ ἄλλα, sc. αἵ τε συμβουλαὶ καὶ χειροτονίαι καὶ τὰ ψηφίσματα. — ὑπάρχει, sc. ἡμῖν· οὐκ ἔνδεια τούτων ἐστί. *Wolf. reliqua jam praesto sunt, in promptu sunt. Reisk.* — καὶ γὰρ εἰπεῖν — δυνάμενοι, καὶ γνῶναι — ὀξύτατοι. Arte dicendi et sagacitate intelligendi ea, quae ab oratoribus dicebantur, Athenienses excelluerunt. Cf. §. 3. Phil. II. §. 3. 4. Quo turpius esse orator dicit, si re ipsa officiis desint. — καὶ — δέ, *et quod majus est.* Apud Demosthenem non frequens quidem est, hic autem suo loco positum. Haec enim sententia ut gravissima, in qua rei cardo versatur, enuncianda est. Phil. III. §. 70: ἐγὼ νὴ Δί᾽ ἐρῶ καὶ γράψω δέ. *Brem.* Solet autem his particulis novum quid opponi antecedentibus. Buttm. Gr. §. 136. Cf. Xenoph. Memor. I, 2, 11. Herm. ad Vig. p. 847. — πρᾶξαι, sc. τὰ ῥηθέντα. — ἐὰν ὀρθῶς ποιῆτε, ἐὰν ποιῆτε τὰ δέοντα, τῶν θεωρικῶν ἀπόσταντες καὶ αὐτοὶ στρατευόμενοι." Ceterum unice verum ποιῆτε. Athenienses enim erant δεινοὶ φρονεῖν, δειλοὶ ποιεῖν. Mirabile quid *Rüdigerus* ad h. l. scripsit: πρᾶξαι — ποιῆτε, illud ad ipsam rem *gerendam*, hoc potius ad consilium pertinet." Si quid interest discriminis, πρᾶξαι est i. q. διαπρᾶξαι, *et vero nunc poteritis rem perficere, siquidem recte agatis.* Sed non agnosco nisi oratoriam variationem loquendi." *Schaeferus.* Jungere solet haec verba Demosthenes. Vid. ad Phil. I. §. 3. —

§. 16. τίνα γὰρ χρόνον, ἢ τίνα καιρόν. Χρόνος est *tempus in universum*, καιρός *gravissimum momentum*, quod bona fortuna obtulit. *Brem.* Dem. Timocr. p. 704, 21: Ἀναμνῆσαι τοὺς χρόνους ὑμᾶς καὶ τὸν καιρόν. Soph. El. 1292: χρό-

τοῦ παρόντος βελτίω ζητεῖτε; ἢ πότε, ἃ δεῖ, πράξετε, εἰ μὴ νῦν; οὐχ ἅπαντα μὲν ἡμῶν προείληφεν τὰ χωρία ἅνθρωπος, εἰ δὲ καὶ ταύτης κύριος τῆς χώρας γενήσεται, πάντων αἴσχιστα πεισόμεθα; οὐχ οὕς, εἰ πολεμήσαιεν, ἑτοίμως σώσειν ὑπισχνούμεθα, οὗτοι νῦν πολεμοῦνται; οὐκ ἐχθρός; οὐκ ἔχων τὰ ἡμέτερα; οὐ βάρβαρος; οὐχ ὅ, τι ἂν εἴποι τις;

§. 16. *τὰ χωρία προείληφεν ἄνθρωπος)* Vulg. Vid. ad Phil. I. §. 9. — *ὑμέτερα*, ut supra *ὑμεῖς)* Wolf. ex nonnullis libris. At *πεισόμεθα* requirit primam personam. — *πολεμησεῖεν ἐκεῖνος)* Par. 5, 7, 8, Harl., Aug. 1 suppl., Aug. 8, sed in hoc nova manus *ἐκεῖνος* ut inserendum superscripserat, Auger. Est vero vera *ἐκεῖνος* interpretamentum, ut *ἐκείνῳ*, quod in nonnullis libris ad *πολεμήσαιεν*, quae est lectio vulgata, adscriptum est. Reisk. conjecit *πολεμηθεῖεν*, quod Rüdig. recepit. Sed vid. adn. —

νου γὰρ ἂν σοι καιρὸν ἐξείργοι λόγος. Sic Latinorum *dies* et *tempus* differunt. Illud ad *extensionem* et *spatium*, hoc ad *qualitatem*, *opportunum momentum* etc. pertinet. Doed. Syn. IV, p. 287. Vid. ad §. 7. Phil. I. §. 37. — *εἰ μὴ νῦν*. Aristoph. Vesp. 401: *πότε δ', εἰ μὴ νῦν, ἐπαρήξετέ μοι*. — *ἅπαντα — προείληφε τὰ χωρία ἅνθρωπος*. De re et voce *χωρία* vid. ad Phil. I. §. 4. — *ταύτης — τῆς χώρας*, sc. *τῆς περὶ Ὄλυνθον καὶ αὐτῆς τῆς Ὀλύνθου*. „Chalcidicam regionem intelligit, in qua Philippus, jam antequam Olynthum obsedisset, duo et triginta urbes ceperat." *Tourr.* Olynthus sita erat in terra Chalcidica. Pronomen *οὗτος* locum, de quo praecipue sermo est, quamquam remotum, emphatice notat. Sic infra §. 24 *ταύτην τὴν χώραν*, i. e. *τὴν Μακεδονίαν*. Olynth. III. §. 25: *τὴν οἰκείαν ταύτην*, i. e. *τὴν Μακεδονίαν*, cf. Eur. Hec. 255. — *εἰ πολεμήσαιεν*, sc. *αὐτοὶ πρὸς τὸν Φίλιππον*. Haec vera lectio est. Nam ut Olynthii Philippo hostes evaderent, eumque ipsi aggrederentur, summe Athenienses studuerant (vid. §. 7. Olynth. III. §. 7.), se autem bello exorto iis aggredientibus auxilio esse futuros et ab interitu servaturos cum jactatione promiserant (vid. Proleg. §. 14. 16); nam haec est h. l. significatio verbi *σώζειν*. Cf. de Pac. §. 10. Luc. Phal. Prior. c. 9. T. II. p. 196 cit.. *Voemel.*: *σώζειν τὸν ἐπιβεβουλευκότα*. — *σώζων τοὺς ἐχθρούς*. — *πόσους ἐγὼ καὶ τῶν ἐπιχειρησάντων μοι — ἔσωσα*; De alia verbi *σώζειν* significatione, *recuperare*, vid. ad Phil. II. §. 15. Quare non probandus est *Schaeferus*, qui dicit: „Vulgatam ferri non posse, satis ostendit, quod sequitur *σώσειν*. *σώζομεν* enim *τοὺς πολεμουμένους*, at *τοῖς πολεμοῦσιν συμμαχόμεθα*." Praeterea *πολεμήσαιεν*, *si ipsi bello Philippum peterent*, et quod sequitur *πολεμοῦνται*, *ab ipso bello petuntur*, egregie inter se opponuntur. Quare neque *εἰ πολεμήσειεν ἐκεῖνος*, sc. *αὐτούς*, quod *Auger.* dedit, probante *Schaefero*, neque *πολεμηθεῖεν*, sc. *ὑπὸ Φιλίππου*, quae est conjectura *Reiskii* a *Rüdigero* recepta, mihi probantur. — De constructione Optativi in protasi et Indicativi in apodosi vid. ad Phil. I. §. 18. — *οὐχ ἐχθρός*; — *οὐ βάρβαρος*; Magnam vim habent cumulatae interrogationes, singulas in Philippum acerbitates complectentes. Cf. §. 18. Vid. ad Phil. I. §. 2 10. *Hostem* Philippum appellavit Phil. I. §. 50. *Barbarum* autem eum vocat, ut invidiam ei concitet contumeliaque eum afficiat. Nam Macedonum singulas partes (e. g. *Pierios*, vid. Muell. de Orchomen. et Minyis p. 383; *Emathios*, qui olim *Pelasgi* vocabantur, Just. VII, 1; Aesch. Suppl. 237, *Bottiaeos*) graeca origine ortas fuisse, Valckenarius ad Herod. V, 22 satis demonstravit, et oratorem nostrum non ignorasse existimandum est. For-

Ἀλλὰ πρὸς θεῶν, πάντα ἐάσαντες καὶ μόνον οὐχὶ 17 συγκατασκευάσαντες αὐτῷ, τότε τοὺς αἰτίους, οἵτινές εἰσι, τούτων ζητήσομεν; οὐ γὰρ αὐτοί γ' αἴτιοι φήσομεν εἶναι, σαφῶς οἶδα τοῦτ' ἐγώ. οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς τοῦ πολέμου κιν-

§. 17. ἅπαντα ταῦτα) Vulg. At alias quoque res neglexerant. —

tasse duplex erat fama de Macedonum origine, quarum h. l. Demosthenes orationi suae aptiorem secutus est. Cf. §. 24. Phil. III. §. 31 multo majori cum ignominia Philippum barbarum vocat. Maximo enim contemptui omnem barbariem Graeci habebant. Vid. ad Phil. I. §. 9. *Isocrates* autem Philippum nonnisi *Graecum* et *Heraclidam* judicat. Graeca enim regum Macedoniae origo nulli dubitationi subjecta erat. —

§. 17. *ἐάσαντες, ἀμελήσαντες.* Sic Phil. IV. §. 133, 17 cit. *Schaef.* *ταῦτα μέντοι τότε ἐαθέντα καὶ παροφθέντα ἀπώλεσε Θρᾴκην.* Inprimis cum Praepositione *περὶ* ita ponitur, ut verbum dicendi, quaerendi vel tale quid suppleri possit. *Ast.* ad Plat. Protag. p. 347. C: *περὶ μὲν ᾀσμάτων τε καὶ ἐπῶν ἐάσωμεν.* Cic. Verr. II, 183: *mitto de melle.* — *μόνον οὐχί, μόνον οὐ,* aut conjunctim *μονονουχί, μονονού* idem valent, quod Lat. *tantum non*, i. e. *fere, paene, propemodum.* Cf. Olynth. III. §. 2. de Pac. §. 5. Terent. Phorm. I, 2, 18: *senem per epistolas pellexit, modo non montes auri pollicens.* Liv. IV, 2: *quum hostes tantum non arcessierint* etc. Vid. Drackenb. ad h. l. — *συγκατασκευάσαντες*, sc. *τῷ Φιλίππῳ τὰ πράγματα καὶ τὴν ἀρχήν.* *Wolf.* Idem notat supra §. 6 *ἐστρατηγηκότες πάντα ἔσεσθε ὑπὲρ Φιλίππου.* Sententia est: culpam esse penes ipsos Athenienses; neque in duces, neque in oratores, neque in fortunam conferri posse. *Wolf.* — *τότε, tum vero*, sc. si Olynthii perierunt. Inest aliquid gravitatis in hac particula; nam repetit sensum ante dictorum. Praecipue Participiis, ut *οὕτως, ἔπειτα,* rarius *ἤδη*, cum gravitate subjicitur, aut effectum aut consequentiam aut causam indicans. Buttm. Gr. §. 131. 4. Not. 5. Cf. §. 20 init. Phil. III. §. 71. 73. de Pac. §. 13 extr. adv. Mid. p. 555: *δόντα λόγον καὶ ὑποσχόντα κρίσιν, — τότ' ἀμύνεσθαι τοὺς ἀδίκως ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντας χρή.* Plat. Protag. p. 310. D: *εὐθὺς ἀναστὰς οὕτω δεῦρο ἐπορευόμην.* Ibid. p. 314. c. Phaedr. p. 61 ad Steph. c. 5: *καὶ καθεζόμενος, οὕτως ἤδη τὰ λοιπὰ διελέγετο.* Xenoph. Hell. IV, 4, 2. Matth. §. 565. 2. Eadem ratione apud Latinos *sic* interdum de *tempore*, sed simul etiam de *modo et ratione* poni videtur. Corn. Nep. Alcib. IV, 2: *Inimici vero ejus quiescendum in praesenti, quia noceri non posse intelligebant, et illud tempus exspectandum decreverunt, quo exisset, ut sic absentem aggrederentur.* Cf. Cic. pro Cluent. 60. Similiter *tum* post Participia usurpatur. Liv. 22, 11: *Ita rebus divinis peractis, tum de bello reque de publica dictator retulit* etc. — *τοὺς αἰτίους, οἵτινές εἰσι, τούτων*, pro: *οἵτινες αἴτιοί εἰσι τούτων.* Non raro fit, ut Subjectum aut Nominativus enuntiationis secundariae Objectum primariae exsistat. *Antiptosin* (Enallagen) grammatici vocant, quod quidem genus attractionis et Graecis et Latinis usitatum est. Cf. Olynth. III. §. 21. Phil. III. §. 12. de Pac. §. 22. Eurip. Hec. 972: *πρῶτον μὲν εἰπὲ παῖδ', ὃν ἐξ ἐμῆς χερὸς Πολύδωρον, ἔκ τε πατρὸς ἐν δόμοις ἔχεις, εἰ ζῇ.* Cic. pro Dejot. c. 11. *Quis tuum patrem ante, qui esset, quam cujus gener esset, audivit?* Vid. ad Cic. pro Rosc. Am. §. 49. *Krueger.* in: Untersuch. über die lat. Sprachl. III. Heft §. 58 — 74. Male *Rüdig.* *τούτων* ad *οἵτινές εἰσι* retulit; pejus etiam post *ζητήσομεν* pro signo interrogationis posuit coli signum. Nam, quod *Schaeferus* monet, in-

δύνοις τῶν φυγόντων οὐδεὶς ἑαυτοῦ κατηγορεῖ, ἀλλὰ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν πλησίον καὶ πάντων μᾶλλον, ἥττηνται δ' ὅμως διὰ πάντας τοὺς φυγόντας δήπου· μένειν γὰρ ἐξῆν τῷ κατηγοροῦντι τῶν ἄλλων. εἰ δὲ τοῦτ' ἐποίει ἕκαστος,
18 ἐνίκων ἄν. Καὶ νῦν, οὐ λέγει τις τὰ βέλτιστα· ἀναστὰς ἄλλος εἰπάτω, μὴ τοῦτον αἰτιάσθω. Ἕτερος λέγει τις

φευγόντων, ut proxime φεύγοντας) Vulg. At φεύγων de exsule dicitur, ut φυγάς. Vid. ad or. de Pac. §. 18. Praeterea Aoristus rem notat, quae fieri solet. Recte igitur Bekker. ex cod. auctoritate dedit φυγόντων, improbante Schaefero. — καὶ τοῦ) Vulg. At καί abest a Par. 1, 5, 7, 8, Harl., Aug. 1 suppl., Aug. 2, Bav.; quare Bekk. ejecit. —

---

terrogationem hanc esse, ipsum illud πρὸς θεῶν ostendit. — οὐ γὰρ αὐτοί. *Wolf.*: „ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀπολογητική τε ὑπὲρ ἑαυτῆς, καὶ μεταστατικὴ τῆς αἰτίας εἰς ἑτέρους." Latius sequentibus explicatur. — ἐν τοῖς τοῦ πολέμου κινδύνοις τῶν φυγόντων οὐδείς. Demosthenes ipse oratione fortior, quam facto fuisse videtur. Nam clypeo in pugna ad Chaeroneam abjecto fuga salutem petiit. Plut. vit. Dem. dicit: μεχρὶ μὲν οὖν τούτων ἀνὴρ ἦν ἀγαθός. ἐν δὲ τῇ μάχῃ καλὸν οὐδὲν οὐδ' ὁμολογούμενον ἔργον, οἷς εἶπεν, ἀποδειξάμενος ᾤχετο λιπὼν τὴν τάξιν, ἀποδρὰς αἴσχιστα καὶ τὰ ὅπλα ῥίψας, οὐδὲ τὴν ἐπιγραφὴν τῆς ἀσπίδος αἰσχυνθείς, ἐπιγεγραμμένης γράμμασι χρυσοῖς, ἀγαθῇ τύχῃ. Verum ille jambico versu id convicium eludere solebat, quum diceret: ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. De lectione φυγόντων vid. not. crit. — ἥττηνται, sc. πάντες, quod ex πάντων repetendum est. Ceterum verba τῶν φυγόντων οὐδείς et πάντας τοὺς φυγόντας etc. inter se opponuntur; *nemo eorum, qui fugerunt, se ipsum incusat, omnes tamen culpam cladis sustinent. Schaeferus.* — εἰ δὲ τοῦτ' ἐποίει — ἐνίκων ἄν. Vertunt: *Quod si fecissent singuli, universi vicissent.* Rectius vertamus: *Quod si facerent singuli, universi vincerent.* Loquitur enim orator de re et saepius facta et nunc fieri solita. Quamquam verum est, in hujusmodi enuntiationibus hypotheticis Imperfecta haud raro fungi vice Aoristorum. *Schaeferus.* Vid. ad Phil. I. §. 1. —

§. 18. καὶ νῦν οὐ λέγει. Ut in bello ii, qui fugerunt, in alios culpam cladis conferre solent, ita vos, quamquam nihil boni suadetis et facitis, in oratores. Observa graves interrogationes et responsiones per haec enuntiata, pro εἴ τις οὐ λέγει κ. τ. λ., εἰ ἕτερος λέγει, deleto interrogationis signo. Cf. §. 34. Sic Dem. pro Cor. p. 317: ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατ' αὐτοῦ. ἐξημάρτηκέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ. Ibid. p. 294, 20. Cic. Rosc. A. §. 55: *Innocens est quisquam: verumtamen, quamquam abest a culpa, suspicione tamen non caret,* pro *si quisquam* etc. Vid. Heind. ad Hor. Sat. I, 1, 45:

Millia frumenti tua triverit area centum:
Non tuus hoc capiet venter plus ac meus, ut si etc.

Aristoph. Eccles. 179: ἐπέτρεψας (τὴν πόλιν) ἑτέρῳ· πλεῖον' ἔτι δράσει κακά. Vid. Drakenb. ad Liv. 21, 10, 6. Cf. Hor. Od. IV, 4: *merses profundo; pulchrior evenit.* — ἀγαθῇ τύχῃ. Hac formula bene precandi et ominandi utuntur Graeci, si qua res aut suscipitur aut imminet, ut ea prospere cedat. Plat. Symp. p. 177. E: ἀλλὰ τύχῃ ἀγαθῇ καταρχέτω Φαῖδρος. Ibid. Crit. c. 2. Xenoph. Hell. IV, 1, 4. Cyr. IV, 5, 51. Cic. Divin. I, 43: *Majores nostri, quia* (omina) *valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis quod bonum, faustum, felix, fortu-*

βελτίω; ταῦτα ποιεῖτε ἀγαθῇ τύχῃ. Ἀλλ' οὐχ ἡδέα ταῦτα; οὐκέτι τοῦθ' ὁ λέγων ἀδικεῖ, πλὴν εἰ, δέον εὔξασθαι, παραλείπει· εὔξασθαι μὲν γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ῥᾴδιον, εἰς ταὐτὸ πάνθ', ὅσα βούλεταί τις, ἀθροίσαντα ἐν ὀλίγῳ, ἑλέσθαι δὲ, ὅταν περὶ πραγμάτων προτεθῇ σκοπεῖν, οὐκέθ' ὁμοίως εὔπορον, ἀλλὰ δεῖ τὰ βέλτιστα ἀντὶ τῶν ἡδέων, ἂν μὴ συναμφότερα ἐξῇ, λαμβάνειν. Εἰ δέ τις ἡμῖν ἔχει 19

---

§. 18. εἰς ταὐτόν) Bekker. ex uno vel altero codice; quod quamquam etiam ante consonantem fieri potest (vid. Matth. Gr. §. 146), tamen codd. non addicentibus non erat recipiendum. — περὶ τῶν πραγμάτων) Ald. Tayl. „Videtur hoc melius: vix enim sine articulo πράγματα hoc sensu legitur. Nonnihil differt, quod legimus p. 10. 3 (Olynth. III. §. 3): δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι." *Schaeferus.* — ἀμφότερα) Par. 3, Ald., Felic., P. Manut., Wolf. et Auger., etiam cod. Vict. Sed gravius est compositum. —
§. 19. ὑμῖν ἔχοι) Ald. Sed sequitur εἴποι τις ἄν, quam ob causam ἡμῖν prae-

---

natumque esset, praefabantur. — οὐχ ἡδέα ταῦτα. Vid. ad Phil. I. §. 38. Excusat orationis libertatem, et culpam a se in rem ipsam transmovet. *Wolf.* — δέον εὔξασθαι, παραλείπει, sc. εὔξασθαι. Solebant oratores vani et vaniloqui, qui populi gratiam, non rei publicae salutem in orationibus spectabant, bonis tantum precationibus ac votis pro ea uti omnibusque verbis abstinere, quae populum laedere segnitiaeque eum admonere possent. Quibus quidem precationibus ac votis ita adsueti fuerunt Athenienses, ut oratori, qui ea non faceret, irascerentur. Quare perquam facete ac salse eos castigat, dicens, facile esse, vota facere pro salute rei publicae; at non hisce, sed bene consulendo fortiterque agendo eam bene administrari atque augeri. Saepe hic tropus a piis precibus apud omnes omnium linguarum scriptores legitur. *Bremius* laudat Demosth. adv. Timocr. p. 722. §. 68: εἰ γὰρ αὖ καλῶς μὲν ἔχοι (ὁ νόμος), μὴ δυνατὸν δέ τι φράζοι, εὐχῆς, οὐ νόμου διαπράττοιτ' ἂν ἔργον. Atque adeo in proverbium abiit, non omnia precibus bonum habere eventum: μὴ πάντα κατὰ βοὸς ἕξεις, *non omnia sacrificio bovis obtinebis,* μὴ πάντα ἐπιτρέπειν ταῖς εὐχαῖς. Vid. ad Olynth. I. §. 23 ibiq. citt. Cic. Tusc. V, 1: *si virtus — — famula fortunae est, nec tantarum virium, ut se ipsa tueatur: vereor, ne non tam virtutis fiducia nitendum vobis ad spem beate vivendi, quam vota facienda.* Sensus est: „nisi forte hoc est ἀδίκημα, quod concionans votorum loco salutaria, quamvis vobis injucunda, suadet." *Schaefer.* — ἀθροίσαντα, sc. τινα. Vid. ad Phil. I. §. 5. Olynth. I. §. 5. — ἐν ὀλίγῳ, sc. χρόνῳ, quod male addunt nonnulli codices. — ἑλέσθαι, sc. ex iis, quae, copia consultandi et constituendi data, salutaria sunt rei publicae et ab oratoribus proposita. Cf. Olynth. III. §. 1. 20. De προτεθῇ, sc. a Proëdris, vid. ad Phil. I. §. 1. — ἀντὶ τῶν ἡδέων. Vid. ad Olynth. III. §. 1. — ἂν μὴ συναμφότερα ἐξῇ. Cf. Phil. I. §. 38. Hor. Ep. ad Pis. 343: *Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.* —

§. 19. εἰ δέ τις ἡμῖν ἔχει καὶ — λέγειν. Ὑποφορὰ de alia ratione sumptuum exquirenda. *Wolf.* Cf. Olynth. III. §. 20. Lectio ἔχοι omisso καὶ probari non potest; nam orator facit aliquem loquentem, qui *magna cum fiducia* objicit: *at si quis potest dicere.* Praeterea καὶ repetitum orationem reddit pleniorem, Indicativus autem ἔχει graviorem. Denique εἴπερ ἐστιν, quod sequitur, requirit nostro loco Indicativum ἔχει· nam secundum lectionem ἔχοι respondendum erat

καὶ τὰ θεωρικὰ ἐᾷν καὶ πόρους ἑτέρους λέγειν στρατιωτικούς, οὐχ οὗτος κρείττων; εἴποι τις ἄν. Φήμ' ἔγωγε, εἴπερ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. ἀλλὰ θαυμάζω, εἰ τῳ ποτε ἀνθρώπων ἢ γέγονεν ἢ γενήσεται, ἂν τὰ παρόντα ἀναλώσῃ πρὸς ἃ μὴ δεῖ, τῶν ἀπόντων εὐπορῆσαι πρὸς ἃ δεῖ. ἀλλ', οἶμαι, μέγα τοῖς τοιούτοις ὑπάρχει λόγοις ἡ παρ' ἑκάστου βούλησις, διόπερ ῥᾷστον ἁπάντων ἐστὶν αὑτὸν ἐξαπατῆσαι· ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴε-
20 ται, τὰ δὲ πράγματα πολλάκις οὐχ οὕτω πέφυκεν. Ὁρᾶτε

---

ferendum est. De ἔχοι, quod cum Ald. habent P. Manut., Felic., Wolf., Auger., etiam cod. Vict., vid. adn. — καὶ τὰ θεωρ.) καί abest ab Ald., Felic., sed adnotavit Tayl. ex Harl., a cod. Vict. Sed vid. adn. — κρεῖττον, sc. λέγει vel συμβουλεύει) Vulg., quam lectionem Reisk. et Bekk. in ed. maj. receperunt; sed hic in ed. minore dedit κρείττων, quod in plerisque codd. legitur. —

Demostheni: εἴπερ εἴη. Cf. ad Olynth. III. §. 1. Infra §. 34. — φήμ' ἔγωγε, εἴπερ ἔστιν. „Concessio hypothetica, cui mox subjicit infitiationem: sine theatrali pecunia non suppetere belli sumptus.“ *Wolf.* — θαυμάζω, εἰ — γέγονεν ἢ γενήσεται. *Admiror, si contigit aut continget.* Cf. Phil. II. §. 6. Verbum θαυμάζειν, ut Lat. *admirari*, est *non capere*, improbandi adjuncta significatione (verñ. *verwundern, etwas sonderbar finden, nicht begreifen. Ast.* ad Plat. Protag. p. 329. D: ὃ δ' ἐθαύμασά σου λέγοντος, *quod autem admiratus sum, quum tu proferres.* Cf. Olynth. I. §. 25. Phil. III. §. 63. Utraque notio: *bewundern* et *sich verwundern*, conjuncta est apud Cic. Tusc. V, 3, 8: *cujus ingenium et eloquentiam quum admiratus esset Leon, quaesivisse ex eo — —: at illum, artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum. Admiratum Leontem novitatem nominis.* Γίγνεσθαι vel οὐ γίγνεσθαι dicitur de qualibet re, *quae vel bene vel male cadit*, saepe additis Adverbiis καλῶς, κακῶς. Vig. p 229. Praesertim sequente Infinitivo notat *contingit, facultas datur*, ut h. l. Xenoph. Cyr. VI, 3, 11: λαβεῖν μοι γένοιτο αὐτόν. — ἂν τὰ παρόντα — πρὸς ἃ δεῖ. *Tayl.* citavit Plat. de vitioso pudore. T. III. p. 144. ed. Wyttenb.: οὐδεὶς γάρ, ὡς ὁ Δημοσθένης φησίν, εἰς ἃ μὴ δεῖ καταναλώσας τὰ παρόντα, τῶν μὴ παρόντων εὐπορήσει πρὸς ἃ δεῖ. — οἶμαι, non sine irrisione dictum. Vid. ad Olynth. I. §. 10. 23. „Est et hoc σκωπτικόν. Significat enim, eos amantium instar sibi omnia fingere.“ *Wolf.* — μέγα — ὑπάρχει, *multum valet, magnum habet patrocinium.* — τοιούτοις λόγοις, *ejusmodi sermonibus atque sententiis*, sc. omissa pecunia theatrali alias pecuniae militaris comparandae rationes posse conquiri. — ὃ γὰρ βούλεται — οἴεται. Amore sui et cupiditate decipi homines, inde a Platone, qui in *Philebo* hanc sententiam exposuit, alii quoque scriptores repetierunt, et frequentissimum est in omnibus linguis, unumquemque, quod optet, credere. Dion. Hal. de Thuc. Ind. c. 34 T. VI. p. 898. R. ἃ γὰρ ἕκαστος εἶναι βούλεται περὶ τὸ φιλούμενόν τε καὶ θαυμαζόμενον ὑφ' ἑαυτοῦ, ταῦτα οἴεται. Virg. Aen. IX, 185: *Sua cuique deus fit dira cupido.* Plura vid. apud *Voemel.* ad h. l. — οὐχ οὕτω πέφυκεν, *non haec est rerum natura, ut, quae quis velit, ea sponte ipsi eveniant. Rüdig.* De πέφυκεν vid. ad Olynth. I. §. 26. —

§. 20. ὁρᾶτε οὖν, — καί. Est gravis admonitio ad rerum statum considerandum, unde sequatur, ut et in bellum proficisci, et stipendium militibus dare possint. *Καί*

οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦθ' οὕτως, ὅπως καὶ τὰ πράγματα ἐνδέχεται, καὶ δυνήσεσθε ἐξιέναι καὶ μισθὸν ἕξετε. Οὔ τοι σωφρόνων οὐδὲ γενναίων ἐστὶν ἀνθρώπων, ἐλλείποντάς τι δι' ἔνδειαν χρημάτων τῶν τοῦ πολέμου, εὐχερῶς τὰ τοιαῦτα ὀνείδη φέρειν, οὐδ', ἐπὶ μὲν Κορινθίους καὶ Μεγαρέας ἁρπάσαντας τὰ ὅπλα πορεύεσθαι, Φίλιππον δ' ἐᾶν πόλεις Ἑλληνίδας ἀνδραποδίζεσθαι, δι' ἀπορίαν ἐφοδίων τοῖς στρατευομένοις.

---

§. 20. μισθούς) cod. Vict., ind. Herwag. — τῶν τοῦ πολέμου) Articulus τῶν vulgo deest. Eum Bekk. ex Aug. 1, Bav., Harl. recepit; etiam in α et β legitur, probaturque a Rüdigero. Nihil frequentius formulis τὰ τοῦ πολέμου, τὰ τῆς τύχης al. Vid. adn. Vox autem τῶν ob sequens τοῦ facile excidere potuit. —

---

igitur effectum rei alicujus antegressae, aut facti, aut considerationis exprimit, neque dissimilis est usus hujus particulae usui illarum, de quibus ad §. 17 diximus s. v. τότε. Nos dicimus: *Betrachtet dieses, und ihr werdet können.* Xenoph. Mem. II, 3, 16 cit. *Voemel.*: μὴ ὄκνει, καὶ πάνυ ταχύ σοι ὑπακούσεται. Non valde dissimilis est usus hujus particulae post verbum φθάνειν. Isocr. Paneg. p. 58. §. 86: οἱ δ' οὐκ ἔφθησαν πυθόμενοι τὸν περὶ τὴν Ἀττικὴν πόλεμον, καὶ πάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες ἧκον ἡμῖν ἀμυνοῦντες, ubi vertitur: *sobald — so*, vel *kaum — so*. Male igitur Reiskius post ἐνδέχεται addendum esse εἰ censet hoc sensu: *num penes vos futurum sit, ut in bellum exeatis;* nam quum contra codicum auctoritatem est, tum orator minime dubitat, quin, rebus diligenter ponderatis, omnia bene cessura sint. — ὅπως καὶ τὰ πράγματα ἐνδέχεται, *ut etiam res in se suscipiunt*, i. e. *ferunt, patiuntur.* Ἐνδέχεσθαι, quod *Wolfius* per ἐπιτρέπει, πέφυκε explicat, dicitur de rebus, *quae aliquid in se recipiunt* sive *admittunt, quae aut contingere aut accidere possunt.* Xenoph. Mem. I, 2, 23: Πῶς οὖν οὐκ ἐνδέχεται (*fieri potest*) σωφρονήσαντα πρόσθεν, αὖθις μὴ σωφρονεῖν. Sic ibid. III, 9, 4 τὰ ἐνδεχόμενα, ea, quae fieri possunt. Plat. Phaed. p. 93. c. 42: εἴπερ ἐνδέχεται τοῦτο γίγνεσθαι, si quidem res admittit, ut hoc fiat. Vig. p. 359. — σωφρόνων — ἐστιν. Vid. ad Phil. I. §. 7. „Iterum dedecus inculcat, et ipsorum exemplum amplificat. Si, inquit, Megarenses recte oppugnastis, quanto magis oppugnandus erit Philippus?" *Wolf.* — ἐλλείποντας — τοῦ πολέμου. Ordo verborum est: ἐλλείποντάς τι τῶν τοῦ πολέμου δι' ἔνδειαν τῶν χρημάτων. De formula τὰ τοῦ πολέμου vid. ad Phil. I. §. 12. — εὐχερῶς, κούφως, *leviter, socorditer*, adjuncta notione vituperationis. *Schaefer.* — τὰ τοιαῦτα ὀνείδη, sc. „ut dicamini propter penuriam pecuniarum bello justo et necessario deesse atque culpa vestra committere, ut socii vestri pereant. *Reisk.* — ἐπὶ μὲν Κορινθίους καὶ Μεγαρέας — ἀνδραποδίζεσθαι. Gestae sunt hae res, quas orator significat, ante bellum Peloponnesiacum. Nam quum, contentionibus Megarenses inter et Corinthios de finibus ortis (Olymp. 80, 3. a. Ch. 458), hi in Megarensium fines populabundi invasissent, Athenienses, quamquam alio bello impliciti exercitum non in promptu habebant, tamen ab illis in auxilium vocati, armis raptim sumptis (ἁρπάσαντες τὰ ὅπλα) Corinthios expulerunt. Diod. Sic. XI, 79. Thuc. I, 103 sq. Decem annis post (Olymp. 83, 1. a. Chr. 448), Megarenses, cum Corinthiis reconciliati, foedere cum

21 Καὶ ταῦτ' οὐχ, ἵν' ἀπέχθωμαί τισιν ὑμῶν, τὴν ἄλλως προήρημαι λέγειν· οὐ γὰρ οὕτως ἄφρων, οὐδ' ἀτυχής εἰμι ἐγώ, ὥςτε ἀπεχθάνεσθαι βούλεσθαι, μηδὲν ὠφελεῖν νομίζων· ἀλλὰ δικαίου πολίτου κρίνω τὴν τῶν πραγμάτων σωτηρίαν ἀντὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν χάριτος αἱρεῖσθαι. καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν λέγοντας ἀκούω, ὥςπερ ἴσως καὶ ὑμεῖς, οὓς ἐπαινοῦσι μὲν οἱ παριόντες ἅπαντες, μιμοῦν-

§. 21. ἀτυχής τίς εἰμι) Reisk. ex Aug. 1 suppl., Harl., prob. Schaefero. Sed quamquam vox τις saepe Adjectivis sic additur (vid. ad or. de Pac. §. 13), tamen sine plurium codd. auctoritate non admittenda erat. — παρόντες) Vulg. ante Reiskium. Sed παριόντες multi codd. habent et multo magis, quam illud, nexui orationis convenit. —

iis et Lacedaemoniis facto, Atheniensium praesidia interfecerunt, et τὴν ἱερὰν ὀργάδα, locum Cereri et Proserpinae sacrum in confinio Megaridis et Atticae, sibi vindicaverunt, auxiliantibus Corinthiis; inquare Athenienses, impetu facto, terram eorum vastaverunt praedaque onusti domum redierunt. Praeterea Megarenses ab omni Atticae et portuum suorum aditu intercluserunt. Thuc. I, 139. Plut. Pericl. c. 29 sq. — Est autem totus hic locus grave *argumentum a minori ad majus*, id quod jam *Hermog.* Form. I. c. 7 notat. „Ex oratione Demosthenis credideris, bella, de quibus (orator) loquitur, ab auditoribus suis gesta fuisse. Hujusmodi Anachronismis uti eloquentiae conceditur, quae hoc modo ad posteros transfert majorum suorum gloriam.“ *Tourr.* — ἁρπάσαντες τὰ ὅπλα, *arma arripientes.* Trepidatio et impetus inest in verbo ἁρπάζειν. Cf. *D'Orvill.* ad Charit. p. 264. Lips. *Brem.* — ἐφοδίων, i. q. σιτηρεσίων. Vid. ad Phil. I. §. 28. De Dativo commodi στρατευομένοις pro Genitivo vid. ad Olynth. III. §. 22 et Phil. I. §. 21. —

§. 21. Καὶ ταῦτ' οὐχ ἵνα. Ἐπιδιόρθωσις, qua excusat asperitatem orationis fine et exemplo majorum cum reprehensione adversariorum. *Wolf.* — Conjunctivus ἀπέχθωμαι post Perfectum προήρημαι positus est, quoniam invidia civium in oratorem nostrum durabat; *permanentem* igitur statum exprimit. Vid. ad Phil. I. §. 38. Cf. Phil. III. §. 26. — τισιν ὑμῶν. Describuntur ii, qui pecuniam theatralem usquequaque civibus retineri voluerunt. De notione τίς vid. ad Phil. I. §. 8. — τὴν ἄλλως, sc. ὁδόν, *temere, inconsulto;* explicatur verbis sequentibus ἄφρων οὐδ' ἀτυχής et μηδὲν ὠφελεῖν νομίζων. Saepe etiam omisso articulo ponitur. Proprie notat *aliter, alio modo;* quae autem *aliter* fiunt, possunt fieri *deteriori modo,* alio modo, quam quem ratio et natura postulat. *Zeun.* ad Vig. p. 377 sq. Cf. Phil. II. §. 32. de fals. leg. p. 449, 13: οὐχ ἕξει τί λέγῃ, ἀλλὰ τὴν ἄλλως ἐνταῦθα ἐπαρεῖ τὴν φωνήν. Epist. I. p. 1466 ὀρθῶς βουλεύειν et ἄλλως χρῆσθαι opponuntur. Vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 102 sq. — ἄφρων οὐδ' ἀτυχής, *neque tam sum diis natus iratis et astris infaustis. Reisk.* Ille sua, hic deorum culpa perverse agit. Ἀτυχής est idem, qui Olynth. I. §. 20 κακοδαίμων, θεοβλαβής vocabatur, et opponitur εὐτυχής, qui natura fautrice et volentibus diis instructus est virtutibus. Vid. *Brem.* ad Isocr. Paneg. p. 49. §. 44. Sic δυστυχής Phil. III. §. 57 et apud Isocr. Areop. c. 18: καὶ τοὺς εὐτραπέλους δέ, καὶ σκώπτειν δυναμένους, οὓς νῦν εὐφυεῖς προςαγορεύουσιν, ἐκεῖνοι δυστυχεῖς ἐνόμιζον. „Nos dicimus eum a bona fortuna desertum, qui tam stulte agit, ut non credere possimus, cum sana mente sic egisse.“ *Brem.* Vid. ad Olynth. III. §. 2 s. v. ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδα —

ται δ' οὐ πάνυ, τούτῳ τῷ ἔθει καὶ τῷ τρόπῳ τῆς πολιτείας χρῆσθαι, τὸν Ἀριστείδην ἐκεῖνον, τὸν Νικίαν, τὸν ὁμώνυμον

πρὸς αὐτά. — *νομίζων.* Minime in νομίζων cum *Rüdigero* de Nominativo absoluto cogitandum, sed haec est usitata linguae Graecae constructio, ut, si ex enuntiatione primaria pendeat Infinitivus idem Subjectum habens, et Subjectum et ejus determinationes in Nominativo ponantur. Cf. *Poppo* ad Thuc. Vol. I. P. I. p. 117. *Brem.* Matth. §. 562. Not., qui citat Thuc. I, 49: μάχης δὲ οὐκ ἦρχον (οἱ Ἀθηναῖοι), *δεδιότες οἱ στρατηγοὶ* τὴν πρόῤῥησιν τῶν Ἀθηναίων, ubi Subjectum (οἱ στρατηγοί) Participii (δεδιότες) in Subjecto antecedentis enuntiationis partim continetur. — *ἀλλὰ δικαίου πολίτου — αἱρεῖσθαι.* De hac sententia, quam *Stobaeus* (Flor. Tit. XIII, p. 147) laudat exemplum παῤῥησίας, cf. Phil. I. §. 38. Egregie Quinctius consul apud Livium III, 68 hoc idem exprimit: *His ego gratiora dictu alia esse scio: sed me vera pro gratis loqui, etsi meum ingenium non moneret, necessitas cogit. Vellem equidem vobis placere, Quirites, sed multo magis vos salvos esse* etc. Cic. Cat. IV, 5: *Intellectum est, quid intersit inter levitatem concionatorum et animum vere popularem.* Id. pro Sext. c. 45: *qui ea, quae faciebant, quaeque dicebant, jucunda multitudini esse volebant, populares: qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optime cuique probarent, optimates habebantur.* Pro ἡ ἐν τῷ λέγειν χάρις, *favor, quem orator iis, qui audiunt, blandiens sibi comparat,* aliis locis dicitur πρὸς χάριν δημηγορεῖν, τῷ δήμῳ χαρίζεσθαι δημηγοροῦντα. — *καὶ γὰρ τοὺς — χρῆσθαι.* Construe: καὶ γὰρ ἀκούω, ὥσπερ ἴσως καὶ ὑμεῖς, τοὺς ἐπὶ τῶν ἡμῶν προγόνων, οὓς ἐπαινοῦσι μὲν οἱ παριόντες ἅπαντες, μιμοῦνται δ' οὐ πάνυ, λέγοντας χρῆσθαι τούτῳ τῷ ἔθει etc. De formula ἐπὶ τῶν προγόνων vid. ad §. 2. De ἀκούω ad Phil. I. §. 3. 23. De ἴσως affirmante ad Phil. I. §. 50. De παριόντες ad Olynth. III. §. 1. — *μιμοῦνται δ' οὐ πάνυ*, i. e. *οὐδαμῶς*, *imitantur non magnopere*, i. e. *prorsus non imitantur.* Inest irrisio quaedam et contemptus. — *τῆς πολιτείας χρῆσθαι*, *rem publicam administrare.* Liv. III, 14: *cedere possessione rei publicae.* Vid. ad Phil. I. §. 48. — *τὸν Ἀριστείδην ἐκεῖνον — τὸν Περικλέα.* *Aristides* propter abstinentiam cognomine *justus* est appellatus. Idem honestum praetulit utili (Cic. Off. III, 11) suamque salutem posthabuit saluti rei publicae. Plut. Arist. c. 2: Ἀριστείδης δὲ καθ' ἑαυτὸν ὥσπερ ὁδὸν ἰδίαν ἐβάδιζε διὰ τῆς πολιτείας — μόνῳ τῷ χρηστὰ καὶ δίκαια πράττειν καὶ λέγειν ἀξιῶν θαῤῥεῖν τὸν ἀγαθὸν πολίτην. Plat. Gorg. T. IV, p. 170 ed. Bip.: εἷς δὲ καὶ πανὺ ἐλλόγιμος γέγονεν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας Ἀριστείδης. — *ἐκεῖνον*, *illum*, ad significandam hominis excellentiam. — *Nicias* et *Demosthenes*, Alcisthenis filius (τὸν ὁμώνυμον ἐμαυτῷ) praefecti erant exercitui, qui bello Peloponnesiaco in Siciliam missus una cum ducibus misere periit. Thuc. VI. VII. 11 sqq. Plut. Nic. c. 2: *Περικλῆς* μὲν οὖν ἀπό τε ἀρετῆς καὶ λόγου δυνάμεως τὴν πόλιν ἄγων, οὐδενὸς ἐδεῖτο σχηματισμοῦ πρὸς τὸν ὄχλον οὐδὲ πιθανότητος· *Νικίας* δὲ τούτοις μὲν λειπόμενος, οὐσίᾳ δὲ προέχων, ἀπ' αὐτῆς ἐδημαγώγει. — *Pericles*, qui ante hos duces, quos modo commemoravimus, per quadraginta annos et urbanis et bellicis rebus Atheniensium praeerat, peritissimus fuit quum artium literarumque, tum rei publicae administrandae. Hoc enim et Cimone principibus factum est, ut Atheniensium civitas mirum in modum cresceret, ceterisque Graecis in omnibus rebus longe excelleret et quasi Ἑλλάδος Ἑλλάς exsisteret. Vid. ad §. 25. Ejus ingenium Thuc. loco classico II, 65 expressit: ἐκεῖνος μὲν, δυνατὸς ὢν τῷ τε ἀξιώματι καὶ τῇ γνώμῃ, χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος γενόμενος, κατεῖχε τὸ πλῆθος ἐλευ-

22 ἐμαυτῷ, τὸν Περικλέα. Ἐξ οὗ δ' οἱ διερωτῶντες ὑμᾶς οὗτοι πεφήνασι ῥήτορες: „τί βούλεσθε; τί γράψω; τί ὑμῖν χαρίσωμαι;“ προπέποται τῆς παραυτίκα χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα, καὶ τοιαυτὶ συμβαίνει, καὶ τὰ μὲν τούτων

§. 22. χαρίσομαι) Vulg. Bekker. ex cod. Y et marg. F dedit χαρίσωμαι, idque recte. Vid. adn. — ἡδονῆς καὶ χάριτος) Duo priora vocabula, quae vulgo leguntur, absunt a plerisque codd., quare Bekker. ea omisit, Rüdig. uncis inclusit. Quamquam, si sensum respicis, ferri possunt, tamen ex aliis ejusmodi locis huc translata esse videntur. Cf. Phil. II. §. 27. Retineri vult Schaeferus ut congrua ubertati orationis Demosthenicae.

θέρως, καὶ οὐχ ἥγετο μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ, ἢ αὐτὸς ἦγε, διὰ τὸ μὴ, κτώμενος ἐξ οὗ προσηκόντων τὴν δύναμιν, πρὸς ἡδονήν τι λέγειν, ἀλλ' ἔχων ἐπ' ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργήν τι ἀντειπεῖν. Isocr. de Bigis p. 754: ὃν πάντες ἂν ὡμολόγησαν ὡς σωφρονέστατον καὶ δικαιότατον καὶ σοφώτατον γεγενῆσθαι πολίτην. Cic. de Orat. III, 34: *Quid Pericles? de cujus dicendi copia sic accepimus, ut, quum contra voluntatem Atheniensium loqueretur pro salute patriae, severius tamen id ipsum, populare omnibus et jucundum videretur: cujus in labris veteres Comici, etiam quum illi male dicerent (quod tum Athenis fieri licebat) leporem habitasse dixerunt, tantamque in eo vim fuisse, ut in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret.*

§. 22. οὗτοι — ῥήτορες. De Pronomine οὗτος vid. ad Phil. I. §. 3. 17. Est hic locus classicus de oratoribus blandis, populi gratiam captantibus, quos saepissime orator perstringit. Vid. ad Phil. I. §. 38; II. §. 32. de Pac. §. 4. Aristoph. Equit. 50 ita eos castigat: τὸν δῆμον αἰεὶ προσποιοῦ, ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικοῖς. — χαρίσωμαι. Sic recte *Bekkerus* dedit pro vulgata lectione χαρίσομαι. Nam praeterquam quod Attici constanter Futuri formam scribunt χαριοῦμαι, Conjunctivus in interrogationibus habet vim *dubitandi*, num fieri possit, quod interrogetur; Futurum autem significat, ut supra §. 6 diximus, *deliberationem*, an alii concedant, ut fiat. Insuper interrogatio τί βούλεσθε poscit Conjunctivos γράψω et χαρίσωμαι. Egregie ad hos oratores quadrat, quod Terent. Eun. VI, 2, 21 de adulatore dicit: *Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque. Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperavi ego mihi, omnia assentari,* i. e. χαρίζεσθαι, πρὸς χάριν, ἡδονὴν λέγειν. — προπέποται τῆς παραυτίκα χάριτος, *quasi propinata pereunt rei publicae negotia.* Schol. Pind. Olymp. VII, 5: προπίνειν ἐστὶ Κυρίως τὸ ἅμα τῷ κράματι τὸ ἀγγεῖον χαρίζεσθαι. — — Δημοσθένης τοὺς προδιδόντας τὰς πατρίδας τοῖς ἐχθροῖς προπίνειν ἔφη. Erat enim mos apud veteres, ut hospes hospiti *propinans* (προπίνειν) ei poculum ipsum donaret. Cic. Tusc. I, 40: *Propino hoc pulchro Critiae. Graeci enim in conviviis solent nominare, cui poculum tradituri sint.* Dem. de fals. leg. p. 384, 11: (ὁ Φίλιππος) ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ προὔπινεν αὐτοῖς. Inde προπίνειν omnino notat *tradere alicui aliquid*, plerumque in malam partem, *potando consumere (vertrinken), prodere. Harpocrat.* s. v. προπεπωκότες: ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες — ἐκ μεταφορᾶς. Dem. de Coron. p. 324: οἱ τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρῳ, Terent. Eun. V, 9, 57: *Hunc vobis comedendum et deridendum propino*, i. e. prodo, trado. — τῆς παραυτίκα χάριτος, est Genitivus pretii; nam in verbo προπέποται est notio venditionis. Matth. §. 342. Cf. Phil. II. §. 10. Est autem ἡ παραυτίκα χάρις *gratia, quae in praesens percipitur citoque perit (augen-*

πάντα καλῶς ἔχει, τὰ δ' ὑμέτερα αἰσχρῶς. Καίτοι 23
σκέψασθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἅ τις ἂν κεφάλαια εἰπεῖν ἔχοι τῶν τ' ἐπὶ τῶν προγόνων ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ὑμῶν. Ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν, ἀλλ' οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι. Ἐκεῖνοι τοίνυν, 24
οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες οὐδ' ἐφίλουν αὐτοὺς, ὥσπερ

---

blickliche Gunst). Cf. Phil. II. §. 27: ἡ παραυτίχ' ἡδονή. Plat. Protag. p. 353. E: ἡδονὴ ἡ παραχρῆμα. Xenoph. Mem. 1, 20. Temperare mihi non possum, quin versus huic loco aptissimos Eurip. Or. 897 sqq. adscribam:

ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις, φρονῶν κακῶς,
πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα·
ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί,
κἂν μὴ παραυτίκ', αὖθις εἰσὶ χρήσιμοι.

τοιαυτί, pertinet ad ea, quae sequuntur: „ea rerum conditio, quae nunc est, perquam scilicet mala." *Brem.* — τὰ μὲν τούτων, sc. τῶν ῥητόρων τῶν τὰ τῆς πόλεως πράγματα προπεπωκότων, non *hostium nostrorum*, ut *Jacobsius* putat, cujus sententia etiam verbis, quae §. 29 leguntur: ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τούτων ηὔξηται, refellitur. —

§. 23. καίτοι σκέψασθε. Collatio rei publicae majorum et suae aetatis; qualis, sed multo copiosior, est apud Isocratem in Areopagitica et in oratione de Pac. (p. 167 sqq: *majores summa pro rei publicae salute pericula subiisse, hos illa quam maxime effugere*). Hunc autem servat ordinem, ut primum de cunctae Graeciae, deinde de urbis administratione dicat; denique magistratuum privatas res conferat cum publicis, et populo torporem excutere studeat. Dionys. Hal. de adm. vi dic. in Dem. p. 1015. R. hunc locum laudans dicit: οὐ καθ' ἓν ἔργον ἕκαστον ἀρχαῖον ἔργῳ καινῷ παρατιθεὶς, οὐδὲ πάντα μικρολογῶν συγκρίσει, ἀλλὰ ὅλῃ ποιούμενος ὅλην τὴν ἀντίθεσιν διεξοδικήν. Particula καίτοι, *verum*, transitioni a generali sententia ad singulas res exponendas inservit. Vid. ad Phil. I. §. 12. 35. — εἰπεῖν ἔχοι. Vid. ad Phil. I. §. 15. Cf. infra §. 29. — οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις — οἰκείοις. Magis valent exempla domestica, quam externa. *Reisk.* citat Apsin. p. 701: τὰ ἐξ οἰκείων παραδείγματα ἀγωνιστικώτερα καὶ προσεχέστερα, ἢ ἐξ ἀλλοτρίων. Cic. pro leg. Man. c. 12: *Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longe a domo bellare, et propugnaculis imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere.* — ὑμῖν — εὐδαίμοσιν ἔξεστι. Praedicatum Infinitivi, qui pendet a verbo ἔστι, ἔξεστι al., construitur per attractionem casu praecedentis Dativi, more apud Graecos usitatissimo. De Rhod. lib. p. 199: οὐδὲν ἐμποδὼν αὐτοῖς ἔσται κυρίοις τῶν ἀγαθῶν εἶναι. Matth. §. 535. p. 770. Imitantur hoc Latini. Cic. Tusc. I, 15: *Licuit enim esse otioso Themistocli.* Terent. Andr. V, 2, 1: *Animo jam nunc otioso esse impero.* Nec minus Accusativus in utraque lingua usurpari potest. Vid. Duck. ad Thuc. II, 36. Elmsl. ad Eur. Heracl. 7. Ceterum animadvertenda est orationis eximia et gravis conversio, pro: οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις — οἰκείοις χρήσομαι. —

§. 24. οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' — οὐδ' ἐφίλουν αὐτούς. *Heindorf.* ad Plat. Hipp. maj. §. 22. p. 145: „perpetuus prope, inquit, hic est Graecae linguae mos a Pronomine Relativo orationem ad Demonstrativum aut Determinativum deflectendi." Hoc fit, si plures enuntiationes relativae junguntur, quae varios Relativi casus requirunt. Cf.

ὑμᾶς οὗτοι νῦν, πέντε μὲν καὶ τετταράκοντα ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἑκόντων, πλείω δ' ἢ μύρια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνήγαγον. ὑπήκουε δὲ ὁ ταύτην τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεύς, ὥςπερ ἐστὶ προσῆκον βάρβαρον Ἕλλησι. πολλὰ δὲ καὶ καλὰ καὶ πεζῇ καὶ ναυμαχοῦντες ἔστησαν τρόπαια αὐτοὶ στρατευόμενοι. μόνοι δὲ ἀνθρώπων κρείττω τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δόξαν τῶν φθονούντων κατέλιπον.

§. 24. *συνήγαγον)* Vulg., probante Rüdigero. At non adjuvatur codd. auctoritate et *ἀνάγειν, ἀναφέρειν* solemnes sunt formulae de rebus in arce repositis. Cf. Isocr. de Pac. p. 184. §. 126: *εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀνήνεγκεν* (vulg. *ἀνήγαγεν) ὀκτακισχίλια τάλαντα χωρὶς τῶν ἱερῶν.* — *πεζοί)* Par. 8, Bav., Ald. Tayl., Dionys., Harl. Sed ex interpretamento natum est; quamquam ex Schaeferi sententia melius responderet sequenti *ναυμαχοῦντες.* —

Phil. III. §. 47. Androt. I. p. 794. §. 81: *ἃ κοινὰ πᾶσιν ὑπάρχει καὶ οὐδεὶς ταῦτα φέρει.* Sic jam Hom. Il. *α'.* 78: *ὃς μέγα πάντων Ἀργείων κρατέει καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί.* Xenoph. Cyr. III, 1, 38: *ποῦ δὴ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀνήρ, ὃς συνεθήρα ἡμῖν, καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις θαυμάζειν αὐτόν,* Vid. etiam ad Phil. III. §. 64. Stallb. ad Plat. Phaed. p. 113. C. Rost. Gr. Gr. p. 635 sq. Imitantur hunc usum Latini. Cic. Tusc. V, 4, 8: *quem* (Pythagoram) *ut scribit auditor Platonis, Ponticus Heraclides, vir doctus inprimis, Phliuntem ferunt venisse, eumque cum Leonte, — docte et copiose disseruisse,* ubi Davisius male legi vult: *venisse, cumque Leonte.* Cf. ibid. V, 6, 17. — *πέντε μὲν καὶ τετταράκοντα — ἑκόντων.* Devictis apud Plataeas Persis et intemperantia Pausaniae, Lacedaemoniorum duce, et justitia Aristidis factum est (a. 477), ut omnes fere civitates Graeciae ad societatem Atheniensium se applicarent, et adversus barbaros hos duces sibi deligerent. Corn. Nep. Arist. c. 2. Hi inde ab eo tempore usque ad initium belli Peloponnesiaci (432. a. Chr.) Graecis volentibus (*ἑκόντων*)per 45 annos imperaverunt communique omnium sociorum aerario, a Delo Athenas translato, praefuerunt. Phil. III, §. 23 Dem. numerat 73 annos, addens 28 annos belli Peloponnesiaci, quod inde ab anno 432 usque ad a. 405 gerebatur. Sed per hoc tempus Graeci inviti parebant Atheniensibus. Variant scriptores in definiendo principatus tempore, prout initium ejus sumunt, aut statuunt finem. *Lycurgus* contr. Leocr. c. 17 nonaginta annos numerat; Isocr. Paneg. p. 62 septuaginta, in Panath. p. 214 autem sexaginta quinque; Dionys. Arch. 1, 3 duodeseptuaginta. „Facile haec discrepantia componitur distinguendo tempore, quo Graeci volentes, quoque inviti Atheniensibus paruerint.“ *Tourr.* — *πλείω δ' ἢ μύρια τάλαντα,* 14,476,810 Thal. sive 26,058,270 Flor. partim signati, partim non signati auri et argenti. Hae opes, et ex communi aerario et ex Athenarum reditibus collectae, in arce reponebantur (*ἀνάγεσθαι, ἀναφέρεσθαι,* quae propria sunt vocabula de pecunia in acropoli deposita). Cf. Isocr. de Pac. p. 184. §. 126. Thuc. II, c. 13: *τὰ γὰρ πλεῖστα τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια ἐγένετο* (9700 sc. *τάλαντα.*) De talenti partibus vid. ad Phil. I. §. 28. Aerarium in postica parte (*ὀπισθοδόμῳ*) templi Minervae in Acropoli exstructa servabatur. Vid. Isocr. de Pac. c. 16, qui locus infra ad *αὐτοί* adscriptus est. — *ταύτην τὴν χώραν,* Macedoniam. Vid. ad §. 16. — *ὑπήκουε — βασιλεύς.* Est amplificatio oratoria. Nam apud nullum rerum scriptorem aperte legimus, Macedoniae reges subditos fuisse Atheniensium. Ex Thuc. V, 83 intelligimus, PerdiccamII, patruelem

25 *Ἐπὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλληνικῶν ἦσαν τοιοῦτοι: ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν πόλιν αὐτὴν θεάσασθε ὁποῖοι ἔν τε τοῖς κοινοῖς καὶ τοῖς ἰδίοις. Δημοσίᾳ μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναθημάτων, ὥςτε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερ-*

---

§. 25. *καὶ τοῖς ἰδίοις)* Vulg. Sed Bekk. ex Par. 1, 2, 3, Obsop., Bav., Aug. 2, 3 et Dionys. *ἐν* recepit, et recte quidem. Vid. adn. *Schaeferus* in Ind. ad Poet.

Amyntae, patris Philippi, quum antea socius et amicus Atheniensium fuisset (Thuc. I, 57) tempore belli Peloponnesiaci ab his defecisse, ob eamque causam male pressum esse. Is fortasse hac aetate tributum Atheniensibus solvere coactus est (*ὑπήκους· φόρους ἔφερε.* Schol.). Eadem fere commemorant auctores orationum de Halon. (p. 79. §. 12: *ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερε*) et ad Phil. ep. p. 156. §. 16. At hi Demosthenem secuti esse videntur. Just. VIII, 4 Macedoniam sordidam clientelae Graecorum partem nominat. Vid. Valck. de Phil. ind. p. 269 sq. Hac autem fama oratores Atheniensibus adulatos esse, facile intelligitur. — *ὥσπερ ἐστὶ προςῆκον βάρβαρον Ἕλλησι.* Satis *ὑπερβολικῶς*, sed ut agnoscas spiritus vulgi Attici. *Schaef.* Vid. ad Phil. I. §. 9. De origine Macedonum vid. ad §. 16. De re cf. Eurip. Iph. Aul. 1410:

βαρβάρων δ' Ἕλληνας εἰκὸς ἄρχειν, ἀλλ' οὐ βαρβάρους,
μῆτερ, Ἑλλήνων. τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ' ἐλεύθεροι.

Ib. Or. 1113: *οὐδὲν τό δοῦλον πρὸς τὸ μὴ δοῦλον γένος.* — *πολλὰ δὲ καὶ καλὰ — τρόπαια*, sc. bellis contra Persas gestis, ad Marathonem, Salamina, Plataeas. Adjectivum praecedenti *πολύς* per *καί* jungi solet, de quo vid. ad or. de Pac. §. 5. Cf. §. 36. — *αὐτοί*, i. e. *πολιτικῇ δυνάμει*, Cf. §. 30. Olynth. III. §. 9. Isocr. de Pac. c. 16: *Τοσούτῳ δέ χείρους ἐσμὲν τῶν προγόνων — —, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν, εἰ πολεμεῖν πρός τινας ψηφίσαιντο, μεστῆς οὔσης ἀργυρίου καὶ χρυσίου τῆς ἀκροπόλεως, ὅμως ὑπὲρ τῶν δοξάντων τοῖς αὐτῶν σώμασιν ᾤοντο δεῖν κινδυνεύειν. ἡμεῖς δ' εἰς τοσαύτην ἀπορίαν ἐληλυθότες, καὶ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὄντες, ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας, μισθωτοῖς χρώμεθα τοῖς στρατοπέδοις.* — *κρείττω — δόξαν τῶν φθονούντων*, pro *τοῦ φθόνου, τὸν φθόνον τῇ δόξῃ ἐνίκησαν.*" „*Διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῶν πράξεων. οὐ φθονοῦσι τοῖς πάνυ ὑπερβάλλουσιν.*" *Ulpianus.* Major igitur gloria eorum erat invidia. Cf. Hor. Od. II, 20, 4; et IV, 3, 16: *Et jam dente minus mordeor invido.* Est autem amplificatio oratoria, qua utitur orator, ut exemplo majorum cives suos magis incitet. Sic proxime *ὑπερβολὴν λελεῖφθαι.* Genitivus *φθονούντων* pendet a *κρείττω*, pro: *ἢ ὥστε φθονεῖν.* Matth. §. 451. *Ἐπὶ* cum Dativo *τοῖς ἔργοις* hic notat causam et rationem, *ob.* Cf. Phil. III. §. 34. Vid. ad Phil. I, §. 51. Matth. §. 585. —

§. 25. *Ἐπὶ — τῶν Ἑλληνικῶν, in communibus Graecorum rebus.* „Transitio ab administratione graeca ad urbanam et vitam magistratuum privatam." *Wolf.* — *καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις.* Recte *ἐν*, quod vulgo abest, repetitur; facit enim orationem graviorem et pleniorem. Vid. not. crit. — *οἰκοδομήματα*, qualia enumerat orator in Androt. p. 617, 18: *προπύλαια ταῦτα, ὁ παρθενών, στοαί, νεώσοικοι. Rüdig.* — *κάλλη — ἱερῶν — καὶ ἀναθημάτων*, pro *ἱερὰ κάλλιστα, ornamenta templorum et donariorum.* Augent Abstracta vim sententiarum. *Ἀναθήματα* dicuntur dona, quae suspendi possunt, qualia sunt tripodes, aureae phialae et similia. *Rüdig.* Cf. §. 29: *τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας.* Significat autem orator

26 βολὴν λελεῖφθαι. Ἰδίᾳ δ' οὕτω σώφρονες ἦσαν καὶ σφόδρα ἐν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει μένοντες, ὥςτε τὴν Ἀριστείδου καὶ τὴν Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν εἴ τις ἄρα οἶδεν ὑμῶν ὁποία ποτ' ἐστὶν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν· οὐ γὰρ εἰς περιουσίαν ἐπράττετο αὐτοῖς τὰ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τὸ κοινὸν αὔξειν ἕκαστος ᾤετο δεῖν. Ἐκ δὲ τοῦ τὰ μὲν Ἑλληνικὰ πιστῶς, τὰ δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβῶς, τὰ δ' ἐν αὐτοῖς ἴσως διοικεῖν μεγάλην εἰκό-

---

Gnom. s. v. τε, „tales, inquit, Praepositionum ellipses toties occurrunt, ut, qui exemplorum hujus idiomatis numerum inire velit, non minus ineptus sit, quam qui instituat numerare arenas." Sed ad nostrum locum haec: „Etsi ratio syntactica Praepositione facile caret, tamen eximii hujus loci gravitas videtur eam perlibenter adsciscere. Sed talia melius sensu percipiuntur, quam verbis explicantur." Vid. ad Olynth. III. §. 5. Brem. ad Isocr. Paneg. p. 41. §. 5. —

§. 26. εἶδεν) Vulg. οἶδεν habent Par. 2, 3, 5, 7, 8, Aug. 1, 2, Bav., Meerm., Ald., Felic., P. Manut., Dionys. Recte; nam orator dicere vult, ne notas quidem illas domus esse plerisque. Est igitur lectio οἶδεν, *novit*, multo acerbior, quam εἶδεν, *vidit*. De confusione utriusque vocis vid. ad Phil. I. §. 36. Confirmatur οἶδεν etiam locis duobus in adn. citatis. — αὐτοῖς ἐπράττετο) Hunc ordinem dedit Reisk. ex Aug. 1, Dionys., Harl. —

Periclis aetatem, quae vidit *Polygnotum*, qui una cum *Micone* et *Panaeno* porticum illam, quae ex ea re Poecile dicta est, tum aliis picturis decoravit, tum egregia illa tabula, qua ille pugnam Marathoniam exhibuerat; vidit eadem *Phidiam* illum, summum artificem, vidit multos alios viros summa arte excellentes. His igitur viris usus Pericles praedam de Persis captam, commune sociorum aerarium, fodinarumque argenti reditus e Laurio monte ad amplificandam urbem exornandamque convertit. Vid. *Fr. Creuzeri* egregiam orationem de civ. Athen. Lugd. Bat. 1809. Beck. Grundriss der Archaeol. der Kunst. I. p. 72. —

§. 26. ἰδίᾳ δὲ οὕτω σώφρονες. Privatim nec in victu, nec in vestitu reliquoque vitae cultu quaesita magnificentia est, sed in publico tantum decore et patriae et deorum, maxime patriorum. Vid. ad Phil. I. §. 35. Cic. pro Flacc. c. 12: Haec enim ratio ac magnitudo animorum in majoribus nostris fuit, ut, quum in privatis rebus suisque sumptibus minimo contenti tenuissimo cultu viverent, in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque revocarent. Cf. Sall. Cat. c. 9. et 12. Gell. N. A. II, 24. Vid ad Cic. pro Sall. c. 26. — ἐν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει μένοντες, ἤγουν τῷ δημοκρατικῷ, ἐν ᾧ αἱ ἰσότητες εὐδαιμονοῦσιν." *Wolf*. Pertinent haec verba ad aequitatem, aequalitatem (ἰσότης) et temperantiam, qua conservantur res publicae, quum perdantur πλεονεξίᾳ, i. e. studio plus sibi tribuendi, quam leges permittunt, et reliquos opibus potentiaque superandi. Vid. Phil. II. §. 7. Corn. Nep. Chabr. 3: *Est enim hoc commune vitium, in magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriae comes sit, et libenter de his detrahant, quos eminere videant altius; neque animo aequo pauperes alienam opulentium intuentur fortunam.* Integerrimi sanctissimique fuerunt Aristides, Miltiades, Cimon, alii. — ὥςτε — ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος etc. Orator sic pergere potuit: ὥστε τὴν Ἀριστείδου καὶ Μιλτιάδου οἰκίαν τῆς τοῦ γείτονος οὐ σεμνοτέραν ὁρᾶσθαι seu φαίνεσθαι, sed propter enuntiationem interjectam: εἴ τις ἄρα . . . ἐστίν, mutavit orationem: ὁρᾷ etc. — τῶν τότε λαμπρῶν, *virorum illustrium illius aetatis*. Plut. Glor. Ath. p. 348, 26 cit. *Voemel.*: ἡ Θεμιστοκλέους δεινότης ἐτείχισε τὴν πόλιν, ἡ Περι-

τως ἐκτήσαντο εὐδαιμονίαν. Τότε μὲν δὴ τοῦτον τὸν 27
τρόπον εἶχε τὰ πράγματα ἐκείνοις, χρωμένοις οἷς εἶπον προστάταις· νυνὶ δὲ πῶς ὑμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τούτων τὰ πράγματα ἔχει; ἆρά γε ὁμοίως καὶ παραπλησίως; οἷς

§. 27. τῶν νῦν) Vulg. Sed Par. 5, 7, 8, Aug. 1, Harl., Append. Francf., Hermog. et Bekk. in ed. minore veram lectionem τούτων habent. Opponitur enim τούτων antecedenti ἐκείνοις et cum insectatione contemptuque Adjectivo χρηστῶν additum est. Vid. ad Phil. I. §. 3. Cf. infra §. 28. Praeterea τῶν νῦν interpretamentum Pronominis τούτων esse videtur, quod usurpatur de rebus propinquis et notis. Vid. ad Phil. I. §. 17. Schaefer. scribi vult τούτων τῶν νῦν. — ὁμοίως ἢ παραπλησίως;) Par. 5, 7, 8, Pith., Ald. Tayl., Aug. 1, 8,

κλέους ἐπιμέλεια τὴν ἄκραν ἐκόσμησε, Μιλτιάδης ἠλευθέρωσε, Κίμων προῆγεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν. Cf. Dem. adv. Aristocr. p. 689. 12. — εἴ τις ἄρα οἶδεν. „Acerba in his ironia. Tam parum scilicet curabant antiquorum illorum, qui civitatis libertatem fundaverant, memoriam, ut vix quidquam eorum tenerent.“ *Brem.* Cf. Dem. de Contrib. p. 175, 1: τὰς δ' ἰδίας οἰκίας — — οὕτω μετρίας, — ὥστε τὴν Θεμιστοκλέους, καὶ τὴν Ἀριστείδου, καὶ Μιλτιάδου, καὶ τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν, εἴ τις ἄρ' οἶδεν ὑμῶν ὁποία ποτ' ἐστὶν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν. Cf. adv. Aristocr. l. paulo ante cit. — εἰς περιουσίαν, sc. ἰδίαν αὐτῶν, *ad opulentiam inde colligendam*; πρὸς τὸ χρηματίζεσθαι ἐξ αὐτῆς καὶ πλουσίους γίγνεσθαι. *Reisk.* Cf. §. 53. — αὐτοῖς, pro ὑπ' αὐτῶν, *ab iis*, quo Dativi usu, praesertim cum Perfecto Passivi, nihil frequentius. Vid. Buttm. Gr. §. 121. 4. — ἴσως, i. q. δικαίως, *ex justo et aequo*. Cf. de Pac. §. 10. — ἐκτήσαντο εὐδαιμονίαν. Isocr. Areop. p. 130. c. 20: οὐ γὰρ ἐκ τῶν πομπῶν, οὐδ' ἐκ τῶν περὶ τὰς χορηγίας φιλονεικιῶν, οὐδ' ἐκ τῶν τοιούτων ἀλαζονειῶν τὴν εὐδαιμονίαν ἐδοκίμαζον (οἱ πρόγονοι), ἀλλ' ἐκ τοῦ σωφρόνως οἰκεῖν. Eurip. Phoen. 545.

κεῖνο κάλλιον, τέκνον,
ἰσότητα τιμᾶν, ἣ φίλους ἀεὶ φίλους,
πόλεις τε πόλεσι, συμμάχους τε συμμάχοις
ξυνδεῖ· τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ.
τῷ πλέονι δ' ἀεὶ πολέμιον καθίσταται
τοὔλασσον, ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας κατάρχεται.

Sall. Cat. c. 9: *Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate, seque remque publicam curabant.* Vid. ad §. 36. —

§. 27. ἐκείνοις, sc. τοῖς ἡμῶν προγόνοις. De hoc Dativo commodi vid. ad Phil. I. §. 24. 32. Olynth. I. §. 5. Cf. proxime οἷς. — ὑπὸ τῶν χρηστῶν. Χρηστός, quod, ut χρήσιμος, proprie notat *hominem utilem, frugi* (Cic. Tusc. III, 8: *Graeci, qui frugi homines χρησίμους appellant*), *qui de re publica bene meruit* (Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 459., 5), hic ironice de oratoribus usurpatur, qui populi gratiam captantes suaviter dicunt nonnisi ea, quae ille optat (χρηστολόγοι, χαριτογλωσσοῦντες). Vid. *Reisk.* Ind. Dem. s. v. *Ruhnken.* ad Tim. p. 131. „Quicunque Atticorum urbaniores dici haberique volebant, quem *stolidum* et *fatuum* dicere verebantur, leni blandoque nomine ἡδύν, γλυκύν, εὐήθη, χρηστόν appellabant. Dem. de Cor. p. 255, 13: ἣν (εἰρήνην) κατὰ τῆς πατρίδος τηροῦσιν οἱ χρηστοί. Designatur h. l. inprimis Eubulus. Is enim magna apud populum gratia valebat, praecipue ob administrationem pecuniarum publicarum, quas cum populo communicabat, inprimis θεωρικά, quas pecunias populo dissipandas censuit. De Phocionis cognomine sic scribit *Plut.* in ejus vita p. 746: ὥστε θαυμάζειν, ὅπως καὶ ὁπόθεν τραχὺς οὕτως ἀνὴρ καὶ σκυθρωπὸς ἐκτήσατο

τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πόλλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν, ἀλλ' ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι, καὶ Λακεδαιμονίων μὲν ἀπολωλότων, Θηβαίων δ' ἀσχόλων ὄντων, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ὄντος ἀξιόχρεω περὶ τῶν πρωτείων ἡμῖν ἀντιτάξασθαι, ἐξὸν ἡμῖν καὶ τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ἀσφαλῶς ἔχειν καὶ

sed in hoc nova manus ἢ scripsit in loco vetustioris lectionis erasae, item Append. Francf., Harl., prob. Schaefero. Sed vid. adn. Reiskius conjecit ἢ καὶ παραπλησίως. At languet. — καὶ τὰ μὲν ἄλλα) Vulg. lectio οἷς est in Par. 1, 3, Bav., sed in hoc vulgata in margine annotata, Meerm., ind. Ald. Utrumque dat Aug. 3: οἷς καὶ τά. Sed vid. adn. — ἐξὸν δ' ἡμῖν) Vulg. Sed particula δέ abest a Dionysio, quam ob causam Reisk. uncis inclusit, quibus Bekk. liberavit, probante Rüdigero; Brem. et Voemel. uncos iterum addiderunt; ego cum Schaefero hanc vocem plane abjiciendam censui. Haec enim enuntiatio non ita, ut ceteri inter se, cum antecedente cohaeret, sed plane ex ea proficiscitur et originem ducit, hoc sensu: *reliquarum civitatum nulla de principatu nobiscum contendere potest, ita ut nostra sine periculo tenere et aliarum rerum Graecarum arbitri esse possimus.* Talia autem, quod Schaeferus monet, solute (ἀσυνδέτως) dici solent. —

τὴν τοῦ χρηστοῦ προσηγορίαν, ubi χρηστός bono sensu, in honorem Phocionis, dicitur. — ὁμοίως καὶ παραπλησίως; *aequaliter, vel saltem similiter? Καί* h. l. minuentis est. *Brem.* Cf. Olynth. I. §. 22. Alia lectio est ὁμοίως ἢ παραπλησίως; at optimi codices illam exhibent et ἢ fortasse interpretamentum est hanc notionem τοῦ καί non intelligentis. Quamquam de fals. leg. p. 439, 20 legitur: ἀρά γε ὅμοια ἢ παραπλήσια τούτοις. „Interrogatio negans et propositio hujus loci: nostri magistratus sunt veteribus dissimillimi: κατὰ παράλειψιν.“ *Wolf.* — οἷς τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, *quibus*, sc. oratoribus malis, i. e. *in quorum commodum cetera taceo.* Lectio καὶ τὰ μὲν ἄλλα, ad quam responsio ad antecedentem interrogationem subintelligenda est: πολλοῦ γε δεῖ, interpretatori deberi videtur. Est enim altera lectio multo difficilior, quam librarii non intellexisse videntur. *Schaeferus* autem putat, οἷς natum esse e syllaba antegressa. — πόλλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν, καίπερ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν, *quamquam multa dicere possem.* Vid. ad Phil. I. §. 13. 42. — ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι, per attractionem dictum pro: ἐπειλημμένοι τοσαύτης ἐρημίας, ὅσην ἅπαντες ὁρᾶτε — ἀπεστερήμεθα, *sed nacti tantam solitudinem, quantam videtis omnes, — privati sumus.* De ἐρημία, *solitudo, absentia eorum, qui nobiscum certare, de principatu contendere (περὶ τῶν πρωτείων ἀντιτάξασθαι) possent*, vid. ad Phil. I. §. 49. Explicatur autem sequentibus. Ἐπιλαμβάνεσθαί τινος, proprie *manu prehendere aliquid, manum admorere*, hic est *nancisci aliquid, incidere in aliquam rem, tanquam praedam, qua potior.* Vig. p. 749. — Λακεδαιμονίων μὲν ἀπολωλότων. In bellis, quae inde a Cadmea arce per dolum et vim occupata (vid. ad Phil. I. §. 3. Proleg. §. 9.) cum Thebanis gerebant Lacedaemonii, ab Epaminonda, illorum duce, bis proeliis superati sunt, ad Leuctra a. 371, quam Lacedaemoniorum *Leuctricam calamitatem* Cic. Off. II, 7 vocat, et ad Mantineam a. 362, ita ut vires eorum frangerentur, unde orator per amplificationem oratoriam eos ἀπολωλότας dicit. Diod. Sic. XV, 55. Corn. Nep. Epam. c. 7 sqq. Proleg. §. 15. — Θηβαίων δ' ἀσχόλων ὄντων. Districti erant (ἄσχολοι) bello Phocensi sive sacro, de quo vid. Proleg. §. 9 et 12. Supra §. 8. Olynth. I. §. 7. — βραβεύειν, *Hesych.* interpr. ἐπικρίνειν, a propria significatione, *certamina moderandi et praemia attribuendi*, translatum est ad quodlibet judicium et quamvis administrationem, quae fit

τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν, ἀπεστερήμεθα μὲν 28
χώρας οἰκείας, πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα
ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον, οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους
ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι, ἐχθρὸν δ'
ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς τηλικοῦτον ἠσκήκαμεν. ἢ φρασάτω τις
ἐμοὶ παρελθών, πόθεν ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γέγονεν ἢ παρ' ἡμῶν
αὐτῶν Φίλιππος. „Ἀλλ' ὦ τᾶν, εἰ ταῦτα φαύλως, τά 29

---

§. 28. *ἠσκήσαμεν)* Aug. 1, Bav., Ald. Tayl. At Perfectum *ἠσκήκαμεν* effectum praesenti tempore durantem notat; vid. Buttm. Gr. §. 100. 2 ed. sextae. Matth. Gr. §. 497; quare h. l. praeferendum est. —

---

ex arbitrio. — Athenienses omnium rerum Graecarum (*τὰ τῶν ἄλλων δίκαια*, i. e. *τὰ τῶν Ἑλλήνων*) arbitri esse voluerunt. Vid. ad Phil. I. §. 10; II. §. 7. Xenoph. Mem. III, 5, 12. —

§. 28. *χώρας οἰκείας.* Puta Chersonesum, Amphipolin. Praeterea alias urbes permultas amiserant. Vid. ad Phil. I. §. 4. 24. de Pac. §. 10. — *πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα*, 3,908,740 Flor. quam pecuniam Chares potissimum ad Amphipolin recuperandam dissipaverat. Vid. ad Phil. I. §. 24, ubi plura de hisce rebus diximus. Cf. Aesch. de fals. leg. p. 248. Isocrat Areop. c. 4. p. 139. Theopom. ap. Athen. XII, p. 532: *Χάρης τῶν χρημάτων τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπε Ἀθήνησι τοῖς τε λέγουσι καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις, ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων οὐδεπώποτε ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἠγάπα τῶν πολιτῶν, καὶ δικαίως. — ὥστε τὸν δῆμον ἅπαντα πλείω καταναλίσκειν εἰς τὰς κοινὰς ἑστιάσεις καὶ κρεανομίας* (cf. §. 31), *ἤπερ εἰς τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν.* — *οὓς — ἐκτησάμεθα*, per Timotheum ducem, de quo vid. ad Olynth. I. §. 14. Phil. I. §. 23. Corn. Nep. Vit. Tim. — *εἰρήνης οὔσης.* Non re vera pax erat; Philippus semper pacem habebat in ore, in pectore bellum, sive, ut cum Sall. Cat. c. 10 loquar, *aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habuit*, et, quacunque ratione poterat, damnum Atheniensibus afferebat. Cf. Phil. II. §. 2; III. §. 8. 17. de fals. leg. p. 446: *δοκεῖτε μὲν εἰρήνην ἄγειν, πεπόνθατε δὲ δεινότερα ἢ πολεμοῦντες.* Vid. Proleg. §. 4. Sermo autem est h. l. potissimum de Amphipoli, quam Philippus pro Atheniensibus se occupaturum promiserat, neque occupatam reddiderat. Vid. Proleg. §. 5. — *οὗτοι*, sc. *χρηστοί*, quos supra nominavit; cum magno contemptu dictum est. Vid. §. 27. not. crit. — *ἐχθρὸν — ἠσκήκαμεν*, *exercendo hostem tantum effecimus, socordia nostra eum exercuimus, ut talis hostis evaderet.* Vox sane insolita est, quae tamen Atheniensium negligentiam et segnitiem bene exprimit. Quare Valckenarii (Or. de Phil. p. 267) conjectura *ηὐξήκαμεν* non admittenda est. Alias dicitur de iis artibus, quae ad curam cultumque vel animi vel corporis pertinent. Xenoph. Mem. II, 1, 1: *ἀσκεῖν ἐγκράτειαν.* Vid. not. crit. De hac sententia Cf. Olynth. I. §. 4; III. §. 9. Phil. I. §. 11. 24. —

§. 29. *ἀλλ' ὦ τᾶν*, *at o bone!* Objectio adversarii. Est amice, interdum, ut h. l. ironice compellandi formula, tum ad plures, tum ad unum (Schol. ad Aristoph. Plut. 66: *οὐ πρὸς ἕνα μόνον τὸ ὦ τᾶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς δύο*), quae tum maxime usurpatur, quum aliquem leniter admonere volumus; continere enim solet tectam reprehensionem. Huc pertinent formulae *ὦ 'γαθέ, ὦ βέλτιστε.* Herm. ad Vig. p. 722. Illustravit eam *Ruhnk.* ad Tim. p. 281. Vid. ad Olynth. III. §. 26. Eodem sensu Latini *o bone* adhibent.

γ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει νῦν ἄμεινον ἔχει." Καὶ τί ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις, ἃς κονιῶμεν, καὶ τὰς ὁδοὺς, ἃς ἐπισκευάζομεν, καὶ κρήνας, καὶ λήρους; ἀποβλέψατε δὴ πρὸς τοὺς ταῦτα πολιτευομένους, ὧν οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν, οἱ δ' ἐξ ἀδόξων ἔντιμοι, ἔνιοι δὲ τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσὶ κατεσκευασμένοι, ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τούτων ηὔξηται.

---

§. 29. τά τοιαῦτα πολιτ.) Vulg. — πτωχῶν ταχὺ πλούσιοι) Par. 5, 7, 8, Harl., Ald. Tayl., Aug. 1, 3, sed in hoc ταχύ erat a nova manu superscriptum. *Reisk.* Vid. adn. — ηὔξηκε) Par. 2, utramque lectionem dat Bav., infra hanc, istam vulgatam supra. Sed vid. ad Phil. I. §. 11 not. crit. —

Vid. ad Cic. pro Rosc. A. §. 58. — *φαύλως,* sc. *ἔχει,* quod ex sequentibus repetendum est. Vid ad Phil. I. §. 12. Infra ad §. 30 init. Phil. III. §. 33. „Hactenus *τὰ Ἑλληνικά,* in quibus recensendis et Graeciae principatum amissum, provinciam amissam, pecuniam inutiliter insumptam conquestus, ad extremum Philippi incrementa non prohibita, sed aucta, magistratibus objicit. Nunc ad *τὰ πολιτικά* transit, iisque extenuatis et contemptis, invidiam conflat tribunis plebis, qui populi ignavia ad suas opes augendas abutantur: eaque occasione ad rem gerendam eum incitat, et ad pristinam libertatem et dignitatem recuperandam." *Wolf.* — *τὰς ἐπάλξεις, Hesych. οἱ προμαχῶνες τῶν τειχῶν.* Haec *propugnacula* Eubulus, cujus futilis administratio rei publicae hic maxime tangitur, candidis tectoriis inducenda curaverat. *Ulpian.* — *καὶ λήρους, nugas.* Hoc vocabulum in enuntiationis fine positum magnam habet vim ad ea, quae antegressa erant, illudenda. Eadem significatione *φλυαρίαι* adhibet Plat. Gorg. p. 490: *περὶ σιτία σὺ λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας.* Eubul. ap. Athen. 8. p. 347. D: *ἐσθίουσ' ἑκάστοτε ἄνηθα, καὶ σέλινα καὶ φλυαρίας.* Cf. Plut. Them. p. 73. D. Talia apud Comicos praesertim inveniuntur. Clem. Alex. p. 245 Aristophanis fragmentum affert cit. Jacobsio: *ξυστίδα, χιθῶνα, βάραθρον — δακτυλίους, καταπάσματα, πομφόλυγας.* Philostr. Vit. Sophist. II, 5, 4: *Ἰωνίαι, Λύδιαι, Μαρσύαι, μωρίαι.* Irrisio quoque inest in saepius repetito *καί,* quae pronunciatione bene exprimi potest. Postremum *καί* vim explicativam habet, *id est.* Vid ad Olynth. III. §. 3. Phil. III. §. 46 de Pac. §. 2 et 10. Sic loco, nescimus quo, legimus: *τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀλγήσειεν ἄνθρωπος Ἕλλην καὶ παιδευθεὶς ἐλευθέρως, homo Graecus id est libere educatus.* Cf. de Pac. §. 2. Sic apud Latinos *et, que.* Cic Tusc. Disp. I, 34, 82: *Video te alte spectare, et velle in coelum migrare.* Vid. Beier. ad Cic. Off. I, 10, 33. — *πρὸς τοὺς ταῦτα πολιτευομένους, qui in administranda re publica haec agunt.* — *ἐκ πτωχῶν. Αἰνίττεται τοὺς περὶ τὸν Δημάδην, Εὔβουλον, Φρύνωνα, Φιλοκράτην, καὶ εἴ τινες ἕτεροι. Ulpian. πτωχοί, mendici, Bettler,* per contemptum dicuntur. Derivatur a *πτώσσειν, pavidum* et *demissum esse;* unde Hom. Od. 18, 227: *πτώσσειν κατὰ δῆμον. Πένης (πόνος), pauper,* dicitur is, qui labore, *πόνῳ,* victum sibi comparat. Vid. Doederl. Synonym. T. III. p. 117. Non *inops* est, sed opponitur *diviti.* Martial. 11, 33, 8: *Non est paupertas, Nestor, habere nihil.* Vid. Heind. ad Hor. Sat. I, 6, 71. Cic. Parad. VI, 8: Manilius — pauper tantum fuit: habuit enim aediculas in Carinis et fundum in Labicano. cf. Arist. Plut. 542 sqq.:

30 Τί δὴ τὸ πάντων αἴτιον τούτων, καὶ τί δήποτε ἅπαντ' εἶχε καλῶς τότε, καὶ νῦν οὐκ ὀρθῶς; ὅτι τὸ μὲν πρῶτον καὶ στρατεύεσθαι τολμῶν αὐτὸς ὁ δῆμος δεσπότης τῶν πολιτευομένων ἦν καὶ κύριος αὐτὸς ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγαπητὸν ἦν παρὰ τοῦ δήμου τῶν ἄλλων ἑκάστῳ

§. 30. καὶ στρατ.) „Καὶ mallem abesset. Fortasse peperit littera proxime sequens. Rursus infra p. 37. v. 3 (§. 31) eadem littera copulam ante συμμάχους multis e libris videtur expulisse." *Schaefer.* — καὶ δεσπότης) Par. 8, Harl. „Copula hic satis apte ponitur, videturque elisa per litteram antecedentem." *Schaefer.* καὶ antecedens in hunc locum transponendum esse videtur. —

πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστιν μηδὲν ἔχοντα·
τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον,
καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα
περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν.

Et de re ibid. 29 sq.

καὶ πένης ἦν·
ἕτεροι δ' ἐπλούτουν, ἱερόσυλοι, ῥήτορες,
καὶ συκοφάνται, καὶ πονηροί.

Ita Cic. in M. Antonium invectus est, Phil. II, c. 27: *In ejus igitur viri* (Pompeji) *copias quum se subito ingurgitasset, exsultabat gaudio, persona de mimo, modo egens, repente dives.* Quod quidem exemplum facit cum lectione: ἐκ πτωχῶν ταχὺ πλούσιοι, quam *Schaeferus* in textum recipiendam putat, quoniam ἐκ πτωχοῦ πλούσιον γίγνεσθαι liceat etiam per bonas artes: ταχὺ γίγνεσθαι vix nisi per malas. Quamquam legitur apud Dem. de Cor. p. 260: πλουσίους ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτων γενομένους. 270 extr. πλούσιος ἐκ πτωχοῦ γεγονώς. De Praepos. ἐκ in hisce formulis vid. ad Olynth. I. §. 26. — τὰς ἰδίας οἰκίας — σεμνοτέρας. Σεμνός pertinet ad eam aedificandi rationem, quae apta est publicis aedificiis. οἰκοδομήματα „sunt aedificia augusta et magnifica, inprimis usibus publicis destinata. Cf. §. 25." *Schaeferus.* Sall. Cat. c. 12: *Operae pretium est, quum domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas, visere templa deorum, quae nostri majores, religiosissimi mortales, fecere.* Talibus dictis populum in oratores concitat. Invidum enim est mortalium ingenium. Vid. *Ulpian.* —

§. 30. τί δὴ — τούτων, sc. ἐστί. Vid. ad Phil. I. §. 29. — νῦν οὐκ ὀρθῶς, sc. ἔχει, quod ex praecedente εἶχε subaudiendum est. Cf. supra §. 29. „Explicatio causarum, qua eos ad faciendum officium exhortatur. Nam quum dicit, illos, quod ipsi militarint, fuisse felices, ad eorum aemulationem eos excitat. *Wolf.* secundum *Ulpianum.* De hujus loci figura, quae *Subjectio* vocatur, cf. Phil. I. §. 2. 3. — τὸ μὲν πρῶτον, i. e. πρότερον, *olim quidem, ab initio quidem.* Opponitur §. 31 νῦν δέ. In antegressis τότε et νῦν inter se opponuntur. *Schaefer.* — τολμῶν, *audens, pericula non reformidans.* Cf. Olynth. III. §. 24. de Cherson. §. 21 cit. *Brem.*: οὔτε αὐτοὶ στρατεύεσθαι τολμῶμεν. Dicitur de omnibus actionibus, ad quas fortitudo et constantia, aut etiam impudentia, ut de Pac. §. 4, requiritur; nos: *über sich gewinnen, den kühnen Entschluss fassen.* Hor. Ep. I, 2, 40: *Sapere aude.* Ibid. ad Pis. 242. — αὐτός, pertinet ad στρατεύεσθαι. Cf. §. 24. — δεσπότης — τῶν ἀγαθῶν. Olim gubernabat populus magistratus, penes illum erat, alios muneribus quasi beneficiis (ἀγαθῶν) ornare. Dem. in Aristocr. p. 690, 10: νῦν δ' οἱ μὲν τὰ κοινὰ διοικοῦντες ἐκ πτωχῶν εὔποροι. — τότε μὲν γὰρ ὁ δῆμος ἦν δεσπότης τῶν πολιτευομένων, νῦν δ' ὑπηρέτης. Rüdig. ad h. l. Sall. Jug. c. 31: *Nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim quam*

31 *καὶ τιμῆς καὶ ἀρχῆς καὶ ἀγαθοῦ τινὸς μεταλαβεῖν. Νῦν δὲ τοὐναντίον κύριοι μὲν οἱ πολιτευόμενοι τῶν ἀγαθῶν, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα πράττεται, ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους, ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες, ἐὰν μεταδιδῶσι θεωρικῶν ὑμῖν ἢ βοΐδια πέμψωσιν οὗτοι, καὶ, τὸ πάντων ἀνανδρότατον, τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσο-*

§. 31. *καὶ συμμάχ.)* *Καί* vulgo abest. Sed recte Reisk. et Bekk. ex Aristid. *Τέχνης* p. 264, Par. 8, Aug. 1, Append. Francf., Harl. receperunt. Durum enim esset asyndeton. Vid. ad §. 30 not. crit. — *μεταδῶσι)* Aug. 1, Dionys., Harl., β. Bekk. in ed. minore ob sequens *πέμψωσι*. Sed vid. adn. — *βοηδρόμια)* Multi codd. sine commodo sensu. Vid. Maussac. ad Harpocrat. s. v.

ludibrio fueritis paucorum; — ut vobis animus ab ignavia atque socordia corruptus sit: qui ne nunc quidem exsurgitis, atque etiam nunc timetis eos, quibus decet terrori esse. — Et paulo inferius: *Quod si tam vos libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem accensi sunt; profecto neque res publica, sicut nunc, vastaretur; et beneficia vestra penes optimos, non audacissimos, forent.* — §. 31. *ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος*. Animadverte Singularis et Pluralis conjunctionem valde gravem, quam *ἀλλοίωσιν ἑτεράριθμον* seu *παρὰ τοὺς ἀριθμούς* grammatici vocabant. Multi grammatici laudant hunc locum *σχῆμα καθ' ὅλον* appellantes. Vox *ὑμεῖς* addito *ὁ δῆμος* valde augetur: *vos, totus populus, qui prius munera ac beneficia detulistis, jam plane enervati loco famulorum et additamenti ab istis dominis habemini.* Sed gravitas loci magis sentiri, quam verbis exprimi potest. Non valde dissimilis est locus apud Cic. pro leg. Man. c. 22: *Quare videant, ne sit periniquum et non ferendum,* — — *vestrum* (populi Romani) *ab illis de eodem homine judicium populique Romani auctoritatem improbari.* — *ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα.* Ἐκνενευρισμένοι, quod proprie dicitur de hominibus enervatis, corpore et animo per luxuriam et desidiam fractis, h. l. acerba ambiguitate consulto quaesita (hoc patet ex additis verbis τὸ *πάντων ἀνανδρότατον)* metaphorice ad socios et ad pecuniam refertur, quae quidem pecunia nervus ut omnino rerum gerendarum, ita rei publicae vocatur. Cic. pro leg. Man. c. 7: *vectigalia nervos esse rei publicae semper duximus.* Id. Phil. V, 2: *largiri nervos belli, pecuniam infinitam.* Verba sequentia *καὶ περιῃρημένοι χρήματα*, *mutilati*, i. e. *nudati, privati pecunia,* interpretationis et rei mitigandae causa addita sunt (cf. infra §. 34. Olynth. III. §. 3. Cic. Verr. Act. I. c. 12: *Hoc mihi sumo, hoc mihi deposco);* quae translatio et ipsa sumpta est a parte corporis, ut in eo dicendi genere, ex quo est τὸ *ἐκνενευρισμένοι*, perseveraret. De re cf. Olynth. III. §. 20. — *ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει, famuli et additamenti loco habemini;* cum magna Atheniensium contumelia dictum est, quippe qui summa libertate frui omnibusque rebus et suis et reliquorum Graecorum praeesse sibi videbantur. *Προσθήκη* est *additamentum*, metaphora sumpta a mercatoribus, qui ad justam mensuram apponunt, quod, quamquam inutile est, tamen tanquam onus accipiendum est. Vid. ad Olynth. I. §. 14. Aristocr. p. 690, 20: *ἡ πόλις εἰς ὑπηρέτου σχῆμα καὶ τάξιν προελήλυθε.* — *ἀγαπῶντες, contenti, acquiescentes,* cum aliquo contemptu, quasi delectentur, quod hanc saltem rem parvam accipiant; nam *ἀγαπᾶν* (proprie *diligere, eligere, praeferre)*

φείλετε. οἱ δ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθείρξαντες ὑμᾶς ἐπάγουσιν ἐπὶ ταῦτα καὶ τιθασεύουσι, χειροήθεις αὐτοῖς ποιοῦντες. Ἔστι δ' οὐδέποτ', οἶμαι, μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα 32

βοηδρόμια. — ὑπάγουσι) Par. 7, Pithoean., Aldus, Felic., P. Manut., Wolf., Auger. Sed ἐπάγουσι confirmatur etiam a Scholiasta, quem vid. in adn. —

---

et *acquiescere* absentiam doloris significant et dicuntur interdum de iis, qui rem aliquam minoris momenti nacti laetantur, quo sensu Demosthenes interdum cum Accusativo hoc verbum construit. Cf. Phil. III. §. 74. Olynth. III. §. 14. Vid. ad Phil. II. §. 12. Xenoph. Oecon. XI, 10: *πολλοὶ ἀγαπῶσιν, ἣν δύνωνται τὰ ἑαυτοῖς ἀρκοῦντα πορίζεσθαι.* Latini sic etiam *satis habere* usurpant. Cic. Rosc. A. §. 52: *si non satis habet avaritiam suam pecunia explere.* Vid. adn. h. l. — *μεταδιδῶσι — πέμψωσιν.* Illud per hoc tempus erat usitatum et quavis occasione oblata fiebat, *permanentem* igitur statum significat; hoc, si non semel, tamen certe non saepius fieri potuit, et notat omnino statum *transeuntem.* Bene *Wolf.* interpretatur: *si quos forte miserint.* Quare lectio *μεταδῶσι* probanda non est. Quod autem ad eam confirmandam Schaeferus affert ex anteced. §. 30 *ἀγαπητὸν ἦν — μεταλαβεῖν,* nihil facit ad rem; ibi enim sermo est de iis, quae prioribus temporibus fieri solebant. Nec ob sequens *πέμψωσι* scribendus est Aoristus; non raro enim junguntur varia tempora. Vid. ad Phil. I. §. 14. Olynth. I. §. 10. — *βοΐδια,* deminutivum, *buculi, boves macri,* nos: *Oechslein,* magnum habet contemptum. Ad captandum populi favorem pecunia theatrali empti sunt boves atque divisi *(κρεωδαισία),* id quod orator vituperat. Chares quoque, quem hic tangi putat Ulpianus, miserat boves, praesertim quum ob Olynthiacum bellum rationes reddere vellet. *Voemel.* citat Theopomp. ap. Athen. XII, p. 532. C: *Χάρης ἐδείπνισεν Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀγορᾷ, θύσας τὰ ἐπινίκια τῆς γενομένης μάχης πρὸς τοὺς Φιλίππου ξένους,* et Juvenal. X, 79:

Jam pridem, ex quo suffragia nulli
vendimus, effudit curas (sc. populus); *nam qui dabat olim*
imperium, fasceis, legiones, omnia, nunc se
continet (ἀγαπῶντες) atque duas tantum res anxius optat:
panem et circenses. —

Bene Liv. IV, 15 de Sp. Maelio: *frumentarium divitem, bilibris farris sperasse libertatem se civium suorum emisse, ciboque objiciendo ratum victorem finitimorum omnium populum in servitutem perlici posse.* — *οὗτοι, οἱ δημαγωγοὶ καὶ στρατηγοί.* — *τὸ ἀνανδρότατον, quod omnium ignavissimum est.* Vid. ad Olynth. I. §. 1. — *τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε.* Secundum *Ulpianum* praedae gratia Charetem coronasse Athenienses dicebantur. — *οἱ δὲ — καθείρξαντες.* *Οἱονεὶ συγκλείσαντες καὶ μὴ ἐῶντες πολεμεῖν. Εἶπε δὲ, ὡς ἐπὶ δεδεσμωμένων θηρίων τὴν λέξιν. διὸ ἐπάγει καὶ τὸ τιθασεύουσι καὶ τὸ χειροήθεις καὶ τὸ ἐπάγουσι. Ulpianus.* Haec autem similitudo, a brutis sumpta, quae mansuefacta quidvis patiuntur et perferunt, quam sit acerba, nemo non videt, quamquam illam metaphoram a brutis translatam non agnoscit Schaeferus. — *χειροήθεις — ποιοῦντες.* Gravitatis causa haec verba addita sunt, quum idem, quod *τιθασεύουσιν,* significent. Plut. Num. 8: *δημαγωγῶν καὶ τιθασεύων τὸ θυμοειδὲς καὶ φιλοπόλεμον.* Vid. ad Cic. Phil. II. c. 45, 116: *muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam delenierat.* —

§. 32. *Ἔστι δ' οὐδέποτε,* pro *Οὐδέποτε δ' ἐστι.* — *νεανικὸν φρόνημα, juvenilem,* i. e. *fortem et generosum sensum s. animum.* Cic.

λαβεῖν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας· ὁποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ᾖ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. Ταῦτα, μὰ τὴν Δήμητρα, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ μείζων εἰπόντι ἐμοὶ γένοιτο παρ' ὑμῶν βλάβη τῶν πεποιηκότων αὐτὰ γενέσθαι· οὐδὲ γὰρ παῤῥησία περὶ πάντων ἀεὶ παρ' ὑμῖν ἔστιν, ἀλλ' ἔγωγε, ὅτι καὶ νῦν γέγονε, θαυμάζω.

33 Ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι ἀπαλλαγέντες τούτων

§. 32. ἄττα) Aug. 1, Bav., Auger. Sed bene Sylburg. ad Dion. Hal. cit. Schaefer. „rectius ἄττα: sicut scilicet Ammonius ἄττα sine aspiratione significare ait τινά, aspiratum vero ἅτινα. Vid. Buttm. Gr. §. 70, 2 et 3. Cf. Phil. I. §. 50. — βλάβη ἢ τῶν πεποιηκότων αὐτὰ ἑκάστῳ) Sic Dion. Hal. Eum secuti sunt Reisk. et Auger., addita vulgata lectione γενέσθαι. Cum Dionysio facit *Schaeferus*, dicens:" Si cum Reiskio et Augero etiam γενέσθαι serves, turbatur accurata oppositio inter ταῦτα εἰπόντι ἐμοί et τῶν πεποιηκότων αὐτὰ ἑκάστῳ: oppositionis autem membrorum accuratae orator servantissimus est." Non male. Sed nihil mutandum esse censeo; haec enim lectio Dionysii sine auctoritate codicum non est recipienda, quum vulgata bonum praebeat sensum. Vid. adn. —

§. 33. ἐὰν οὖν ἔτι καὶ νῦν) Par. 8, Harl., Ald. ἐὰν οὖν ἀλλὰ καὶ νῦν γ' ἔτι) Par. 5, 7, Aug. 3 e correctione. Neque ἀλλὰ omittendum, neque καὶ

Off. II, 13: *quorum prima aetas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur, hi simulac juvenes esse coeperunt, magna spectare et ad ea rectis studiis debent contendere.* Cic. pro leg. Man. c. 13: *qui hunc hominem magnum aut amplum de re publica cogitare* (sc. putare possumus), *qui pecuniam, ex aerario depromptam, — — diviserit, — — in quaestu reliquerit.* De tota sententia haec dicit *Wolfius:* „Minutae et scrupulosae actiones quasi comminuunt et discerpunt animos, et humi abjiciunt. Magnae autem res eosdem erigunt et dilatant." Cic. de amicit. c. 9: *Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem tamque contemptam.* Id. Tusc. Disp. III, 18: *Simul animus cum re concidit.* Ovid. Pont. IV, 12, 47:

Crede mihi: miseros prudentia prima relinquit,
et sensus cum re consiliumque fugit.

Cf. Terent. Eun. II, 2, 10. — ἀνάγκη — ἔχειν, sc. αὐτούς, quod omissum est rotundae brevitatis causa. *Brem.* De re cf. Plat. Theaet. p. 177 sq. et p. 173 cit. *Voemel.:* τὴν αὔξην καὶ τὸ εὐθύ τε καὶ ἐλεύθερον ἡ — δουλεία ἀφῄρηται. — ταῦτα — γενέσθαι. Ordo verborum est: οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, μὰ τὴν Δήμητρα, εἰ μείζων βλάβη γένοιτο παρ' ὑμῶν ἐμοὶ εἰπόντι ταῦτα τῶν πεποιηκότων (i. e. ἢ τοῖς πεποιηκόσι. Cf. Thuc. I, 85: ἔξεστι δ' ἡμῖν μᾶλλον ἑτέρων (μᾶλλον ἢ ἑτέροις) καθ' ἡσυχίαν βουλεύειν. Matth. §. 454) αὐτὰ γενέσθαι. Ita non opus est explicatione *Rüdigeri*, qui putat, Genitivum πεποιηκότων pendere a Genit. τῆς βλάβης, qui post μείζων βλάβη sit subintelligendus. Opponuntur autem inter se ταῦτα εἰπόντι et τῶν πεποιηκότων αὐτά. Vid. not. crit. De re vid. ad Phil. I. §. 51. — Hinc incipit peroratio. Dicit autem haec orator fugiendi periculi causa. — ὅτι καὶ νῦν γέγονε, sc. παῤῥησία μοι. Hac comprobatione attentionis et quasi assentatiuncula reconciliat auditorem. *Wolf.* —

§. 33. ἀλλὰ νῦν γε, supple ἐπειδὴ οὐ πρότερον. Vid. Hoogev. de Partic. p. 17. Est hoc brachylogiae genus, quo Graeci utuntur in antithesi, ita ut contrarium vocabulum reticeatur. Vid. ad §. 7.

τῶν ἐθῶν ἐθελήσητε στρατεύεσθαί τε καὶ πράττειν ἀξίως ὑμῶν αὐτῶν, καὶ ταῖς περιουσίαις ταῖς οἴκοι ταύταις ἀφορμαῖς ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ἀγαθῶν χρήσησθε, ἴσως ἄν, ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθὸν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καὶ γὰρ οὔτ' ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ· καὶ ταῦτα, ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς, οὔτε τοσαῦτά ἐστιν, ὥστε ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ, οὔτ' ἀπογνόντας ἄλλο τι πράττειν ἐᾷ, ἀλλ' ἔστι ταῦτα τὴν ἑκάστου ῥᾳθυμίαν ὑμῶν ἐπαυξάνοντα.

---

addendum est. Vid. adn. — χρῆσθαι) Ald. Tayl., Aug. 1, Harl., Append. Francf. „Vide, ne hoc ab ipso oratore profectum sit." *Schaefer.* — καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχύν) cod. Vict., Harl., β. —

Simili usu Latini *tamen* pro *saltem* ponunt. Cic. Rosc. A. c. 36, 104: *Huc accedit, quod paulo* **tamen** *occultior atque tectior vestra ista cupiditas esset.* Erigit populum in spem rerum meliorum, modo obtemperet. — τούτων τῶν ἐθῶν, ut domi sedentes pecuniam theatralem in vestram voluptatem consumatis. — ἀξίως ὑμῶν αὐτῶν. Vid. ad Phil. I. §. 3. Cum toto hoc loco comparandus est locus classicus apud Liv. III, 68, ubi Quinctius consul, Romanis ob similia vitia, quae orator noster Atheniensibus objicit, reprehensis, ita pergit: *Quarum rerum si vos taedium tandem capere potest, et patrum vestrosque antiquos mores vultis pro his novis sumere, nulla supplicia recuso, nisi paucis diebus hos populatores agrorum nostrorum fusos fugatosque castris exuero, et a portis nostris moenibusque ad illorum urbes hunc belli terrorem, quo nunc vos adtoniti estis, transtulero.* — ταύταις, pertinet ad pecunias theatrales, quae ad victum necessariae non sunt; quare περιουσίαι vocantur. De Pronomine ταύταις, quo verba praecedentia magis efferuntur, vid. ad Phil. I. §. 3. — ἀφορμαῖς, *occasionibus, causis;* est Dativus Praedicati ad χρήσησθε. Vid. de hoc vocabulo ad Phil. I. §. 29. — ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ἀγαθῶν, i. e. ἐπὶ τὰ τῶν ἀγαθῶν τὰ ἔξω ὄντα, *ad externa commoda comparanda.* — ἴσως ἂν — κτήσαισθε, *fortasse consequamini, ihr möchtet wohl erlangen.* Hic Optativus in apodosi, praecedente ἐὰν cum Conjunctivo in protasi, habet significationem Futuri et sententiae cum modestia pronuntiatae. Vid. ad Olynth. I. §. 28. Matth. §. 542. 5. De Conjunctivo, qui eadem ratione ponitur, vid. ad Cic. Rosc. Am. §. 123. Id. Cat. III. §. 15: *Quae supplicationes si cum ceteris supplicationibus conferantur, Quirites, hoc* **intersit**, *quod* etc. De repetito ἴσως vid. ad Phil. I. §. 10. — τῶν τοιούτων λημμάτων, pertinet ad θεωρικά, quas pecunias a demagogis, quos vocant, quasi eleemosynam seu stipem accipiunt. Vid. ad Olynth. I. §. 28. Ab his autem quasi a turpi vinculo, si Demosthenem erunt secuti, liberari possunt (ἀπαλλαγείητε). Verba, quae sequuntur, contumeliam augent. — ἃ — ἔοικε. Constructio est: ἃ ἔοικε σιτίοις διδομένοις τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν. — ἀσθενοῦσι. Ergo Athenienses morbo sc. stultitiae et socordiae laborant; nam hoc tecte significare orator vult. Vid. ad Olynth. I. §. 14. — σιτίοις διδομένοις — ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Demosthenis sententiam repetierunt alii: Lucian. de Merced. Cond. c. 5: ἐπεὶ δὲ (ὡς ὁ καλός που ῥήτωρ φησί) τοῖς τῶν νοσούντων σιτίοις ἐοικότα λαμβά-

34 „Οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις;“ φήσει τις. καὶ παραχρῆμά γε τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἵνα, τῶν κοινῶν ἕκαστος τὸ μέρος λαμβάνων, ὅτου δέοιτο ἡ πόλις, τοῦθ᾽ ὑπάρχῃ. Ἔξεστιν ἄγειν ἡσυχίαν, οἴκοι μένων εἶ βελτίων, τοῦ δι᾽ ἔνδειαν ἀνάγκῃ τι ποιεῖν αἰσχρὸν ἀπηλλαγμένος. Συμβαίνει τι τοιοῦτον, οἷον καὶ τὰ νῦν; στρατιώτης αὐτὸς ὑπάρχων ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων

---

§. 34. *εἰς τοῦθ᾽ ἑτοίμως χρήσιμον ἑαυτὸν παρέχοι)* Vulg. Sed in aliis libris deest εἰς, in aliis χρήσιμον ἑαυτόν, in aliis pro παρέχοι scribitur ὑπάρχοι. Dionys. exhibet τοῦτο παρέχῃ. Ald. Tayl. εἰς τοῦθ᾽ ἑτοίμως ὑπάρχῃ. Bekk. in ed. Berol. 1816 dedit εἰς τοῦθ᾽ ἕτοιμος ὑπάρξῃ. In recentioribus τοῦθ᾽ ὑπάρχοι. Rüdig. τοῦθ᾽ ἕτοιμος παρέχοι. Voemel. τοῦθ᾽ ἑτοίμως ὑπάρχοι. Vid. adn. — *οἷον καὶ τὰ νῦν)* Dion. habet οἷα. Rüdigerus, quoniam οἷον et τὰ νῦν sibi non constent, scribi mavult τανῦν, ut de Chers. p. 105. 7. At vid. ad Phil. III. §. 39 et Phil. I. §. 50 not.

νουσι. Symmach. I. ep. 23 ad Aus.: *Parvis nutrimentis quamquam a morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promovemur. Voemel.* Ob gravitatem et numerum citat hunc locum Athen. VI, p. 270. B., ubi vid. *Casaub.* — *οὔτε τοσαῦτα — πράττειν ἐᾷ.* „Haec pecunia, quam accipitis, neque vires vestras auget, neque, de effectu hujus medicaminis desperantes et illud contemnentes, vos aliquid facere patitur, quo ipsi vestras probetis vires.“ *Rüdig.* — *ἀπογνόντας, καταφρονήσαντας τῶν τοιούτων λημμάτων, τῶν ἐλπίδων τῶν ἐκ τούτων ἀποσφαλέντας. Wolf.* Vid. ad Phil. I. §. 42. *Zonaras* interpr. *ἀποδοκιμάσαντας.* Recte; nam non de desperatione h. l. intelligendum, sed de contemptu, quod monet *Schaeferus.* Cf. Dem. Ep. II. p. 1471: *οὐ γὰρ ἀπεγνωκὼς ὑμᾶς οὐδ᾽ ἑτέρωσε βλέπων οὐδαμοῦ μετέστην.* — *ἔστιν — ἐπαυξάνοντα, ἐπαυξάνει.*

§. 34. *οὐκοῦν — λέγεις;* i. e. *δεῖν ἡμᾶς δίκην ξένων μισθὸν παρὰ τῆς πατρίδος φέρειν; Reisk. Ergo tu stipendium facere jubes ex pecuniis theatralibus; Auger.* Mercedis acceptio contumeliosa videbatur Atheniensibus; quare orator objectione usus est, qua solvit et tegit turpitudinem. *Ἀνθυποφορά: Ἀλλὰ λέξει τις, μισθοφορεῖν ἡμῖν συμβουλεύεις; Τοῦτο δ᾽ ἦν Ἀθηναίοις εὐδόξουσιν ἐπαχθές τε καὶ βαρύτερον* rel. *Ulpian.* Prioribus temporibus cives suis sumptibus in bellum proficisci debuerunt; postea autem pensatio consumptae pecuniae varia variis temporibus iis concessa est. Wachsmuth. Hell. Alterth. II, 1. p. 120. 426. — *καὶ παραχρῆμά γε,* i. e. *οὐ μόνον μισθοφορὰν λέγω, ἀλλὰ καὶ παραχρῆμα τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων, atque adeo e vestigio* etc. Haec vis est particularum *καὶ — γε. Schaefer.* ad h. l. — *τὴν αὐτὴν σύνταξιν,* sc. *λέγω,* i. e. *φημὶ δεῖν εἶναι.* Acerbius vocabulum *μισθοφοράν* mitigatur addito leniori *σύνταξιν. Harpocrat.: Ἔλεγον δὲ ἑκάστους φόρους συντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα.* Cf. de Pac. §. 13. Vid. ad §. 31. *Σύνταξίς ἐστι δύο πραγμάτων ὥςπερ ἕνωσις τοῦ λαμβάνειν καὶ ποιεῖν τὰ δέοντα. Ulpianus.* „Non tantum se stipendia facere, sed omnem perturbationem disciplinae publicae tolli jubere fatetur, fiduciam causae prae se ferens.“ *Wolf.* — *ἵνα — ἕκαστος — λαμβάνων, ὅτου δέοιτο ἡ πόλις, τοῦθ᾽ ὑπάρχῃ, ut, quum quisque — accipiat, hoc, quo indigeat civitas, paratum sit.* Summa lectionum varietas in h. l. est. Vid. not. crit. Ex hac autem lectionis perturbatione patet, glossatoribus multa deberi. Ac primum quidem ὑπάρχῃ

λημμάτων, ὥςπερ ἐστὶ δίκαιον ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Ἔστι τις ἔξω τῆς ἡλικίας ὑμῶν; ὅσα οὗτος ἀτάκτως νῦν λαμβάνων οὐκ ὠφελεῖ, ταῦτ᾽ ἐν ἴσῃ τάξει λαμβανέτω, πάντ᾽ ἐφορῶν καὶ διοικῶν, ἃ χρὴ πράττεσθαι. Ὅλως δὲ οὔτ᾽ ἀφελὼν 35

crit. — *χρημάτων)* Sic exhibent Par. 8, Harl. pro λημμάτων. „Vide, ne hoc orator scripserit.“ *Schaeferus.* Consentio; λῆμμα enim sensu pejori dicitur, qui h. l. non quadrat. Vid. ad §. 33 et Olynth. I. §. 28. — *νῦν ἀτάκτως)* Vulg. —

---

et ὑπάρχοι in παρέχοι et παρέχῃ, quae solent confundi, mutata sunt ab iis, qui anacoluthiam sive Nominativum absolutum *ἕκαστος — λαμβάνων* pro: ἑκάστου λαμβάνοντος, non intelligebant (vid. Matth. §. 562. Cic. in Verr. Act. I. c. 18); medelae autem *παρέχοι* sive *παρέχῃ*, ut pleniorem orationem facerent, primum *ἑτοίμως*, mox *εἰς τοῦθ᾽ ἑτοίμως χρήσιμον ἑαυτὸν* addiderunt. Deinde Conjunctivus *ὑπάρχῃ* praeferendus sine dubio est secundum regulam vulgarem, de qua vid. ad Phil. I. §. 38 Neque tantum *cogitatur*, omnia parata iri civitati, si eadem *σύνταξις* constituatur, quae est propria vis Optativi, ut scilicet indicet, aliquid non *esse*, sed *cogitari* tantum, cf. Phil. II. §. 8 *προεῖσθε*; sed *re vera et parata esse posse et parata iri* confirmatur, ubi Conjunctivus ponitur, qui ita potissimum domicilium habet in rebus futuris et praesentibus. Herm. ad Vig. p. 741 et 904. Cf. Phil. III. §. 69. Unde sequitur, errare *Rüdigerum,* qui ob verba *ὅτου δέοιτο* putat Optativum esse scribendum. Etenim Optativus *δέοιτο* magis *ad cogitationem* pertinet et nullius temporis proprius est, quamquam praesertim ad tempus praeteritum spectat. Herm. ad Vig. p. 906. Cf. §. 35. Vid. ad Phil. I. §. 3. 26. — *ἔξεστι ἄγειν ἡσυχίαν;* Orator, ut orationem graviorem reddat, hac utitur interrogatione. Sensus est: Si pax est, domi manere et in meliori rerum tuarum conditione *(εἰ βελτίων)* uti pecunia theatrali tibi licebit, nec turpiter parere largitoribus, nec aliud quidquam inhonesti *(αἰσχρόν)* ob inopiam pati cogeris. „Videtur theatralem pecuniam relinquere in pace, tantum in bello auferre a populo, eidemque restituere, sed addito militiae labore; ut sit dilemmatica responsio: bene tecum agetur et in pace et in bello.“ *Wolf.* — *συμβαίνει τι τοιοῦτον,* i. e. *εἰ πόλεμός τις συμβαίνει, ὥςπερ νῦν συμβέβηκε.* Sic etiam in antecedente interrogatione *ἔξεστιν — ἡσυχίαν;* Vid. ad §. 18. Est euphemistica locutio, ne scilicet belli mentionem faciat atque molesti aliquid proferat civibus suis. Sensus est: bello exorto honestius est, militantem pro re publica fortis viri officio fungi, quam pecuniam publicam domi per otium et luxum absumere. — *ἀπὸ τῶν λημμάτων, τῶν δημοσίων δήπου χρημάτων, θεωρικῶν.* De Praepositione *ἀπό* vid. ad Phil. I. §. 29. — *ἔξω τῆς ἡλικίας,* sexagenariis. Vid. ad Phil. I. §. 7. — *ἀτάκτως, μὴ στρατευόμενος.* Vid. ad §. 11. — *ἐν ἴσῃ τάξει, una eademque lege et ordine;* aeque atque illi, qui militabant, suam partem pecuniae publicae accipiant res domesticas administrantes, si in senatum veniant, concionibus, judiciis adsint etc. Opponitur antegresso *ἀτάκτως.* Cf. Olynth. III. §. 20. Erat Pericle auctore institutum, ut, qui vellent, pro his negotiis in rem publicam collatis stipendium acciperent. Boeckh. Staatsh. I. p. 244 sqq. —

§. 35. *οὔτ᾽ ἀφελών,* sc. *τῶν ὑπαρχόντων πραγμάτων καὶ τῆς παρούσης καταστάσεως.* — *πλὴν μικρόν,* sc. *τὰ θεωρικά.* — *ἀταξίαν,* ut alii immunitatem militiae habeant et tamen bonis rei publicae fruantur, alii omnia onera ferant. — *ἤγαγον, redactam volui;* nam hanc significationem interdum ha-

οὔτε προσθεὶς πλὴν μικρόν, τὴν ἀταξίαν ἀνελὼν εἰς τάξιν ἤγαγον τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν τοῦ λαβεῖν, τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ δικάζειν, τοῦ ποιεῖν τοῦθ', ὅ,τι καθ' ἡλικίαν ἕκαστος ἔχοι καὶ ὅτου καιρὸς εἴη, τάξιν ποιήσας. Οὐκ ἔστιν ὅπου τοῖς μηδὲν ποιοῦσιν ἐγὼ τὰ τῶν ποιούντων εἶπον ὡς δεῖ νέμειν, οὐδ' αὐτοὺς μὲν ἀργεῖν καὶ σχολάζειν καὶ ἀπορεῖν, ὅτι δὲ οἱ τοῦ δεῖνος νικῶσι ξένοι, ταῦτα πυνθάνεσθαι·
36 ταῦτα γὰρ νυνὶ γίγνεται. Καὶ οὐχὶ μέμφομαι τὸν ποι-

---

§. 35. *μικρῶν)* Par. 1, 2, 3, Aug. 1, 2, Meerm., Ald., Felic., P. Manut., Wolf. At *μικρόν* pertinet ad verba *ἀφελών* et *προσθείς*. — *ἔχει)* Par. 3, 5, 7, 8, Ald., P. Manut., Wolf. Vid. adn. — *ποιοῦσιν)* Sine articulo *τοῖς* Bekk. ex duobus codd. Recte; cf. §. 36 init. — *ποιησόντων)* Vulg. Sed *ποιούντων* Bekk. et multis libris dedit. Noli tamen *ποιούντων* cum Rüdigero pro Futuro Attico habere. —

---

bet Aoristus. Cf. Phil. I. §. 13; II. §. 6. et ibid. ad §. 29. Eurip. Med. *εἶπον edictum volo.* Herm. ad Vig. p. 746. Sic Perfectum usurpatur apud Latinos. Hor. Ep. ad Pis. 98: *Si curat cor spectantis tetigisse querela.* Ibid. 347: *Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus.* Aoristus enim proprie actionem nullis fere temporis circumscriptam terminis designat; deinde in universum aliquid *omnino necessario* vel *certo* fieri; jam vero, quia id, quod *certo* cogitatur fieri, etiam *statim* cogitari potest fieri, Aoristus pro Praesente collocari potest. Unde fit, ut tales Aoristi interdum particulis *gleich, gewiss, zuverlaessig*, interdum, ut nostro loco, adhibita circumscriptione exprimantur. — *τὴν αὐτήν*, cohaeret cum *τάξιν*, non praemisso, sed insequente. Constructio est: *ἤγαγον τὴν πόλιν εἰς τάξιν, ποιήσας τὴν αὐτὴν τάξιν τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ λαμβάνειν* etc. *Reisk.* — *ὅ,τι — ἔχοι καὶ καιρὸς εἴη, quod pro aetate quisque possit, quodque tempus postulet.* Optativus positus est, aut quoniam res tanquam praeterita cogitatur (*ποιήσας*) et non de una certa re, sed quae saepius evenire poterat, sermo est (vid. ad Phil. III. §. 23; I. §. 3; supra §. 34), aut quoniam est *modus potentialis*, ubi in praesenti quoque re Optativus, saepe addito *ἄν*, adhibetur. Matth. §. 528. Vid ad Olynth. III. §. 4: *ὡς ἂν ποιήσαιτο.* Phil. II. §. 30. — *οὐκ ἔστιν ὅπου — ποιοῦσι. Παῤῥησιαστικὴ ἐπιτίμησις τοῖς ἀργοῦσι.* Est urbana et faceta oratio; negat se usquam dixisse, ignavis esse largiendum, h. e. se censere nunc nullam eorum habendam esse rationem. *Wolf.* *οὐκ ἔστιν ὅπου*, pro *μηδαμοῦ.* — *ἀργεῖν καὶ σχολάζειν.* Illud ad corpus, militiam, opificia pertinere videtur: hoc (*σχολάζειν* sc. *τῶν κοινῶν*) ad animum, providentiam, sollicitudinem. *Wolf.* De re cf. Phil. I. §. 7. Olynth. I. §. 23. — *ἀπορεῖν. Καλεῖ τὸ λαμβάνειν τοὺς δύο ὀβολοὺς καὶ ἐξὸν πλουτεῖν ἐκ τοῦ πολέμου. Ulpianus.* — *τοῦ δεῖνος.* Significantur ii, qui mercenariis praeesse solebant, Chares, Charidemus, Diopeithes, alii. — *νικῶσι ξένοι. Ἔδει δὲ τοὺς Ἀθηναίους νικᾶν.* De industria verbo plausibili usus est, ad excitandos gloriae ac victoriae dulcedine animos. *Wolf.* — *ταῦτα πυνθάνεσθαι.* De Atheniensium curiositate rerum novarum vid. ad Phil. I. §. 10. De *νυνί* vid. ad Phil. I. §. 1. —

§. 36. *καὶ οὐχὶ μέμφομαι. Προκατάληψις μεταστατική,* haec a se dici non odio peregrinorum militum, sed Atheniensium studio. *Wolf.* Vid. ad or. de Pac. §. 11. init. — *τῆς τάξεως — τῆς ἀρετῆς.* Adhortatio ab exemplo majo-

οὖντά τι τῶν δεόντων ὑπὲρ ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἀξιῶ πράττειν ταῦτα, ἐφ' οἷς ἑτέρους τιμᾶτε, καὶ μὴ παραχωρεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς τάξεως, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι τῆς ἀρετῆς μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων κτησάμενοι κατέλιπον.

Σχεδὸν εἴρηκα, ἃ νομίζω συμφέρειν· ὑμεῖς δ' ἕλοισθε ὅ,τι καὶ τῇ πόλει καὶ ἅπασι συνοίσειν ὑμῖν μέλλει.

---

§. 36. ὑμᾶς αὐτούς) Wolf. et Reisk. ex Ald., P. Manut. Etiam cod. Vict. sic habet, qui addit: „abest ab ambobus codd., i. e. a et b!" Bekk. quoque αὐτούς delevit. — πολλῶν καὶ καλῶν καὶ μεγάλων) Reisk. ex paucis libris. Auger. καὶ καλῶν. Wolf. neutrum habet. D'Orville ad Charit. p. 620 Lips. docet, καλὰ et μέγαλα saepe confundi. Vid. ad §. 24. Cod. Vict. καί omittit.

---

rum et a turpi. *Wolf.* Ab ordinibus militaribus, quos alludit, orationem transfert ad virtutis quasi ordinem, quem quum majores non deseruerint, eos principatum sibi comparavisse. *Majus enim dedecus est*, ut cum Sall. Jug. 31, 18 loquar, *parta amittere, quam non paravisse.* Cf. Xenoph. Cyr. VII, 5, 76. Thuc. II, 36: ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν προγόνων. — — τὴν γὰρ χώραν ἀεὶ οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες διαδοχῇ τῶν ἐπιγιγνομένων μέχρι τοῦδε ἐλευθέραν δι' ἀρετὴν παρέδοσαν. καὶ ἐκεῖνοί τε ἄξιοι ἐπαίνου καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ πατέρες ἡμῶν. κτησάμενοι γὰρ, πρὸς οἷς ἐδέξαντο, ὅσην ἔχομεν ἀρχὴν, οὐκ ἀπόνως, ἡμῖν τοῖς νῦν κατέλιπον. Cf. supra §. 26 fin. — μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν. Vid. ad §. 24. — ἕλοισθε ὅ,τι — μέλλει. Eadem ratione concludit orator Phil. I., ubi vid. adn. „Ceterum Demosthenes et hic judicium de pecunia theatrali effugit, ita ut ipsis Atheniensibus relictum sit, saluti publicae prospicere." *Rüdig.* —

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Γ (vulgo A).

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης. Ἑλληνικὸν δὲ τῶν ταύτῃ ἐνοικούντων τὸ γένος ἀπὸ Χαλκίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ. ἡ δὲ Χαλκὶς Ἀθηναίων ἄποικος. Πολλοὶ δὲ πόλεμοι καὶ ἔνδοξοι τῆς Ὀλύνθου· Ἀθηναίοις τε γὰρ ἐπολέμησεν ἄρχουσι τῶν Ἑλλήνων τὸ παλαιὸν, καὶ αὖθις Λακεδαιμονίοις· χρόνῳ τε εἰς δύναμιν προῆλθε μεγάλην, καὶ τῶν συγγενῶν πόλεων ἐπῆρχεν· ἦν γὰρ ἐπὶ Θρᾴκης πολύ τι γένος Χαλκιδικόν. Φιλίππῳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ συμμαχίαν οἱ Ὀλύνθιοι ποιησάμενοι, καὶ πολεμοῦντες μετ᾽ αὐτοῦ πρὸς Ἀθηναίους τὸ κατ᾽ ἀρχὰς, καὶ τοῦτο μὲν Ἀνθεμοῦντα παρὰ τοῦ Μακεδόνος εἰληφότες, πόλιν ἀμφισβητήσιμον Μακεδόσι καὶ Ὀλυνθίοις, τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν, ἣν Ἀθηναίων ἐχόντων ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ὀλυνθίοις παρέδωκεν. Ὕστερον ὑποπτεύειν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, ὁρῶντες αὐτοῦ ταχεῖαν καὶ πολλὴν τὴν αὔξησιν, οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώμην. Ἀποδημοῦντα δὲ τηρήσαντες αὐτὸν, πέμψαντες πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους, κατελύσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον, ποιοῦντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Φίλιππον. συνετέθειντο γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναίους, κἂν ἄλλο τι δόξῃ, κοινῇ σπείσασθαι. Ὁ δὲ Φίλιππος, πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ᾽ αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύτην λαβὼν, ὡς τὰς συνθήκας παραβεβηκόσι καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ φιλίαν ἐσπεισμένοις πόλεμον ἐπήνεγκεν. Οἱ δὲ πεπόμφασι πρέσβεις εἰς Ἀθήνας περὶ βοηθείας, οἷς ὁ Δημοσθένης συναγορεύει, βοηθεῖν κελεύων τοῖς Ὀλυνθίοις. καί φησι τὴν Ὀλυνθίων σωτηρίαν ἀσφάλειαν τῶν Ἀθηναίων εἶναι· σωζομένων γὰρ τῶν Ὀλυνθίων, οὐδέποτε ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν Φίλιππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐξουσίαν ἔσεσθαι πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν κἀκεῖ ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον· εἰ δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ γένοιτο ἡ πόλις αὕτη, ἀνεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁδὸν τῷ βασιλεῖ. Φησὶ δὲ δύσμαχον εἶναι τὸν Φίλιππον οὐχ ὡς ὑπείληπται, θαρσύνων ἐπ᾽ αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους.

Διείλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, συμβουλεύων αὐτὰ ποιῆσαι στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν. Καὶ τὸ ἔθος οὐ πρόδηλον ὄν, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη σαφηνίσαι. Οὐκ ὄντος τοῦ παλαιοῦ θεάτρου λιθίνου παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμένων ἰκρίων, καὶ πάντων καταλαμβάνειν τόπον σπευδόντων, πληγαί τε ἐγίνοντο, καὶ πού καὶ τραύματα. τοῦτο κωλῦσαι βουληθέντες οἱ προεστῶτες τῶν Ἀθηναίων ὠνητοὺς ἐποιήσαντο τοὺς τόπους, καὶ ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολοὺς, καὶ καταβαλόντα θέαν ἔχειν. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς δύο ὀβολούς. Ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἤρξατο, προῆλθε δὲ εἰς τοῦτο, ὥςτε οὐκ εἰς τοὺς τόπους μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἁπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο· ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκνηροὶ κατέστησαν. πάλαι μὲν γὰρ στρατευόμενοι μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως ἐλάμβανον, τότε δὲ ἐν ταῖς θεωρίαις καὶ ταῖς ἑορταῖς οἴκοι μένοντες διενέμοντο τὰ χρήματα. οὐκ ἔτι οὖν ἤθελον ἐξιέναι καὶ κινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν τούτων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι μετατεθῆναι ταῦτα εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν καὶ γενέσθαι στρατιωτικά. Διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλαβῶς ἅπτεται τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς, καὶ ὑπερωτήσας ἑαυτὸν, ὅτι „σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά;“ ἐπιφέρει, Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Τοσαῦτα μὲν περὶ τῶν θεωρικῶν.

Διείλεκται δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ πολιτικῆς δυνάμεως, ἀξιῶν αὐτοὺς στρατεύεσθαι, καὶ μὴ διὰ ξένων, ὥςπερ εἰώθεσαν, ποιεῖσθαι τὴν βοήθειαν· τοῦτο γὰρ αἴτιον εἶναί φησι τοῦ τὰ πράγματα ἀπόλλυσθαι.

Dispositio Olynthiacae III.

I. In prooemio attentionem et benevolentiam audientium orator sibi comparare studet, significans, se in tanto rerum discrimine habere, quod suadeat utile civitati, admonetque, ut omnes audiant cives, qui de his rebus dicere velint §. 1.

II. Quibus praedictis, antequam ad eam orationem transit, quae est propria hujus quaestionis, leviter civium suorum socordiam perstringit et cohortatur eos, ut quam celerrime auxilium ferant Olynthiis legatosque mittant, qui hoc polliceantur, ne callidus rex praeveniens omnia in suum commodum vertat. Hunc autem, quamquam sit strenuus in rebus gerendis, eo magis hoc tempore posse

superari dicit orator in consolationem civium suorum, quoniam Olynthii nullam ei habeant fidem ob malam aliarum civitatum tractationem §. 2—5.

III. Jam rem ipsam, de qua agere vult, proponit, cujus quum duae sint partes, altera, *auxilium Olynthiis esse mittendum* §. 6—18, altera, *pecuniam esse conferendam* §. 19—27;

A. in priorem partem ingressus confirmat:

1) auxilium ferendum esse Olynthiis, quum ipsi Athenienses jam diu jactaverint, ad bellum contra Philippum incitandos esse Olynthios, qui, quum sua sponte bellum adversus illum susceperint, eo firmiores Atheniensium socii futuri sint §. 6—7;

2) hanc occasionem, quae ultro oblata sit, opprimendi Philippum, non esse dimittendam, ne idem, quod antea, Atheniensibus accidat, quum, Amphipoli, Pydna, Potidaea, Methone, Pagasis aliisque urbibus derelictis, ipsi Philippum auxerint potentemque reddiderint §. 8—9;

3) praedicat deorum in Athenienses benevolentiam, quippe qui adhuc civitatem servaverint obtulerintque occasionem, qua, si utantur, amissa recuperare possint; tum adhibita similitudine monet, ne immemores sint beneficiorum a diis collatorum, ignominiamque acceptam turpiter ferant §. 10—11;

4) enumerat res gestas, quibus rex Macedoniae potentiam nactus sit, ostendit, eum in Atticos quoque fines invasurum esse, nisi strenue in Macedonia ipsa impugnetur, causamque exponit, cur haec narraverit; nam si ipsi socordes sint, Philippus autem, nulla re contentus, occupare pergat, omnia se esse amissuros §. 12—15;

5) Jam, refutatis adversariorum dictis, facile esse vituperare alios, reprehensisque Atheniensibus, quod non auctoribus malorum, sed iis, qui dicant postremi, irascantur, transit ad rationem subveniendi Olynthiis describendam, duplicem exercitum esse mittendum, alterum, qui opem Olynthiis ferat, alterum, qui Macedoniam aggrediatur, quarum rationum alterutra neglecta, omne conamen irritum fore §. 16—18.

B. In altera orationis parte, *pecuniam esse conferendam*,

1) docet, Atheniensibus non deesse pecuniam, modo eam recte adhibeant, innuens pecuniam theatralem, cujus quidem ita mentionem facit, ut capitis periculum avertat; qua autem nisi uti velint ad bellum, pecuniam esse conferendam §. 19—20;

2) negat, ut alacritatem civium augeat, Philippi potentiam stabilem esse, confirmatque, Thessalos non esse fidos, neque sua vectigalia amplius ei concessuros; ceteros quoque populos, quos ille devicerit, libertati ita studere, ut eos aegre contineat §. 21—23;

3) hortatur, ut hac iniqua Philippi conditione utantur, qua si ille in Athenienses nactus fuerit, non praetermissurum esse; rem jam eo deductam esse, ut aut Philippus in Attica, aut ipsi in Macedonia bellum gesturi sint; nam Olyntho capta, ceteris civitatibus aut infensis Atheniensium civitati, aut imbecillis ad illum prohibendum, nullam rem fore impedimento, quominus ille in Atticam venturus sit §. 24—26;

4) ostendit, plurimum differre, utrum bellum fiat in Attica, an in Macedonia; illud, quod tendat Philippus, neque sustinere posse Atticae incolas, et summae esse ignominiae §. 27.

IV. In peroratione superiora repetit et jubet, unicuique et civibus et oratoribus officium esse explendum, ut res bene succedant.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Γ (vulgo A).

Ἀντὶ πολλῶν ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς 1
ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε. Ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προςήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμ-

§. 1. *Ἀντὶ πολλῶν ἂν — χρημάτων.* Hoc spectat aut ad pecuniam theatralem in pristinum usum restituendam, ut *Ulpianus* et *Lucches.* putant, aut omnino ad pecuniam contemnendam largiterque ad belli usum restituendam. Hoc certum est, et oratores et ceteros cives de consilio, auxilii Olynthiis mittendi, multum laboravisse. Scite igitur Demosthenes hoc initio, cujus verborum moderatione et aequitate benevolos reddit auditotes, objectiones priorum oratorum de ha re dicentium refutat, negans, pecuniae esse inopiam. Jam veteres rhetores. quos *Schaeferus* citavit, hoc exordium laudaverunt; Lucian. Jovis Tragoed. c. 15 autem joculari modo imitatus est (*παρῳδεῖ*). Ceterum hoc dicit orator per has enuntiationes, qui aut scire aut habere aliquid velit, ei nullam rationem, id assequendi, omittendam esse, id quod Cic. Tusc. Disp. IV, 26 ita exprimit: *Qui id approbari possit, aegritudinem suscipere pro experientia, si quid habere velis? nam solum habere velle, summa dementia est.* De Praepositione *ἀντί* cf. Olynth. II. §. 18. De particula *ἄν*, quae ad *ἑλέσθαι* pertinet, vid. ad Phil. I. §. 15. 42. — *νομίζω*, non *πέπεισμαι*, dicit orator, quoniam illud modestum est et verecundum, efficitque, ut assentiantur auditores; hoc affirmationem includit et eosdem magis ad repugnandum incitat. Vid. *Ulpian.* — *εἰ γένοιτο.* De hac constructione Conjunctionis *εἰ* cum Optativo in protasi, sequente Indicativo in apodosi, vid. ad Phil. I. §. 18. Male autem *Boissonade* ad Rufum p. 73 post *γένοιτο* vult commate interpungi, ut *τὸ μέλλον συνοίσειν* a verbo *ἑλέσθαι* pendeat; primaria enim notio non est *τὸ μέλλον συνοίσειν*, sed *ἡ τούτου φανέρωσις*. Hic cardo totius orationis. *Schaefer.* — *τὸ μέλλον συνοίσειν, quod futurum sit e re publica, utile futurum sit*, pro *τὸ συνοῖσον*. *Μέλλειν* sequente Infinitivo Praesentis aut Futuri, interdum Aoristi, respondet Latinorum Participio Futuri Activi, et hanc fere vim habet, quae lingua germana verbis *werden, sollen, müssen, koennen* exprimi potest. Cf. Phil. II. §. 27; III. §. 1. Matth. §. 502. Sic apud Herod. I, 109 *θέλειν* usurpatur: *εἰ δὲ θελήσει — — ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην ἀναβῆναι ἡ τυραννίς, wenn die Herrschaft — übergehen sollte.* — *περὶ ὧν* i. e. *ἐν τούτοις, περὶ ὧν*, Reisk. Auger. Male; est enim *περὶ τούτων, ἅ.* — *ὅτε — ἔχει.* *Ὅτε*, quae particula alias temporalis est, hic causam et rationem indicat, *quando*, i. e. *quoniam, quum*, et cum Indicativo construitur. Idem fieri solet in particulis *ὁπότε, ὅπου.* Herm. ad Vig. p. 918. Matth. Gr. §. 624.

βουλεύειν· οὐ γὰρ μόνον, εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος ἥκει τις, τοῦτ' ἂν ἀκούσαντες λάβοιτε, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν, ὥστ' ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γενέσθαι.

§. 1. *ἥκοι)* Auger. ex Par. 9 et Hermog. At vid. adn. — *ἡμετέρας)* Aug. 2, Schol. Aristid., probante Schaefero, qui dicit: „passim gloriatur orator bona Atheniensium fortuna, quam longe longeque praefert fortunae Macedonis. Quidni igitur hic etiam partem hujus felicitatis sibi vindicet?" At neque convenit antecedenti *λάβοιτε*, neque orationis nexui. —

2. ed. 2dae. Plat. Symp. p. 206 ed. Bip.: *ὅτε δὴ τοῦτο ὁ ἔρως ἐστὶν ἀεί.* Sic Terent. Andr. II, 1, 5: *quando non potest id fieri, quod vis, id velis, quod possit.* — *ἀκούειν τῶν βουλομένων.* Verba sensuum (v. c. *αἰσθάνεσθαι, πυνθάνεσθαι, ἀκούειν, ἀκροᾶσθαι, συνιέναι* al.), exceptis iis, qui notionem videndi habent, cum Genitivo construi, notum est. Si de sóla persona sermo est, in Genitivo construitur; si res et persona junguntur, illa in Accusativo, haec in Genitivo ponitur; si res sola nominatur, aut Accusativus ponendus est, si unum ejus momentum respicitur, aut Genitivus, si omnia, quae ad eum pertinent, deinceps sensu percipiuntur. Hoc docuit Rost. Grammat. p. 529. De re vid. ad Olynth. I. §. 31. — *εἴ τι ἐσκεμμένος ἥκει τις, si quid utile aliquis meditatus venit.* Ἐσκεμμένος significatione media, de qua vid. ad Phil. I. §. 6, dicitur de iis, qui *parati* et *meditati* ad causas accedunt, et opponitur iis, qui *ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ex tempore,* dicunt. Dem. in Mid. p. 576: *τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τοιαῦτα ἐρεῖ, ὡς ἐσκεμμένα καὶ παρεσκευασμένα πάντα λέγω νῦν.* Ibid.: *ἐσκέφθαι καὶ μεμελετηκέναι, ὡς ἐνῆν μάλιστα, οὐκ ἀρνοῦμαι.* Spectant autem verba potissimum ad Demosthenem, qui nonnisi paratus et meditatus prodiit. Plut. Dem. c. 8. cit. *Voemelio: μὴ ῥᾳδίως ἀκοῦσαί τινα Δημοσθένους ἐπὶ καιροῦ λέγοντος, — εἰ μὴ τύχοι πεφροντικὼς καὶ παρεσκευασμένος.* Cic. Legg. I, 4: *ad causarum operam ego nunquam nisi paratus et meditatus accedo.* Terent. Andr. II, 4, 3: *venit meditatus alicunde ex solo loco.* — Pro *ἥκει* Auger. dedit *ἥκοι.* At de certa re sermo est, *si quis venit,* non de incerta, *si quis veniret,* qualis ratio est Phil. II. §. 20, et Demosthenes se ipsum intelligit. „Conditio autem, ad quam refertur *ἂν λάβοιτε,* latet in Participio *ἀκούσαντες* pro *εἰ ἀκούσαιτε* (de quo vid ad Phil. I. §. 12). Vid. Melet. Crit. p. 57." *Schaefer.* Vid. ad Olynth. II. §. 19. Ceterum *ἥκειν,* ut *παριέναι, παρελθεῖν, ἀνίστασθαι,* de oratoribus usurpatur, qui prodeunt ad dicendum, qui agunt cum populo, cum senatu. Vid. ad Phil. II. §. 3. Herod. I, 5: *ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι ἐρέων.* Isocrat. Paneg. p. 41. §. 3: *ἥκω συμβουλεύσων.* Rarius *ἐπέρχεσθαι* usurpatur, quod, monente *Bremio* ad Isocr. Paneg. p. 43. §. 15, plerumque habet notionem vel temeritatis vel inconstantiae vel casus fortuiti. Sic *venire* apud Latinos. Cic. Att. I, 1: *ne contra amici summam existimationem miserrimo ejus tempore venirem.* Vid. ad Cic. Rosc. A. §. 55: *Vident omnes, qua de causa huic inimicus venias.* — *τῆς ὑμετέρας τύχης* (sc. *ὄν*) *ὑπολαμβάνω, sed vestrae etiam esse fortunae existimo, ut nonnullis ex tempore quoque succurrant animo, quae in rem vestram dicenda sunt.* Genitivus *ὑμετέρας τύχης* pendet a Substantivo intellecto *ἔργον,* eadem, qua apud Latinos, ratione. Eur. Phoen. 731: *ἀλλὰ τοὔθ' ὁρῶ πολλοῦ πόνου,* sc. *ὄν.* Matth. §. 372. Cf. ad §. 10. 16. De fortuna Atheniensium vid. ad Phil. I. §. 12; ad Olynth. I. §. 2. 22.

Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 2 μόνον οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς, ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστὶν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας

---

§. 2. ὑπέρ) Ulpianus. Ὑπέρ in multis dictionibus, quae alias usitatiores sunt cum περί, Demostheni inprimis familiare est. Buttm. ad Dem. Mid. §. 11. p. 26. Vid.

Jam *Eupolis* feliciores eos, quam prudentiores, dixerat lepidis Jambis, servatis ab Athenaeo X. p. 425:

— — ὦ πόλις, πόλις,
ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον, ἢ καλῶς φρονεῖς.

Vid. *Fr. A. Wolf.* ad Lept. p. 458, 4. *Voemel.* mentionem facit maledicti Neptuni: „*Athenienses male esse deliberaturos*", quod a Minerva aversum est verbis additis: „*sed tamen fortunatos beatosque fore.*" Idem laudat Aristoph. Nubb. 593:

αὖθις ἐς τἀρχαῖον ὑμῖν, εἴ τι κἀξημάρτετε,
ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται.

In proverbium abiit ἡ τῶν Ἀθηναίων δυςβουλία, i. e. *stulta consilia Atheniensium, inconsulta temeritas* (Erasm. Adag. VIII, 44), contraque ἡ εὐτυχία celebrata fuit noctuae Palladis beneficio. Ad illam δυςβουλίαν allusisse h. l. orator videtur, ad hanc, εὐτυχίαν, Aristoph. Vesp. 1081:

γλαῦξ γὰρ ἡμῶν, πρὶν μάχεσθαι, τὸν στρατὸν διέπτατο.

Hesych. s. v. γλαῦξ ἵπταται: πρὸ τῆς μάχης ἐν Σαλαμῖνι γλαῦκά φασιν διαπτῆναι τὴν νίκην προσημαίνουσαν. Schol Aristoph. Equitt. 1102: γλαῦξ δὲ ἱερὸν ὄρνεον Ἀθηνᾶς· — ταύτης ἡ πτῆσις εἰς νίκης σύμβολον ἐλογίζετο, ὅθεν καὶ παροιμίαι, γλαῦκας ἐς Ἀθήνας — — καὶ γλαῦξ ἵπταται. Hinc proverbium, *noctua volat*, de rebus feliciter atque ex animi sententia succedentibus. — ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν. Ἐπέρχεσθαι, ἐπιέναι cum Dativo, rarius cum Accusativo personae, notant *in mentem venire*, *subire*, *einfallen*. Xenoph. Mem. IV, 2, 4: ὅμως δὲ, ὅ,τι ἂν ἀπὸ ταὐτομάτου ἐπίῃ μοι, συμβουλεύσω ὑμῖν. Dem. Megalop. p. 206, 27: ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι. Vid. etiam ad Phil. III. §. 54. Virg. Aen. II. 317: *pulchrumque mori succurrit in armis.* Particula ἂν pertinet ad Infinitivum ἐπελθεῖν. *Bremius* interpr. *nonnunquam*, *haud raro; Schaeferus* ὑποθετικῶς, intellecto εἰ τύχοι, *multa, si forte, in mentem veniat dicere.* Idem jubet in ejusmodi locis orationem obliquam convertendam esse in rectam, ut hypothesis melius appareat, ut h. l.: ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς ὑμετέρας τύχης, ὡς ὑπολαμβάνω, πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπέλθοι εἰπεῖν. De sententia cf. Terent. Andr. IV, 5, 55:

Paulum interesse censes, ex animo omnia,
Ut fert natura, facias, an de industria?

ἐξ ἁπάντων, sc. τῶν ἐσκεμμένων καὶ παραχρῆμα λεχθέντων. Schol. — συμφέροντος ὑμῖν. Haec verba jungenda sunt, non ῥᾳδίαν ὑμῖν, quod monet *Schaeferus.* Sic paulo ante orator scripsit τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει. —

§. 2. παρὼν καιρὸς — μόνον οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς. Ordo verborum est: ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς — λέγει μόνον οὐχὶ φωνὴν ἀφιείς, *tempus certe quidem hoc — tantum non edita voce*, i. e. tantum non disertis verbis, *loquitur*, *ruft fast mit vernehmlicher Stimme.* Est haec personificatio, προσωποποιΐα, elegantissima, in quo dicendi genere orator noster imitatus est Thucydidem (cf. I, 43), quem saepius legerat descripseratque. Mitigatur hoc audax genus dicendi addito μόνον οὐχί, de quo vid. ad Olynth. II. §. 17. Dem. de fals. leg. p. 366: ἡ ἀλήθεια καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτοῖς αὐτὰ βοᾷ. Cic. pro Mil. c. 20: *Res loquitur ipsa, quae semper valet plurimum.* Id. Cat. III, 5: *imago te a tanto scelere etiam muta revocare*

αὐτῶν φροντίζετε. Ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅντινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά. Ἔστι δὴ τά γ' ἐμοὶ δοκοῦντα ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν καὶ παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε βοηθήσητε καὶ μὴ πάθητε ταὐτὸν, ὅπερ καὶ πρότερον, πρεσβείαν δὲ πέμπειν, ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ

---

ad §. 5. — αὑτῶν) Vulg. Vid. adn. — Ἔστι δέ) Par. 8, Ald. Tayl. Sed vid. adn. — βοηθήσητε) Sic omnes libri. Sed Bekker. dedit βοηθήσετε, defendentibus Bremio et Engelhardtio in progr. p. 12 sqq. Vid. adn. —

---

debuit. — τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς. Pertinet ad Olynthiorum res, non ad τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀρχήν, quod putavit *Wolfius*, neque ad Olynthios ipsos, quae est sententia *Rüdigeri*. De voce πράγματα vid. ad Phil. I. §. 3. „Memorabilis verborum collocatio: αὐτοῖς ab ὑμῖν separatum, quoniam maximam vim habet in clausula (vid. ad §. 9) et per se accipiendum est: *vobis et quidem ipsis, praesentibus, coram.*" *Brem.* — ἀντιληπτέον ἐστίν. Verba, quae significant *prehendere*, *tangere*, quoniam notio partis inest, cum Genitivo construuntur. Matth. §. 365. — εἴπερ ὑπέρ. Vid. ad §. 8 ἤνπερ ὑπέρ. Sic etiam Dem. Mid. p. 526. Observa etiam verbum φροντίζειν cum ὑπὲρ constructum pro solo Genitivo. Matth. §. 326. Not. 2. Eadem constructio legitur in Midiana p. 526. Xenoph. Mem. I, 4, 17 legitur περί τινος φροντίζειν. — αὐτῶν, i. e. ὑμῶν αὐτῶν. Matth. §. 489. II. De lectione αὑτῶν, quae potest probari, vid. ad Phil. I. §. 36; II. §. 9 not. crit. — ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' — πρὸς αὐτά. Animadverte personarum mutationem a secunda in primam, de quo usu vid. ad Phil. I. §. 11; ad Olynth. II. §. 6. infra §. 10. De genere dicendi *Ulpianus* haec: Ὑποσιώπησις, ὅταν μέλλῃ τις ἐπιφέρειν τραχύ τι, μὴ βούληται δὲ διὰ τὸ ἐπαχθὲς αὐτὸ λέγειν, ἀλλὰ δι' αἰνιγμάτων σημαίνῃ, αἰνίττηται. Ejusmodi formulae notant, ut *Bremii* verbis utar, ratione, quae nec intelligi neque condonari potest, peccari, ut existimandum sit, a malo daemone cladem inflictam esse. Plut. Lys. p. 218. C: κἄπειτ' οὐκ οἶδ' ὁπόθεν ἀτοπωτάτη τις ὑποψία εἰςῆλθεν, ὡς οὐκ ἂν ἀληθῆ εἴη τὰ ὡμολογημένα ἡμῖν. Vid. ad Olynth. II. §. 21 s. v. ἀτυχής. Περιπλοκή, *involutio*, forma dicendi, qua res turpes vel injucundas involucro quodam verborum tegimus, ut minus turpes et minus injucundae appareant. Ernest. Lex. techn. gr. cit. *Voemel.* Ex his autem apparere dicit *Wolfius*, causam Olynthiorum Atheniensibus non admodum cordi fuisse. — ἔστι δὴ — τὰ δοκοῦντα, τὰ ἀρέσκοντά μοι, αὕτη ἡ γνώμη μού ἐστι, *sic censeo. Wolf.* Est autem δή, non δέ, scribendum. Nam δέ, id quod *Schaeferus* docet, simpliciter connectentis et transeuntis: δή ordinentis, quod inprimis attendi oporteat. Habet h. l. notionem: *quum illa ita sint.* Vid. ad §. 18. Phil. I. §. 21. De particula γε vid. ad §. 27 extr. — ἤδη, i. e. ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, μηδὲν ἀναβαλλομένους. *Wolf.* Est igitur *statim*, παραυτίκα (cf. Phil. III §. 64), et notat actionem maturatam. Vig. p. 413. Vid. ad Phil. II. §. 23. *Krüger.* ad Xenoph. Anab. I, 3, 11. Respondet huic voci forma τὴν ταχίστην, *quam celerrime*, de qua vid. ad Phil. I. §. 25. — ἐνθένδε, ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως, hinc mittendis civibus, non alibi mercenario milite conscribendo. *Wolf.* — ὅπως — βοηθήσητε, βοήθειαν πέμψητε, ἤγουν πολιτικὴν δύναμιν, ἀλλ' οὐ ξένους. Miserunt tandem Athenienses Olynthiis auxilio, ut in oratione falsae legationis auctor est Demosthenes, decies mille conductitios, quater mille cives, quinquaginta triremes: quae tamen eis omnia proditorum scelere nihil profuerunt. *Wolf.* Vid. Proleg. §. 16. *Bekkerus* con-

καὶ παρέσται τοῖς πράγμασιν. Ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο 3
δέος, μὴ, πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, τὰ μὲν εἴκων, ἡνίκα ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπειλῶν

§. 5. ἄνθρωπος) Vulg. Sed vid. ad Phil. I. §. 9. Buttm. Gr. ampl. p. 119 sq. — ἡνίκ' ἂν) Sic Schaeferus vult scribi, talem hiatum in Demosthene aversans.

---

tra omnium codicum auctoritatem scripsit βοηθήσετε. Probavit *Bremius*, secutus *Rostium:* vult declarare orator certissimam spem de auxilio ferendo (βοηθήσετε), mala autem, quae minantur negligentibus, ut haud futura innuere (πάθητε). At haec nimis subtilia esse videntur. Non ratio, sed finis significatur, quare, obstantibus quoque illi lectioni libris, Conjunctivum retinui. Vid. ad Olynth. I. §. 2. Phil. I. §. 20. Plat. Gorg. p. 481. A. §. 80: παρασκευαστέον, ὅπως μὴ δῷ δίκην μηδὲ ἔλθῃ παρὰ τὸν δικαστήν. — ὅπερ καὶ πρότερον. Cf. Olynth. II. §. 4 sq. — πρεσβείαν πέμπειν, ad Olynthios puta. *Reisk.* — ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ, sc. τὰ ἐψηφισμένα, quod ex superiori ψηφίσασθαι subintelligendum est, sc. decreta esse auxilia, delectus haberi Athenis, apparari bellum. Herod. I, 65: (Λυκοῦργος) μετέστησε τὰ νόμιμα πάντα, καὶ ἐφύλαξε ταῦτα μὴ παραβαίνειν, ubi ad ταῦτα subaudiendum est τὰ μετασθέντα. Corn. Nep. Hamilc. I, 5: *Hoc consilio pacem conciliavit, in qua* (sc. in qua pace concilianda) *tanta fuit ferocia, ut* etc. Ita Olynth. I. §. 11 ad Thessalos mitti legationem orator jubet: πρεσβείαν πέμπειν, ἣ διδάξει ταῦτα. Cf. infra §. 24. Phil. III. §. 73. De significatione Futuri vid. ad Phil. I. §. 19. — καὶ παρέσται τοῖς πράγμασιν, sc. quae apud Olynthios gerantur; invigilet legatio bello copiisque vestris et ipsis imperatoribus, atque exsecutioni consiliorum mandatorumque vestrorum intersit, eamque urgeat et gurbernet. *Reisk.* Παρεῖναι habet notionem diligentiae et industriae. Cf. §. 4. Phil. III. §. 12. Olynth I. §. 12 est εἶναι ἐπὶ τοῖς πράγμασι, ubi vid. adn. Ibid. §. 12: πλησίον ὄντες, ἅπασιν τοῖς πράγμασιν ἐπιστάντες. De re cf. etiam infra §. 28. Phil. I. §. 25. 35. 47. —

§. 3. τοῦτο δέος, pro τοῦτο φοβητέον. De τοῦτο, quod audientium animos ad ea, quae sequuntur, attentos reddit, vid. ad Phil. I. §. 4. — πανοῦργος. *Hermogenes Schol.* ita expl.: ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων· κατεχρήσαντο δὲ τῇ λέξει οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ ἐν κακοῖς νοήμασι καὶ ἔργοις ἐπιβούλου. Dem. adv. Lacrit. p. 943, 1: πανουργεῖν πανουργίας περὶ τὰ συμβόλαια τὰ ναυτικά. Apud Plat. Protag. p. 271. C. dicuntur πανοῦργοι *sciti* et *callidi*, qui scientiam occultant et inscientiam simulant, ut homines deludant. Mitigatur hujus vocabuli vehementia leniore δεινός. Vid. ad Olynth. II. §. 31. Δεινόν (a δέω, unde δέος, δείω, i. q. δείδω) non solum est, quod *timorem*, verum etiam id, quod *admirationem* nobis incutit (vern. *gewaltig*, quod item in re tam bona, quam mala ponitur, v. c. *ein gewaltiger Redner*, et: *das ist doch gewaltig*, i. e. *arg*). *Ast.* ad Plat. Protag. p. 341. B. Vid. ad or. de Pac. §. 11. Phil. I. §. 35. Sic *fortis* apud Terent. Andr. IV, 2, 29: Dav.: *consilium quaero.* Char. *fortis est, ein Mann von Resolution.* ἄνθρωπος, contemptim. Vid. ad Phil. I. §. 9. cf. infra §. 23. — πράγμασι χρῆσθαι, dicitur de eo, qui res, praesertim arduas, callide tractare suamque in rem vertere potest; explicatur verbis sequentibus τρέψηται καὶ παρασπάσηται. Cf. infra §. 11. Just. IX, 8 mores Philippi bene describit: *Misericordia in eo et perfidia pari jure dilectae. Nulla apud eum turpis ratio vincendi. Blandus pariter et insidiosus alloquio; qui plura promitteret, quam praestaret: in seria et jocos artifex. Amicitias utilitate, non fide colebat. Gratiam fingere in odio, in gratia*

(ἀξιόπιστος δ' ἂν εἰκότως φαίνοιτο), τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν, τρέψηται καὶ παρασπάσηταί
4 τι τῶν ὅλων πραγμάτων. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς, ὦ

Cf. Phil. I. §. 51. — δρέψηται, *carpat, metat* sc. absentiam nostram) Sic Reisk. ex conjectura dedit, quem *Jacobs.* in versione Germ. secutus est. At verbum δρέπεσθαι nusquam legitur apud Demosthenem, qui tropicas verborum significationes repetere solet. Neque δρέπεσθαι, quod magis poëtis, quam prosaicis scriptoribus in usu est (vid. Boeckh. ind. Vocab. in Edit. Pindar.), aeque bene, ac τρέπεσθαι, convenit verbo sequenti παρασπᾶσθαι. Wyttenbach. ad Plut. de rect. aud. rat. p. 43. C, Reiskii conjecturam improbans, voluit τρέψῃ τε, secundum Ulpianum, apud quem legitur τρέψῃ, activa, non media voce; idem conjecit Wolfius, placuit Schaefero, quia Graeci solo Activo τρέπειν sic utantur. At opus non est. Vid. adn. —

---

offensam simulare: instruere inter concordantes odia, apud utrumque gratiam quaerere, solemnis illi consuetudo. Vid. Proleg. §. 4. — ἡνίκα ἂν τύχῃ, *si res postulare*, i. e. *si suis commodis convenire existimet.* De hac formula personali vid. ad Phil. I. §. 46. De constructione vid. ad Phil. I. §. 22. 31. — ἀξιόπιστος δ' ἂν εἰκότως φαίνοιτο, sc. ἀπειλῶν, minitandi ei fides haberi possit. Valet haec parenthesis ad conflandum Philippo odium et incutiendum terrorem Atheniensibus. *Wolf.* — ἡμᾶς διαβάλλων, sc. ut parum potentes, ignavos, negligentes, parum fidos, quod non praesto simus (ἀπουσία). Atque re vera postea Olynthus exscindebatur, quia Atheniensium classis sero venerat. Cf. Phil. I. §. 35. — τρέψηται καὶ παρασπάσηται. Prorsus ex more Demosthenis. Saepe enim apud eum praecedit vocabulum, quod dicunt generis, sequitur partis seu speciei, quod rem accuratius definiat.. Sic τρέπεσθαι in genere est *convertere* (vid. ad Phil. I. §. 6), et, ut generalis haec significatio perperam non possit intelligi, additur παρασπᾶσθαι, quod est *in damnum alienum ad se rapere. Brem.* Vid. ad Phil. III. §. 36. 47; ad Phil. II. §. 1. 27; Pac. §. 2; de Cherson. p. 93. §. 13: πράττεται τοῦτο καὶ κατασκευάζεται. Ibid. p. 95. §. 23: εἰ γὰρ ἤδη τοσαύτην ἐξουσίαν τοῖς αἰτιᾶσθαι καὶ διαβάλλειν βουλομένοις δίδοτε. Sic etiam Substantiva junguntur. Cf. Olynth. I. §. 14. 20. Phil. III. §. 32. De more Demosthenis, synonyma jungendi, vid. ad Phil. I. §. 3. Καί in ejusmodi locis aut vim *intensivam* habet et notat *et quidem*, ut §. 22; Phil. II. §. 13; aut *explicativam, id est*, ut Olynth. II. §. 29. Apud Latinos quoque *et* saepe ponitur pro *et quidem.* Cic. Tusc. Disp. III, 20, 48: *At laudat, et saepe, virtutem.* Vid. *Beier.* ad Cic. Off. II, 16, 111. — τι τῶν ὅλων πραγμάτων, *aliquid de summa rerum*, s. *de summa re.* Τὰ ὅλα, τὸ ὅλον, aut addito, aut omisso Substantivo, ut apud Latinos *summus*, significat id, a quo tota res, quae substantivo indicatur, pendet, *res summae, gravissimae, quae spectant rei publicae salutem et felicitatem.* τὰ ὅλα πράγματα est h. l. *libertas et salus rei publicae, die gesammte Wohlfahrt des Staates.* Cf. Olynth. I. §. 51. Phil. III. §. 64. Vid. ad Cic. Rosc. A. c. 51: *quod summa res publica in hujus periculo tentatur.* De τι, quod Schol. μέγα explicat, vid. ad Olynth. I. §. 14. —

§. 4. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς. Vid. de hac formula ad Olynth. I. §. 22. ἐπιεικῶς est *plerumque, propemodum, omnino*, interdum *satis. Reisk.* Etymol. M. c. 359, 35: Ἐπιεικῶς. τὸ ἐπίῤῥημα τοῦτο σημαίνει τὸ πάνυ· σημαίνει καὶ τὸ παραδόξως καὶ παρ' ἐλπίδα. Qui παραδόξως καὶ παρ' ἐλπίδα significare putarunt, videntur talia, quale hic habemus, respexisse. *Schaefer.* „Terrori consolationem miscet ac Philippi calliditati prudentiam Olynthiorum opponit atque illas ratio-

ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὃ δυςμαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων, καὶ βέλτιστον ὑμῖν· τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι, πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει, πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους, ἐναντίως

---

§. 4. *ὅπερ δυςμαχ.)* Aug. 2, Ald., Felic., praefert Schaeferus. — *τῷ γάρ)* Reiskii conjectura, quam probat Valckenarius in orat. de Phil. Maced. p. 250. — *ποιήσηται)* Harl., Locker. Reisk. At vid. adn. —

---

nes eis affingit, quas fortasse non considerarunt, sed considerare debuerunt." *Wolf.* — *δυςμαχώτατον — πραγμάτων.* Vid. ad Olynth. I. §. 5. 22. Est hoc *σχῆμα παρὰ προςδοκίαν, ὅταν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα καὶ φοβερὸν καὶ συμφέρον ᾖ. Ulpianus.* Vid. ad Phil. I. §. 2. — *τὸ γὰρ εἶναι πάντων — τῷ στρατεύματι.* Subintelligenda est ex antecedenti *τῶν Φιλίππου πραγμάτων* sententia haec: *Philippi res multo meliores hanc ob causam sunt.* De Infinitivo *τὸ εἶναι,* qui tanquam Subjectum pertinet ad *πολλῷ προέχει* et *ἐναντίως ἔχει,* vid. ad Olynth. I. §. 1. Quare erravit *Reiskius,* qui scribi voluit *τῷ γὰρ εἶναι,* putans, *πολλῷ προέχει* referendum esse ad Philippum. Praeterea secundum Reiskii conjecturam sequi oportuit Nominativum, non Accusativum *ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον — αὐτόν.* De re vid. ad Olynth. I. §. 23. Phil. I. §. 35. 39. Liv. IX, 18: *Reges, non liberi solum impedimentis omnibus, sed domini rerum temporumque, trahunt consiliis cuncta, non sequuntur.* Id. IV, 31: *Tres, delecto habitu, profecti sunt Vejos, documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset. Tendendo ad sua quisque consilia, quum aliud alii videretur, aperuerunt ad occasionem locum hosti.* Notum est illud Hom. Il. β', 204:

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς.

Vid. Proleg. §. 14 sub finem. — *ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων, quae sunt dicenda et tacenda.* Si plures arcana rei publicae noverunt, facile res miscentur. Dem. adv. Aristog. II. p. 805: *ἐλέγχει τὰ ἀπόῤῥητα τῆς πολιτείας. Rüdiger.* — *στρατηγὸν καὶ δεσπότην.* Atheniensium duces non erant *δεσπόται καὶ αὐτοκράτορες·* non licebat eis suo arbitrio quidvis agere, sed metuere iram populi cogebantur, qui decem aliquando duces, ut ante illos Miltiadem, capitis condemnavit (Xenoph. Hell. I, 7, 1 sqq.). Sic fiebat, ut aliquando facerent, non quae esse optima, sed quae facillime probari posse populo credebant. *Wolf.* — *καὶ ταμίαν.* Vid. ad Phil. I. §. 35. De Polysyndeto hujus loci vid. ad Phil. I. §. 4. — *τὰ τοῦ πολέμου, res bellicas.* Vid. ad Phil. I. §. 12. 36. Adverte articulorum concursum. Cf. Olynth. II. §. 11. Vig. p. 201. — *κατὰ καιρόν, tempore justo, in tempore.* In bellis celeritas et opportunitatis usus plurimum valent. — *πρὸς τὸ — πράττεσθαι, quod attinet ad conficiendum.* Sic *πρὸς* cum Accusativo notat *quod attinet ad, de, propter.* Cf. Phil. II. §. 23. de Pac. §. 24. Xenoph. Mem. IV, 2, 15: *ἐγώ σε τὸ πρῶτον ὑπελάμβανον πρὸς τοὺς φίλους μόνον ταῦτ' ἐρωτᾷν.* — *πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, διαλλαγάς,* quod magis est proprium, sed illud sonantius; *καίτοι οὐ τὰ νομίσματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ φιλίαι καὶ αἱ ἔχθραι καταλλάττονται, reconciliationem, pacificationem.* Nam Philippum Olynthiis intulisse bellum docet Libanius. *Wolf.* Vid. ad Olynth. I. §. 1. „Reconciliatione, quam

5 ἔχει. Δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος. καὶ ἴσασιν ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ

§. 5. ἅ τε') Par. 1, 5, a Schaefero probatum, qui laudat Phil. I. §. 50. Vid. ad Olynth. II. §. 3. Nonnulli interpretes putant, τε osse trajectum, pro: Ἀμφιπολιτῶν τε καὶ Πυδναίων. Solet enim interdum particula τε, sequente καὶ, alieno loco poni neque ei vocabulo, quod primum partitionis membrum inchoat, sed praecedenti, inprimis Praepositioni, adjungi, quem usum vocant *trajectum*. Vid. Matth. Gr. p. 1277 ed. 2dae, qui laudat Sophocl. Oed. T. 253: ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ τοῦ θεοῦ τε. Vid. Brem. ad Isocrat. Paneg. p. 80. §. 186. Cf. Xenoph. Mem. IV, 2, 40. Sed, ut in plerisque aliis ejusmodi locis repeti potest in altero membro id vocabulum, cui particula τε addita est, ita h. l.: ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε — καὶ ἃ Πυδναίων etc. Hoc docuit Schaeferus in ed. Poet. Gnom. p. 73 et in ind. s. v. τε. — αὐτῷ) Bekk. Sed vid. ad Olynth. 1. §. 7 not. crit. —

Philippus fortasse cum Olynthiis iniret, commemoranda metum Demosthenes injecturus fuisse videtur, ne iste cum illis, ut antea, conjunctus contra Athenienses bellum gereret. Ceterum ex eadem commemoratione patet, jam diu Philippum bellum Olynthium gessisse; nemo enim hostis in initio belli de reconciliatione cogitat; neque hanc primam esse orationem." *Voemel.* Vid. Proleg. §. 17. — ποιήσαιτο. *Reisk.* dedit ποιήσηται. Sed Optativus hic solus locum habet, Reiskiana scriptura sensum pervertit. Neque enim orator dicit, rem illam adversari foederi, *quodcunque* Macedo *inierit* cum Olynthiis, sed adversari foederi, *quod iniret*, si Olynthii eum audire vellent. Non θετικῶς loquitur, sed ὑποθετικῶς. *Schaefer.* Est igitur Optativus potentialis, qui suppressa enuntiatione conditionali etiam apud Relativa, quamquam raro, poni potest. Buttm. Gr. §. 126. Not. 3. Vid. ad Olynth. II. §. 35. Cf. Phil. II. §. 30. — ἐναντίως ἔχει. Illud ipsum, quod Philippus oppugnatu superatuque difficilis est, obsistit, quominus ejus amici fiant Olynthii. Deinde causam subjicit. *Wolfius* secundum *Ulpianum.* Cf. Olynth. I. §. 1. — §. 5. δῆλον γάρ — Ὀλυνθίοις, ὅτι. Versus jambicus est. Vid. ad Phil. I. §. 6. Olynth. II. §. 4. *Schol. Hermog.* p. 386: Πολλοὺς γοῦν παρά τε τῷ Ἰσοκράτει καὶ μάλιστα τῷ Δημοσθένει λανθάνοντας ἰάμβους τε καὶ χοριάμβους ἔστιν εὑρεῖν διὰ τὴν ἐναρμονίαν συνθήκην τῶν λέξεων, ὡς εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν:

δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης, οὐδ' ὑπὲρ μέρους.

Prior versus plenus est senarius, posterior senarius catalecticus est. — περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας. *Rüdiger.* statuit, περί dici de rebus, quas quis (pugnando) adeptus sit, ὑπέρ de periculo, quod quis propulsaturus sit. *Bremius* animadvertit, περί latius patere et significare, aliquid fieri ratione habita ad rem, quae nobis sive in bonam sive in malam partem magni sit momenti, ὑπέρ autem tantum de re, quae in bonam partem sit magni momenti. Contra eum disputat *Schaeferus,* ambarum Praepositionum significationem latissime patere, quippe in universum indicantium rationem respectumque rei; id unum interesse, quod περί usu tritissimo teratur, multo rarius usurpetur ὑπέρ; Demosthenem autem a vulgari usu sic deflectere, ut passim ponat ὑπέρ, ubi assuetus consuetudini positum malit περί, idemque monere etiam Buttmannum in indice ad Mid. s. v. ὑπέρ. Saepe confunduntur hae Praepositiones a librariis. Bene

Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους. καὶ ὅλως ἄπιστον, οἶμαι, ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννὶς, ἄλλως τε κἂν ὅμορον χώραν

Taylor. ad Dem. de Cor. c. 8: „Noster, quod in una pagina (c. 5) ait, *παραστῆσαι πᾶσιν ὑμῖν περὶ ταυτησὶ τῆς γραφῆς γνῶναι*, idem mox habet *ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μου.* Servius ad Virg. Aen. 233:“ *Super* sua laude, i. e. *pro* sua laude, et Graecum est Schema. Sic enim Demosthenes *ὑπὲρ τοῦ στεφάνου*, i. e. *pro Corona.* „Ita minus erit necessarium semper ad emendationem confugere, sicubi hae voces turbari et inter se commisceri videntur.“ Cf. Phil. II. §. 35; ad Phil. I. §. 43; III. §. 34. — Ceterum eodem, quo hoc loco Demosthenes, argumento utebantur Thebanorum legati, ut Athenienses ad foedus cum ipsis contra Lacedaemonios ineundum commoverent. Xenoph. Hell. III, 5, 14: *Καίτοι ἡμεν πολλοῦ ἄξιοι καὶ ἐκείνοις (Λακεδαιμονίοις) σύμμαχοι, ὡς ὑμεῖς ἐπίστασθε· νῦν δέ γε εἰκὸς τῷ παντὶ ὑμῖν ἐῤῥωμενεστέρως ἡμᾶς ἕψεσθαι, ἢ τότε Λακεδαιμονίοις· οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ νησιωτῶν ἢ Συρακουσίων, οὐδ' ὑπὲρ ἀλλοτρίων, ὥςπερ τότε, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀδικουμένων βοηθήσομεν.* Cf. §. 7. Liv. XXI, 41: *Atque utinam pro decore tantum hoc vobis, et non pro salute esset certamen. Non de possessione Siciliae ac Sardiniae, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia vobis est pugnandum.* — *ἀλλ' ἀναστάσεως.* Ut interdum Praepositiones apud poëtas semel tantum ponuntur, et quidem cum secundo nomine conjunctae, ubi simul ad prius nomen referendae sunt (Eurip. Phoen. 291: *μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας.* Hor. Od. III, 25: *quae nemora aut quos agor in specus?* Herm. ad Vig. p. 854); ita apud solutae orationis scriptores in altero membro omittitur, praesertim post *ἢ, ὡς, ὥςπερ* al. Vid. ad Phil. III. §. 63. Plat. Rep. I. p. 153: *περὶ τὰ χρήματα σπουδάζουσιν, ὡς ἔργον ἑαυτῶν.* Matth. §. 595. 4. Hoc fit praesertim apud Relativa. Plat. Phaed. p. 76 ed. Steph. c. 21: *ἢ ἐν τούτῳ ἀπόλλυμεν, ᾧπερ καὶ λαμβάνομεν.* Vid. ad Olynth. II. §. 25 not. crit.; ad Cic. Rosc. A. c. 44: *Non in eum* (dico), *quem vis et putas.* Id. Phil. II. c. 15. De re cf. Olynth. I. §. 1. — *ἀνδραποδισμοῦ*, quum cives sub corona veneunt, atque in servitutem abducuntur. — Pro salute et libertate dicit orator excidium et servitutem, quod haec vocabula ad terrorem augendum aptiora sunt. — *Ἀμφιπολιτῶν* — *Πυδναίων.* Vid. ad Phil. I. §. 4. 12. Schol. narrat, Philippum, Amphipolin ingressum, proditores, quippe homines, quibus ipse non confidere posset, interfici jussisse; idem accidisse Pydnaeis proditoribus, quos, ad aram confugientes, precibus hinc deduxit. *Rüdiger.* Vid. Proleg. §. 4. Ceterum nihil certi de hac re constat. Diod. XVI, 8 narrat, Amphipolin tormentis bellicis esse captam et Pydnam vi subactam; incolas autem regi infestos esse ejectos, ceteros benigne tractatos. Qua ratione in proditores Olynthi rex consuluerit, vid. ad Phil. II. §. 21; III. §. 66. Libanius dicit, eum caedem cum pactionibus commiscuisse. — Genitivi sunt partitivi, pro *Ἀμφιπολιτὰς τοὺς παραδόντας* etc. Herod. VI, 108: *ἐὰν Θηβαίους Βοιωτῶν τοὺς μὴ βουλομένους ἐς Βοιωτοὺς τελέειν.* Matth. §. 352, 2. Vid. ad Olynth. I. §. 2. — *ἄπιστον — ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς.* Sic Adjectivum tanquam Praedicatum loco Substantivi in neutro Singularis, intellecta voce *χρῆμα*, aut *τι* struitur, quamquam Subjectum masculini aut feminini generis est. Cf. Hom. Il. β', 204, qui locus ad §. 4 adscriptus est. Olynth. I. §. 22. Phil. II. §. 25 not. crit. Matth. §. 437. Hoc apud Latinos quoque usitatum est. Virg. Aen. IV, 570: *varium et mutabile semper femina*, i. e. varium aliquid, s. varia res est. *Ἄπιστος* cum Dativo dicitur de eo, qui alicui suspectus est, ejus suspicionem

6 ἔχωσι. Ταῦτ' οὖν ἐγνωκότας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τἄλλ', ἃ προσήκει, πάντα ἐνθυμουμένους, φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι καὶ παροξυνθῆναι καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν, εἴπερ ποτὲ, καὶ νῦν, χρήματα εἰσφέροντας προθύμως καὶ αὐτοὺς ἐξιόντας καὶ μηδὲν ἐλλείποντας. Οὐδὲ γὰρ λόγος οὐδὲ σκῆψις ἔθ' ὑμῖν τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν ὑπολείπε-
7 ται. Νυνὶ γὰρ, ὃ πάντες ἐθρυλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον, καὶ ταῦθ' ὡς

§. 7. *ἐθρύλλουν)* Par. 8. *ἐθρύλλουν τέως)* Par. 9. Harl., ut videtur, ex Olynth. II. §. 7. Sed sequens ὑμῖν facit, ut hic secunda persona utendum sit. Acerbus autem in hac oratione exsistit orator in Athenienses; quare non probanda est Schaeferi sententia, Demosthenem tertia persona uti maluisse, ut coronae auribus parceret. Vid. adn. — *δεῖν)* Vulg. Sed ὡς cum Infinitivo tantum ponitur in enuntiationibus, quas dicunt limitatas. Vid. Matth. Gr. §. 545 ed. 2dae, qui citat Herod. II. 125: ὡς ἐμὲ εὖ μεμνῆσθαι, *quantum bene meminerim.* Schaeferus autem putat, oratorem dedisse: ὃ πάντες ἐθρύλλουν τέως, Ὀλυν-

---

movet. De voce *πολιτεία* vid. ad Phil. I. §. 48. De re cf. Phil. II. §. 21: *οὐ γὰρ ἀσφαλεῖς ταῖς πολιτείαις αἱ πρὸς τοὺς τυράννους αὗται λίαν ὁμιλίαι.* Eurip. Suppl. 429:

οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει.

§. 6. *ἃ προσήκει.* „Gloria majorum, Graeciae principatus, oppressis opitulandi consuetudo, grassationes et injuriae Philippi, periculi magnitudo.“ *Wolf.* Vid. ad Phil. I. §. 5. Cf. infra §. 9. — *ἐθελῆσαι.* Vid. ad Olynth. II. §. 3. — *παροξυνθῆναι,* ira et indignatione accendi animisque exardescere ad injurias ulciscendum et depellendum. *Reisk.* in ind. Vid. ad Olynth. I. §. 11. Cf. infra §. 24. Phil. II. §. 18. Mid. p. 514, 10: *ὁ δῆμος ἅπας οὕτως ὠργίσθη καὶ παρωξύνθη.* — *τῷ πολέμῳ προσέχειν,* sc. *τὸν νοῦν.* Vid. ad Phil. I. §. 3. Sic Cic. pro leg. Man. §. 19: *omni studio ad id bellum incumbere.* — *χρήματα εἰσφέροντας — αὐτοὺς ἐξιόντας.* De ratione pecuniae conferendae vid. ad Olynth. I. §. 29. Saepissime orator noster monet, pecuniam esse conferendam, atque ipsis civibus in bellum proficiscendum. Cf. infra §. 28. Phil. I. §. 7. 16. 20. 36. De *αὐτούς* vid. ad Phil. I. §. 36. — *λόγος — σκῆψις.* Illud vocabulum *veram causam, rationem, excusationem* (*ἀπολογίαν*) significat (vid. ad Phil. III. §. 36), hoc, quod idem est, ac *πρόφασις, commenticiam* atque *inanem.* Est autem argumentum a turpi seu necessario. Nam et turpe est, ea, quae exoptaris, negligere; et cavere turpitudinem, necessarium. *Wolf.*

§. 7. *ἐθρυλεῖτε,* sc. *βοῇ καὶ θορύβῳ χρώμενοι. τοῦτο γὰρ τὸ ἐθρυλεῖτε δύναται. Ulpianus. Θρυλλεῖ, ταράσσει, ὀχλεῖ. Hesych. Θρυλλεῖ, λαλεῖ, κυκᾷ. Photius* c. 74. Habet hoc verbum contemptum. Vid. ad Olynth. I. §. 6. — *ἐκπολεμῶσαι, εἰς πόλεμον αὐτοὺς καταστῆσαι πρὸς Φίλιππον.* Vid. ad Olynth. II. §. 7. De re cf. ibid. et §. 16. Proleg. §. 16. — *γέγονεν αὐτόματον,* i. e. *ἀπὸ τύχης τινός.* Cf. §. 9. Vid. ad Olynth. II. §. 7 *ὁπωσδήποτε.* — *καὶ ταῦθ' ὡς — σύμφεροι, idque, quomodo — expediat;* nam et aliis opitulamini, qui vestrum imploravere auxilium, et ipsi, hac occasione utentes, injurias vobis illatas ulciscemini. *Rüdig.* — *μέχρι του,* sc. *χρόνου, aliquamdiu, ad tempus,* opponitur *βεβαία ἔχθρα, duraturae inimicitiae.* Sensus igitur est: *aliquamdiu in hac sententia fuissent,* sc. bellum esse gerendum. Nimis subtiliter *Bremius* putat, *μέχρι του gradum,* non *tempus,* significare, *non tantum, quantum vel oportet vel opus est;* quamquam hoc sensu legitur apud Xenoph. Mem.

ἂν ὑμῖν μάλιστα συμφέροι. Εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ὑμῶν πεισθέντες ἀνείλοντο τὸν πόλεμον, σφαλεροὶ σύμμαχοι καὶ μέχρι του ταῦτ' ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως. ἐπειδὴ δ' ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων μισοῦσι, βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοὺς ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν ἔχειν. Οὐ 8

θίους ἐκπολεμῶσαι δεῖν Φιλίππῳ. — τοῦτο ὡς) Par. 5, 9. τοῦθ' ὡς) Append. Francf., Ald. Tayl., Harl., probat Schaeferus, ut paulo significantius. — ταὐτὰ ἂν) Sic Reisk. voluit, sc. *eadem ipsis fuisset, quae vobis, sententia.* At opus non est, quum ταῦτα bonum sensum praebeat. Vid. adn. — αὐτούς) Vulg. —

IV, 7, 4: *Ἐκέλευσε δὲ καὶ ἀστρολογίας ἐμπείρους γίγνεσθαι, καὶ ταύτης μέντοι μέχρι του νυκτός τε ὥραν — δύνασθαι γιγνώσκειν.* *Schaeferus* citat *Krügerum* Ind. ad Dionys. Hal. Historiogr. p. 484. b, qui cum ἕως τινος comparat vertitque: *aliquamdiu, eine Zeit lang.* De re cf. locum Xenoph. Hell. III, 5, 14 ad §. 5 adscriptum. — ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων, *ob crimina, facinora sibi a Philippo illata.* De Praepositione ἐκ, quae *causam* indicat et praesertim in verbis animi motum significantibus adhibetur, vid. ad Phil. I. §. 3. Cf. Phil. II. §. 10. Matth. §. 574. Sic *ex* pro *propter* apud Latinos usurpatur. Sall. Jug. 39, 2: *consul Albinus ex delicto fratris invidiam timens.* Ibid. Cat. 12, 2: *ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere.* ἔγκλημα, proprie *criminatio*, est facinus, de quo quereris. *Reisk.* Cf. de Pac. §. 14. De re cf. Phil. I. §. 17. *Lucches.* putat, hoc pertinere ad vastationes, quas in Olynthiorum agris Philippus, quum in Thraciam expeditiones faceret, fecerit. Vid. Proleg. §. 14. Illud verisimilius est, oratorem hic admonere impetum illum, quem Philippus, bello non indicto, in Olynthiorum fines fecit. Phil. III. §. 11. —

§. 8. παραπεπτωκότα. Schol. παραπίπτειν τῶν τυχαίων ἐστὶ καὶ τῶν ἐξ ἀπροσδοκήτου συμβαινόντων. — εἰ γάρ, ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες. Collatio contrariorum, quae fieri debuerunt. *Ulpianus:* τὸ σχῆμα κατὰ συστροφήν. Ob hanc concinnitatem, συστροφήν, et ob argumentationem ab exemplis laudant hunc locum rhetores. Hermog. Form. lib. I. c. 1. — ἥκομεν, *venissemus*, i. e. *rediissemus.* Verba simplicia *eundi* saepe significationem compositorum *redeundi* habere, monuit *Heind.* ad Plat. Protag. p. 462. §. 4. Cf. Phil. II. §. 29. Vid. etiam ad Olynth. II. §. 1. Similis sententia legitur Olynth. II. §. 5. De expeditione in Euboeam facta vid. ad Phil. I. §. 17. Proleg. §. 5. „Hoc temporis articulo, modo finita expeditione Euboica, Athenienses paratas habebant copias, quibus sine ulla mora Amphipolin tenere possent.“ *Schaeferus.* — παρῆσαν — ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα. „Si παρεῖναι construitur cum Praepositione, quae motum ad locum significat, εἰς, ἐπί, adest *confusio duarum notionum.* In Praepositione inest motus ipse ad locum, in verbo id, ut sis in loco, ut eo perveneris. Exempla praeter alios habet *Valcken.* ad Herod. I, 23.“ *Brem.* Cf. Olynth. I. §. 8: πρὸς τοῦτο πάρεστι. Xenoph. Cyr. VIII, 1, 5: παρῶμεν — ἐπὶ τόδε τὸ ἀρχεῖον. Aeschin. adv. Timocr. p. 85. §. 64: ὡς δὲ παρῄει ἐπὶ τὸ βῆμα. Id. adv. Ctesiph. p. 460. §. 71: καὶ παρῆμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Matth. §. 578. Vid. ad §. 15. Sic apud Latinos *in* cum Accusativó pro Ablativo construitur. Vid. ad Cic. pro leg. Man. c. 12: *quum vestros portus — in praedonum fuisse potestatem sciatis.* pro Quinct. c. 5: *res esse in vadimonium coepit.* Zumpt. Grammat. §. 316. — Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ

δεῖ δὴ τοιοῦτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραπεπτωκότα καιρὸν ἀφεῖναι, οὐδὲ παθεῖν ταὐτὸν, ὅπερ ἤδη πολλάκις πρότερον πεπόνθατε. Εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες, καὶ παρῆσαν Ἀφιπολιτῶν Ἱέραξ καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα, κελεύοντες ἡμᾶς πλεῖν καὶ παραλαμβάνειν τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν παρειχόμεθ' ἡμεῖς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν προθυμίαν, ἥνπερ ὑπὲρ τῆς Εὐβοέων σωτηρίας, εἴχετ' ἂν Ἀμφίπολιν τότε καὶ πάντων τῶν μετὰ ταῦτα ἂν ἦτε
9 ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων. Καὶ πάλιν, ἡνίκα Πύδνα, Ποτίδαια, Μεθώνη, Παγασαί, τἄλλα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστα λέγων διατρίβω, πολιορκούμενα ἀπηγγέλλετο, εἰ τότε τούτων

---

§. 8. οὐδὲ δὴ παθεῖν) Reisk. ex Par. 8. At particula δή neque opus est, neque locum hic habet. — ἐκπλεῖν) Ald. utraque, Felic., Wolf., Anger., Rüdig., probante Schaefero. — καὶ ὑπὲρ ἡμῶν) Vulg. Sed Bekker. καί, quod abest ab Aug. 1, Bav., Harl., recte ejecit. Videtur enim esse glossema. —

καὶ Στρατοκλῆς. *Theopomp.* apud *Harpocrat.* s. v. Ἱέραξ narrat, Amphipolitanos legatos Athenas misisse, ut urbem et agros in ditionem Atheniensium darent. Philippus enim, quum Athenienses bello contra Thebanos in Euboea et contra Odrysas districtos videret, hac opportunitate usus contra hanc urbem agere coepit. Vid. Proleg. §. 5. Olynth. I. §. 6. — *τὴν πόλιν,* sc. *αὐτῶν,* Amphipolin. — *ἥνπερ ὑπέρ.* Non raro concursu vocum simili modo terminantium cacophonia quaedam et apud Demosthenem et apud Ciceronem exoritur. Cf. §. 2 *εἴπερ ὑπέρ.* §. 1 *γένοιτο τό.* Vid. Buttm. ad Mid. p. 26. — *παρειχόμεθ' — εἴχετ'.* Observa Paronomasiam, cujus quidem figurae Demosthenes, quamquam non adeo erat studiosus, ut Isocrates, tamen non ita fastidiosus erat, ut sponte oblatam repudiaret. Cf. §. 13. De Chers. p. 100. 16: *πάνθ' ὅσα πραγματεύεται καὶ κατασκευάζεται νῦν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν παρασκευάζεται.* — *πάντων τῶν — πραγμάτων,* sc. *κακῶν, ἃ ὑπὸ Φιλίππου πεπόνθασιν. Schol.* Haec pertinent ad Philippi pollicitationes, fraudes, sumptus, bella aliaque ejusmodi. Cf. infra §. 27. Phil. I. §. 10. 13. Bellum Amphipolitanum constitisse Atheniensibus mille quingentis talentis, docet Demosthenes ipse Olynth. II. §. 28, ubi vid. adn. Proleg. §. 5. Vid. ad Phil. I. §. 13. 24. De formula *τῶν μετὰ ταῦτα* vid. ad Olynth. II. §. 8. —

§. 9. *Πύδνα, Ποτίδαια, Μεθώνη, Παγασαί.* De tribus prioribus urbibus vid. Proleg. §. 5. 10. De Pagasis ad Phil. I. §. 35. Olynth. I. §. 7. De Asyndeto hujus loci vid. ad Phil. I. §. 4. Voce *τἄλλα* significantur Pherae, Magnesia, aliquot Thraciae urbes (vid. §. 13) et Chalcidicae. De constructione verbi *ἐπαγγέλλεσθαι* cum Nominativo et Participio vid. ad Olynth. II. §. 4. — *ἑνὶ τῷ πρώτῳ, vel uni primae, der ersten besten.* Nimirum ne dicere videatur orator, omnibus simul fuisse opitulandum, contendit, *uni tantum, quae prima auxilium petiisset,* auxilium fuisse ferendum. *Rüdig.* secundum Ulpianum. Lucian. Quomod. Hist. c. 44. *εἷς σκοπὸς ὁ πρῶτος.* Similiter Cic. Mil. §. 93: *et quam primam tetigero bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam.* Liv. 23, 10: *rem, quam primam peterent.* Ibid. 21, 51: *ut primo quoque tempore collegae ferrent auxilium.* Quare nullo modo cum libris nonnullis et Bekkero scribendum est: *ἑνί τῷ πρώτῳ.* Ceterum alias Graeci *εἷς* et *τὶς* nectunt, ut Latini *unus et al-*

ἐνὶ τῷ πρώτῳ προθύμως καὶ ὡς προςῆκεν ἐβοηθήσαμεν αὐτοί, ῥᾴονι καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἂν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ. Νῦν δὲ τὸ μὲν παρὸν ἀεὶ προϊέμενοι, τὰ δὲ μέλλοντα αὐτόματ' οἰόμενοι σχήσειν καλῶς, ηὐξήσαμεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππον ἡμεῖς καὶ κατεστήσαμεν τηλικοῦτον, ἡλίκος οὐδείς πώ ποτε βασιλεὺς γέγονε Μακεδονίας. Νυνὶ δὴ καιρὸς ἥκει τις οὗτος, ὁ τῶν Ὀλυνθίων, αὐτόματος τῇ πόλει, ὃς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν προτέρων ἐκείνων.

---

§. 9. ἐνί τῷ πρώτῳ) Ex Par. 9 Bekker. At vid. adn. Schol. quoque interpr. ἐνὶ μόνῳ τῷ πρώτῳ, unde patet, eum vulgatam agnoscere. — νυνὶ δέ) Aug. 1, Harl., Reisk. Sed vid. adn. — καὶ ηὐξήσαμεν) Reisk. particulam καί recte detraxit, quod idem Bekk. fecit; nam ηὐξήσαμεν et κατεστήσαμεν unam notionem efficiunt, quod *Rüdig.* monet. — οὐδείς πω) Vulg. At ποτε, quod in nonnullis libris legitur, sententiam auget; quare Bekk. recepit. Cf. Olynth. I. §. 16; de Pac. §. 5. οὐδείς ποτε) Par. 1, Locker., Ald. Tayl. Hoc ferri non potest; sermo enim est de re praeterita. Vid. ad Phil. I. §. 50. — νυνὶ δή) Bav. Bene. νῦν δὲ δή) Locker. νυνὶ δὲ δή) Schaefero genuinum videtur. — ἥκει τις, οὗτος ὁ τῶν) Wolf., Voemel., Schaefer.; non male. ἥκει. τίς; οὗτος ὁ τῶν) Auger. ἥκει τις; οὗτος ὁ τῶν) Rüdig.; utrumque male. Alii sic: ἥκει, τίς οὗτος; ὁ τῶν. Non magis bene. Vid. adn. — τῶν προτέρων) Reisk. et Bekk. ex codd. Alii libri exhibent πρότερον, quod Rüdig. cum Mounteneyo magis Demosthenicum esse judicat. Cf. Olynth. I. §. 7; II. §. 17. Sed pro aetate scriptorum et conditione contextus et nominum junctorum variant ejusmodi voces, ut πρῶτος et πρῶτον, ὕστερος et ὕστερον, πρότερος et πρότερον al. Vid. Fr. A. Wolf. ad Dem. Lept. p. 492. 22. „πρότερον si Demosthenes maluisset, scripsisset alio verborum ordine, sed numeris aliquanto pejoribus: ἐκείνων τῶν πρότερον." *Schaefer.* Vid. etiam ad Phil. II. §. 18. —

---

ter (vid. *Beier.* ad Cic. Off. II, 12). *Ast.* ad Plat. Phaedr. p. 242. B: ἐνί γέ τῳ τρόπῳ, *auf irgend eine Weise*, i. q. *auf jede mögliche Weise;* etiam Superlativo adjungunt. Lucian. Nigrin. c. 34: ἕν δέ τι καὶ μάλιστα. — ὡς προςῆκεν. Vid. ad §. 6 et Phil. I. §. 3. — αὐτοί, i. e. πολιτικῇ δυνάμει, cum vi in clausula positum est. Cf. §. 2. Vid. ad Olynth. II. §. 24. — ῥᾴονι καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ — ἐχρώμεθα, *facilicre debellatu et multo humiliore uteremur Philippo.* Τοῦτο σημαντικόν ἐστι τῆς Φιλίππου ταπεινότητος. καθ' ὧν γὰρ ἐξουσίαν ἔχομεν, ὅ,τι βουλόμεθα, πράττειν, κατὰ τούτων τὸ χρῆσθαι λέγομεν. *Ulpianus.* Χρῶμαί τινι τοιούτῳ, talem se quis gerit erga me, sive faciliorem sive difficiliorem. Xenoph. Cyr. VI, 1, 7: ὅτε δὲ χωρὶς ἦμεν ἀλλήλων, ἐκεῖνοι ἡμῖν ἐχρῶντο, ὡς ἐκείνοις ἦν ἥδιστον, ἡμῖν γε μὴν ὡς χαλεπώτατον. Cic. Cat. II. c. 8, 18: *quod si maturius facere voluissent; — — et locupletioribus his et melioribus civibus uteremur.* Id. Verr. V, 59: *Vide, quam me sis usurus aequo.* ῥᾴονι — ταπεινοτέρῳ effectum sive eventum industriae significant; illud pertinet ad *vires*, hoc ad *animum* Philippi, quamquam non de animo Philippi intelligendum esse censet Schaeferus, quam ob causam ταπεινοτέρῳ vertit *debiliore*. — νῦν δὲ τὸ μὲν παρ. *Reisk.* ex nonnullis libris dedit νυνί. Sed non *temporis*, sed *adversationis* notionem hic quadrare, facile intelligitur, *nun aber*, et nusquam sensu adversativo dicitur νυνὶ δέ, quod est *tempus praesentissimum* (vid. ad Phil. I. §. 1.), et ex proximo νυνὶ δὴ καιρὸς ἥκει huc relatum esse videtur. Vid. *Schaefer.* ad h. l. — ηὐξήσαμεν — κατεστήσαμεν. De hoc opprobrio Atheniensium vid.

10 Καὶ ἔμοιγε δοκεῖ τις ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δίκαιος λογιστὴς τῶν παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ὑπηργμένων καταστάς, καίπερ οὐκ ἐχόντων ὡς δεῖ πολλῶν, ὅμως μεγάλην ἂν ἔχειν αὐτοῖς χάριν, εἰκότως· τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως, τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν τούτων ἀντίῤῥοπον, ἂν βουλώμεθα χρῆσθαι, τῆς

§. 10. ὑπηρετημένων) Bav., vulgata superscripta, Append. Francf., Ald. Tayl. At est glossema. —

ad Phil. I. §. 24. — τηλικοῦτον, *tam potentem.* Vid. ad Olynth. II. §. 13 et Phil. I. §. 22. — νυνὶ δὴ καιρὸς ἥκει τις οὗτος. Variant editores in interpunctione ponenda. Vid. not. crit. Nos secuti sumus Bekkerum. „Interrogatio hic non modo asperior est, sed orationem etiam hiulcam et scabram reddit, quippe divellens quae arctissime cohaerent, νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τις αὐτόματος τῇ πόλει. οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων parenthetice interserta sunt.“ *Schaeferus.* Vid. ad Olynth. II. §. 6, ubi idem error, qui hic, obtinet. Ὅρα, πῶς, ἀθυμίας αὐτοὺς πληρώσας διὰ τοῦ καταλόγου τῶν ἀπολωλεκότων χωρίων, πάλιν παρεμυθήσατο διὰ τὸ εἰπεῖν: Πάλιν ἥκει καιρὸς οὐ χείρων ἐκείνου. *Ulpianus.* „Consolatio. Iterum inculcat occasionem atque amplificat felicitatem Atheniensium, quae eo pertinet, ut ostendat, vires eis non deesse, si voluntas non desit: neque praesentia solum, sed superiora etiam tempora laudat.“ *Wolf.* —

§. 10. δοκεῖ τις ἂν — μεγάλην ἂν λέγειν. Praecipuarum una rationum, qua duplex ἂν ponitur. Posito verbo primario succedit ἂν indicans enuntiationem secuturam, quae exprimat, fieri aliquid posse: quibusdam interjectis sequitur id ipsum, quod ut probabile pronuntiandum est, repetito ἄν. *Brem.* Matth. §. 599. Rost. Gr. p. 600. Vid. ad Phil. I. §. 13. Sic majori vi simul afficiuntur vocabulum τις et sequens ἔχειν. Idem usus est Phil. II. §. 16, ubi vid. adn. Cf. de Pac. §. 12. Buttm. Gr. Gr. §. 126. 4. De deorum in Athenienses favore vid. ad Olynth. I. §. 1. — ὑπηργμένων, *quae deorum favore in nos collata sunt beneficia.* Vid. ad Phil. I. §. 12. — καίπερ οὐκ ἐχόντων. Est occupatio, προκατάληψις. Poterat enim objici: quid? tu diis haberi gratiam jubes post tot calamitates? — τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι. Aetiologia, constans translatione. Removet enim culpam a diis, et confert in Atheniensium negligentiam. *Wolf.* Subjectum ad Infinitivum est ἡμᾶς vel τὴν πόλιν, quod consulto orator omittit, ut auditores ipsi ex sequente τῆς ἡμετέρας ἀμελείας suppleant. Vid. ad §. 22. — κατὰ τὸν πόλεμον. Pertinet ad bellum de Amphipoli gestum, quod quum per decem fere annos gereretur, illae quoque urbes, quas orator supra commemoravit, amissae sunt. Vid. Proleg. §. 5. Phil. I. §. 12. Πάλαι spectat ad initium belli, quod tam negligenter ab Atheniensibus gestum est, ut non mirum fuisset, si una calamitate accepta omnes has urbes, quas paulatim capiebat Philippus, amisissent. — τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη — ἔγωγε θείην. Observa personae mutationem in verbo finito θείη ἄν τις et ἂν ἔγωγε θείην. Primum non ipse ex sua persona vult dicere, alterum dicere suo nomine gaudet. *Brem.* Vid. ad Olynth. II. §. 6. Supra §. 2. Τιθέναι et τίθεσθαι, quod proprie λογίζεσθαι, *calculos in ratione ineunda ponere, referre in rationes,* vel *in ratione ducere,* significat, est hic *tribuere, assignare, ducere,* et cum Accusativo rei, quam aliquis tribuit, et Genitivo rei vel

παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. Ἀλλ', 11
οἶμαι, παρόμοιόν ἐστιν, ὅπερ καὶ περὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως· ἂν μὲν γάρ, ὅσα ἄν τις λάβῃ, καὶ σώσῃ, μεγάλην ἔχει τῇ τύχῃ τὴν χάριν· ἂν δ' ἀναλώσας λάθῃ, συνανάλωσε καὶ τὸ μεμνῆσθαι τὴν χάριν. καὶ περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως οἱ μὴ χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς, οὐδ', εἰ συνέβη τι παρὰ τῶν θεῶν χρηστόν, μνημονεύουσι· πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβὰν ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται. Διὸ καὶ σφόδρα δεῖ τῶν λοιπῶν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φροντίσαι, ἵνα ταῦτ' ἐπανορθωσάμενοι

---

§. 11. *κτημάτων)* cod. η. V. D'Orvill. ad Charit. II. 7. p. 320 ed. Lips. „Utrum praeferendum sit, nemo facile ambigat. Graeci dixerunt χρημάτων κτῆσις, κτημάτων χρῆσις." *Schaef.* — *συνανήλωσε)* cod. α et alii. Sed augmentum in hoc verbo linguae vulgari proprium fuisse videtur, quoniam in inscriptionibus invenitur. Matth. Gr. §. 166. Not. 2. ed. 2dae. — *τῷ μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν χάριν)* Hoc probat Rüdig., τῇ τύχῃ uncis incluso, quod Bekk. delevit. At absurdum est; nam per se patet, qui memoriam rei alicujus abjiciat, eum gratias quoque ejus, qui dedit, abjicere. Sensus ergo est: una cum consumpta pecunia consumpsit abjecitque memoriam gratiarum. Praeterea, quod docet *Schaeferus*, positus particulae καί arguit, falsam esse lectionem Rüdigeri. Dativus τῇ τύχῃ ex antecedenti huc relatus esse videtur; certe necessarius non est. Ceterum de hoc Dativi usu vid. ad §. 22 in fin. — *καὶ περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως.)* Vulgo post οὕτως interpungitur; tum subaudiendum est ἔχει. At praestat scriptura Bekkeri, quam recepimus, ita ut οὕτως adnectatur sequentibus. — *ὡς τὰ πολλά)* Haec verba, quia absunt a Locker. et Bav., in quo superscripta sunt super κρίνεται, Rüdigerus, qui uncorum amantissimus est, uncis inclusit, quum notio multitudinis sit in ἕκαστον. At orator dicere vult, *plerumque*, non *semper*, unamquamque rerum, quae praecesserint, ex ultimo eventu judicari. — *ὑμᾶς)* Aug. 1, 2, Bav., α. β. γ. θ. Wolf., Auger., Rüdig. Pessime; sequitur enim ἀποτριψώμεθα. —

---

personae, cui tribuit, interdum construitur. Vig. p. 296. Ceterum Genitivus τῆς ἡμετέρας ἀμελείας pendere potest ab omisso ἔργον. Vid. ad §. 1. Sic *ponere* apud Latinos usurpatur pro *existimare*. Cic. pro Cluent. c. 21: *ut, quaecunque dicendi potestas esset data, in honore atque beneficio ponerent*, i. e. in ea sibi honorem haberi atque beneficium dari existimarent. De Optativo vid. ad Phil. I. §. 42. — *ἀντίῤῥοπον.* *Hesych.* *ἰσόσταθμον, quod ejusdem ponderis:* itaque, quae sunt amissa, recuperare valet. *Rüdig.* De Olynthiorum opibus vid. Olynth. I. §. 1. Proleg. §. 15. —

§. 11. *ἀλλ' οἶμαι, παρόμοιόν ἐστι.* „Apta similitudo. Nam et pecunia facillime consumitur, et rei bene gerendae occasio paulo momento elabitur." *Wolf.* De οἶμαι vid. ad Olynth. I. §. 10. — *ὅσα ἂν λάβῃ.* Vid. ad Phil. I. §. 3. 26. — *καὶ σώσῃ, si, quam acceperit, eam etiam conservarit.* *Wolf.* — *ἀναλώσας λάθῃ, si imprudens consumpsit.* Vid. Vig. p. 258. — *συνανάλωσε*, i. e. ἀνάλωσε σὺν τοῖς χρήμασι. — *περὶ τῶν πραγμάτων, de rebus publicis*, i. e. *quod attinet ad res publicas*, ut paulo ante περὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως. Vid. ad §. 19. — *χρησάμενοι τοῖς καιροῖς.* Vid. ad §. 3. „Id quod fit vel socordia, vel stultitia. Unde etiam Germani dicunt, multos a deo salutari, qui eum resalutare nesciant: id quod non aliud est, quam τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς παρὰ τῶν θεῶν ὑπηργμένοις μὴ χρῆσθαι ὀρθῶς." *Wolf.* οὐδέ,

12 τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτριψώμεθα. Εἰ δὲ προησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους, εἶτ' Ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρασάτω τις ἐμοὶ, τί τὸ κωλῦον ἔτ' αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται. Ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον, δι' ὃν μέγας γέγονεν ἀσθενὴς ὢν τὸ κατ' ἀρχὰς Φίλιππος; τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβών, μετὰ ταῦτα Πύδναν, πάλιν Ποτίδαιαν, Μεθώνην αὖθις, εἶτα Θετταλίας

§. 12. δι' οὗ) Sic Reisk. ex uno cod. dedit, recepit Auger. At indicatur magis *ratio, qua* magnus factus est Philippus, quam *res ipsae, quibus* factus est. Vid. adn. Obstat etiam plurimorum codd. auctoritas.

quod sequitur, est *ne quidem*, ut Phil. II. §. 1, et *μηδέ* de Pac. §. 1. — *πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον — κρίνεται*, sc. a vulgo. Sall. Cat. 51, 15: *plerique mortales postrema meminere.* Cic. Att. IX, 8: *Nedum hominum nobilium, — sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent.* Non ex eventu cogitationem spectari oportere, sed qua cogitatione et spe, seu quo animo quid quisque faciat, considerandum esse, docuit Cic. Inv. II, 7. Vid. ad §. 16. — *ὡς τὰ πολλά, plerumque, ut plurimum.* Vid. ad Phil. I. §. 38. — *ταῦτα*, i. e. *τὰ ἠμελημένα, correctis iis, quae neglеximus. Wolf.* — *ἀποτριψώμεθα, ἐκκαθαρῶμεν καὶ ἀποπλύνωμεν. ὡς ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς κηλῖδος, τῆς γενομένης ἀκαθαρσίας περὶ τὴν ἐσθῆτα. Ulpianus.* Proprie significat *aliquid deterendo eximere, delere, abstergere*, deinde metaphorice *repellere* et *amoliri*. Sic *abstergere* tropice de animi affectibus, qui tolluntur, dicitur. Cic. Senect. 1: *ita jucunda hujus libri confectio fuit, ut omnem absterserit senectutis molestiam.* —

§. 12. *τούτους τοὺς ἀνθρώπους*, sc. Olynthios. — *εἰ δὲ προησόμεθα — φρασάτω τις. Εἰ* cum Indicativo Praesentis aut Futuri in protasi, sequente eodem modo et tempore (h. l. Imperativo) in apodosi, ponitur, si rem aliquam fieri sumitur, respectu effectus habito, neque id spectatur, utrum fieri possit, vel futura sit, nec ne. Cf. §. 15; vid. ad §. 22. Phil. III. §. 10. Matth. §. 523. N. Herm. ad Vig. p. 834. — *καταστρέψεται.* Vid. ad Phil. I. §. 6. — *τὸ κωλῦον*, „*ἐμφατικώτερον*, quam si dixisset, *τί κωλύσει.*" *Wolf.* De *ἔτι* vid. ad §. 25. — *βαδίζειν ὅποι βούλεται. Εὐφήμως εἶπε τὰς Ἀθήνας, τῇ ἀποσιωπήσει χρησάμενος. Ulpianus. Ἔμφασις δέ ἐστιν, ὅταν μὴ αὐτό τις λέγῃ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ἐμφαίνῃ, οἷον: „τί τὸ κωλῦον" κ. τ. λ. ἐμφαίνει γάρ, ὅτι, κωλύειν αὐτὸν οὐδενὸς βουλομένου, τῆς Ἀττικῆς ἐπιβῆναι δυνήσεται. Tiberius rhetor* de fig. p. 52. ed. Boiss. Cf. infra §. 15. 25. Phil. I. §. 50; ad II. §. 6. — *ἆρά γε λογίζεταί τις.* „Narratio historica rerum Philippi, qua credibile facere studet, venturum esse Philippum in Atticam." *Wolf.* — *δι' ὅν, propter quem. Διά* cum Accusativo pertinet *ad rationem*, quae laudatur, *propter quam* aliquid fit; cum Genitivo autem ad *ipsas res, quibus* aliquid efficitur. Vid. not. crit. et ad Phil. II. §. 6: *καὶ δεηθῆναι πάντων ὁμοίως ὑμῶν βούλομαι, τοὺς λογισμοὺς ἀκοῦσαί μου διὰ βραχέων, δι' οὓς τἀναντία ἐμοὶ παρέστηκε προσδοκᾶν, καὶ δι' ὧν ἐχθρὸν ἡγοῦμαι Φίλιππον.* — *Θετταλίας ἐπέβη.* De rebus Philippi in Thessalia gestis et de urbibus, quas orator commemorat, vid. ad Olynth. I. §. 7. Proleg. §. 10. 11. Genitivus est partitivus. Non raro verba cum Praepositionibus Dativum aut Accusativum regentibus composita Genitivum secum habent.

ἐπέβη· μετὰ ταῦτα Φερὰς, Παγασὰς, Μαγνησίαν, 13
πάνθ' ὃν ἐβούλετο εὐτρεπίσας τρόπον, ᾤχετ' εἰς Θρᾴκην. εἶτ' ἐκεῖ τοὺς μὲν ἐκβαλὼν, τοὺς δὲ καταστήσας τῶν βασιλέων, ἠσθένησε. πάλιν ῥαΐσας οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν, ἀλλ' εὐθὺς Ὀλυνθίοις ἐπεχείρησε. Τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ καὶ πρὸς Ἀρύμβαν καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι παραλείπω στρατείας.

§. 13. ὅπῃ) Ald., P. Manut., Wolf., Auger. At ποῖ et ὅποι notant motum, qui fit versus aliquem locum; πῇ autem et ὅπῃ simul et motum talem et quietem in isto loco, quo quis tendit, significant. *Herm.* ad Vig. p. 789. Hic autem quietis notio nulla est. Cf. §. 12, ubi Par. 5 ὅπῃ pro ὅποι habet. — εἴπῃ) Aug. 1 supplem., prob. Schaefero. At vid. ad Olynth. I. §. 3.

Soph. Oed. Col. 924: σῆς ἐπεμβαίνων χθονός. Cf. Oed. T. 818. Matth. §. 377. Eurip. Hec. 108: τύμβου ἐπιβάς. Observa cumulationem conjunctionum, laborem Philippi in occupandis urbibus declarantium; tum urbes Pheras, Pagasas, Magnesiam, reliquas ἀσυνδέτως junctas, quippe quas celeriter eodem tempore cepit, quam figuram ἐπιτροχασμόν rhetores vocant. Cf. Phil. III. §. 27, quem locum citans *Alexander.* de figuris p. 42 haec: Ἐπιτροχασμὸς — τὰ πολὺ διεστηκότα συνάγει, καὶ ἀξιοπιστίας ἕνεκα λέγεται. ὡς ἔχει τὸ Δημοσθενικόν· ἀλλ' ἐφ' Ἑλλήσποντον — πρώην. Illustre exemplum hujus figurae est apud Virg. Aen. IV, 605 sq.

Faces in castra tulissem,
Implessem foros flammis, natumque patremque
Cum genere exstinxem, memet super ipsa dedissem.

§. 13. ᾤχετ' εἰς Θρᾴκην. Philippus, ab introitu Thermopylarum ab Atheniensibus interclusus (vid. Proleg. §. 11) in Thraciam profectus est. Diod. XVI, 52. Just. VIII, 3: *Inde* (a Thermopylis) *veluti rebus egregie gestis, in Cappadociam* (fortasse *Chalcidicam* legendum est) *trajicit, ubi, bello pari perfidia gesto captisque per dolum et occisis finitimis regibus, universam provinciam imperio Macedoniae adjungit.* Non poterat Philippus fines regni meridiem versus latius extendere, antequam populos septentrionales et occidentales Macedoniae adjacentes subegerat. De Paeonibus et Illyriis victis vid. ad Phil. I. §. 48. In Thracia hoc tempore, Cotye rege interfecto, ejus filii de imperio contenderunt. Vid. Proleg. §. 5. 10. Phil. I. §. 17. Dem. adv. Aristocr. p. 619. Cersobleptem Philippus bello persecutus est eoque tandem superato Thraciam occupavit, alios reges ejecit (ut Terem et Cersobleptem, ut apparet ex Philippi literis. *Wolf.*), alios constituit (fortasse Amadocum et Berisadem, Cersobleptis fratres). Vid. Proleg. §. 15. Just. VIII, 3. Vide etiam ad Phil. II. §. 30; III. §. 16. de Pac. §. 25. — ἠσθένησε. Vid. ad Phil. I. §. 10. Olynth. II. §. 5. — ῥαΐσας, ἀντὶ τοῦ ῥᾴως ἔχων ἐκ τῆς νόσου· derivatur enim ῥαΐζω a ῥᾴων, *morbo levatus*, necdum tamen convalescens, quod dicitur κουφίζεσθαι τῆς νόσου. — Paronomasia inest in verbis ῥαΐσας et ῥαθυμεῖν. Nam ϑ cum sibilo pronuntiabatur. Matth. §. 18. 3. Cf. §. 8. Vid. ad Phil. I. §. 30; III. §. 20. — Ὀλυνθίοις ἐπεχείρησεν. Vid. Proleg. §. 15. — τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς — Ἀρύμβαν. De praeteritione vid. ad Olynth. I. §. 3. Citat h. l. Aristides in libro de dictione civili p. 232: αἱ μὲν κατ' ἀρχὰς γίνονται παραλείψεις, οἷον· „Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Ἀπολλωνίαν. αἱ δ' ἐπὶ τέλει· τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ, καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι, παραλείπω στρατείας. *Reisk.* De Arymba vid. Proleg. §. 8. Hujus rei mentionem facit orator, ut do-

14 Τί οὖν, ἄν τις εἴποι, ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε ἀμφότερα, καὶ τὸ προΐεσθαι καθ' ἕκαστον ἀεί τι τῶν πραγμάτων ὡς ἀλυσιτελές, καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην, ᾗ χρῆται καὶ συζῇ Φίλιππος, ὑφ' ἧς οὐκ ἔστιν ὅπως ἀγαπήσας τοῖς πεπραγμένοις ἡσυχίαν σχήσει. Εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκὼς ἔσται, ὑμεῖς δὲ, ὡς

§. 14. *τις ἂν εἴποι)* Ex Bav., Meerm., Ald. Tayl., Felic. Bekkerus. Vid. adn. Schaeferus putat, Demosthenem *Τί — εἴποι* uno tenore vocis pronuntiasse, ita ut post *οὖν* interpungi non oporteat. — *ᾗ πρὸς ἅπαντας)* Vulg. Sed verba *πρὸς ἅπαντας* absunt a multis codd., quare abjecit ea Bekk., quem secutus est Rüdiger. Ceterum sic legitur in orat. adv. Mid. p. 514 init.: *τὴν ὕβριν, ᾗ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται.* — *σκοπεῖτε)* Reisk. ex paucis codd.;

ceat, tantam esse Philippi cupiditatem rebus alienis se immiscendi, ut ne a proximis quidem manus retineat. Vid. Proleg. §. 4. —

§. 14. *ἄν τις εἴποι*, pro usitatiori *εἴποι τις ἄν*, ut est Olynth. II. §. 19. Cf. §. 16. 20. Est autem formula objiciendi, *occupatio*, *πρόληψις*, ut apud Latinos: *dicat aliquis.* *Ἀνθυποφορά. ὅταν μέρος μὲν ὥςπερ καταδέχηται τοῦ λεγομένου ὁ ἀκροατὴς, ἀμφιβάλλῃ δὲ περὶ τὸ λοιπόν. Ulpianus.* Conciliat haec interrogatio et orationi varietatem, quae ad cavendum auditoris fastidium aptissima est, et aetiologiae aditum praebet commodiorem. *Wolf.* Vid. ad Phil. I. §. 44. — *ἵνα γνῶτε — καὶ αἴσθησθε.* Vid. ad Phil. I. §. 5. 58. Observa constructionem objecti; nam ab uno verbo tota enuntiatio *ὡς ἀλυσιτελὲς τὸ προΐεσθαι* etc., et Substantivum *τὴν φιλοπραγμοσύνην* pendent. Vid. ad Phil. I. §. 4; II. §. 7. Quare neque cum Augero subaudiendum est *γνῶτε οἷα ἐστίν,* neque cum Reiskio *ὡς ἔστιν ἡμῖν ἀλυσιτελές τι.* — *καθ' ἕκαστον ἀεί.* Vid. Phil. I. §. 20. De omisso verbo *ἐστι* ad *ὡς ἀλυσιτελές* vid. ad Phil. I. §. 29. De Philippi *φιλοπραγμοσύνῃ* vid. ad Phil. I. §. 42. — *ᾗ χρῆται καὶ συζῇ,* cum qua vivit, i. e. quae individua ejus comes est, in qua omne suum studium et aetatem consumpsit. *Wolf.* Est igitur tropus de rebus maxime adamatis; nos: *in der er lebt und webt.* Vid. not. crit. Similiter *συμβιῶναι* usurpatur apud Dem. de Cor. p. 313. 5: *ἐγὼ μὲν οὖν τοιαύτῃ συμβεβίωκα τύχῃ.* Cic. Fam. IX, 26: *vivere in literis.* Ibid. XII, 29: *studiis vivere.* Id. Rosc. Am. c. 14: *in agro colendo vivere.* Ibid. c. 28: *in caede vivere.* De sententia cf. Phil. I. §. 9. 42. — *ὑφ' ἧς οὐκ ἔστιν ὅπως ἀγαπήσας, prae qua,* i. e. *propter quam non est, ut* (pro *fieri non potest, ut) contentus rebus gestis otium agat,* i. e. quae eum quiescere non patietur. *Wolf.* Sic Hor. Od. III. 1. 9: *Est ut vir viro latius ordinet arbusta sulcis.* Eodem modo dicitur *ἔστιν ὅτε, ἦν ὅτε* al., quod Latini imitantur. Cic. de Orat. I, 1: *Ac fuit, quum mihi quoque initium requiescendi — — fore — arbitrarer.* Vid. Ruhnk. ad Terent. Eun. III, 5, 3. De *ἀγαπᾷν* vid. ad Olynth. II. §. 31. Construitur cum Dativo, ut verba animi motum seu affectum significantia, ubi causa rei indicatur. Matth. §. 399 ed. 2dae. — *εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς — τῶν ὑπαρχόντων (τῶν ἤδη πεπραγμένων) — τῶν πραγμάτων.* Rhetores observaverunt hujus loci pulchram personarum distributionem (Aelian. Arist. Vol. II. p. 459), quam bis imitatus est *Sallustius* (qui Demosthenem imitari studebat) Jug. c. 31, 16: „*Quod si vos tam libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem accensi sunt*“; idem in Lepid. Orat. ad plebem. *Voemel.* — *σκοπεῖσθε, εἴς τί ποτ' ἐλπὶς* (sc. *ἐστὶ*)

οὐδενὸς ἀντιληπτέον ἐῤῥωμένως τῶν πραγμάτων, σκοπεῖσθε, εἰς τί ποτ' ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι. Πρὸς θεῶν, τίς 15 οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν, ὅςτις ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα, ἂν ἀμελήσωμεν; Ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται, δέδοικα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥςπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις,

plerique habent σκοπεῖσθε, quare hoc praeferendum est, quamquam σκοπεῖτε nihil habet, in quo offendas. — τελευτήσειν) Aug. 1 suppl. Sed vid. adn. —

ταῦτα τελευτῆσαι, *considerate, in quid tandem haec finitura esse spes sit*, i. e. *quem tandem harum rerum exitum fore sperandum sit.* *Wolf.* Ἐλπίς h. l. metum significat, ut interdum apud Latinos *spes*. Dicitur autem de exspectatione rerum futurarum, praesertim malarum. Est vox media. Cf. Phil. III. §. 67. Eurip. Or. 849: οἴμοι, προςῆλθεν ἐλπίς, ἣν φοβουμένη

πάλαι, τὸ μέλλον ἐξετηκόμην γόοις.

Sall. Cas. 20: *spes multo asperior.* Vid. ad Cic. Rosc. A. c. 4: *sin a vobis, id quod non spero, deserar.* Aoristum τελευτῆσαι quod attinet, solet quidem post verba, quae notionem futuri temporis habent, aut Futuri aut Aoristi, addito ἄν, Infinitivus sequi; nam ἄν Aoristo vim futuri temporis addit (vid. ad Phil. I. §. 13; de Pac. §. 4. 14), quia id indicat, quod fieri possit, aut etiam saepe conditionem exprimit. Hoc autem loco orator Aoristum sine ἄν pro futuro posuit, ut indicaret, sibi tam certo persuasum habere, hanc rem esse futuram, ac si jam facta esset. Aoristus enim rem certius designat, quam Futurum. Quare h. l. non ἄν cum Augero subaudiendum est, quoniam hac particula aut conditio aut sola possibilitas indicaretur, quod Schaeferus monet. Cf. Phil. II. §. 7. 10; III. §. 21 et ad §. 76, ubi ἄν additum est. Plat. Phaedr. p. 323. E; ὥστε πολὺ πλέων ἐλπίς, φιλίαν αὐτοῖς ἐκ τοῦ πράγματος ἢ ἔχθραν γενέσθαι. Id. Protag. p. 316. C: ἐπιθυμεῖν δέ μοι δοκεῖ ἐλλόγιμος γενέσθαι ἐν τῇ πόλει· τοῦτο δὲ οἴεται οἱ μάλιστα γενέσθαι, εἰ σοὶ συγγένοιτο, ubi male *Stephanus* scribi volebat ἂν γενέσθαι· indicatur enim, quod certo eventurum esse sperat Hippocrates. Vid. *Ast.* ad h. l. Ac saepissime *sperandi, existimandi* cognataeque significationis verbis addi Infinitivum Aoristi, hodie res nota est. Vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 751 sq. Herm. ad Eurip. Med. ab Elmsl. ed. p. 372 docet, hac quoque in conjunctione utrumque tempus vim suam retinere, ut Aoristi Infinitivus de re exigui temporis eaque instante usurpetur, Futuri de re diuturniore vel olim futura. Saepe errant in hac re librarii et editores. Vid. Brem. et Schaefer. ad h. l. —

§. 15. τις οὕτως εὐήθης — ὅςτις. De voce εὐήθης vid. ad Olynth. I. §. 11. ὅςτις post οὕτως positum est significanter pro ὥςτε. Dem. de Chers. p. 100. §. 44: οὐ γὰρ οὕτω γ' εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν οὐδείς, ὃς ὑπολαμβάνει. Vid. *Brem.* ad h. l. *Schaefer.* Melett. Crit. p. 71 sq. ubi multa exempla congesta sunt. Soph. Ant. οὐκ ἔστιν οὕτω μῶρος, ὃς θανεῖν ἐρᾷ. — τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα. „Plena h. e. ad λογιστικὴν ἀκρίβειαν exacta oratio haec foret: τὸν ἐκεῖ πόλεμον ἐκεῖθεν δεῦρο ἥξοντα. Nunc vide vim attractionis, qua factum, ut idem et brevius et rotundius diceretur. Noli igitur his in locutionibus cogitare de enallage Adverbiorum et Praepositionum, quam a priorum grammaticis temporum ad ravim decantatam nostra studia non amplius ferunt.“ *Schaeferus.* Est autem hoc genus brachylogiae, quo vocabulum forma diversum, sed sono simile et radice par ex altero vocabulo est repetendum. Nam ex Adverbiis τὸν ἐκεῖ ἐκεῖθεν id omissum est, quod requirere ac

μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἂν ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐῤῥαθυμηκότες καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπὰ ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα ὕστερον εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν, καὶ κινδυνεύσωμεν περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ.

16 Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν, ἴσως φήσαι τις ἄν, ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι, τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων ὅ,τι δεῖ πράττειν

---

§. 16. ἴσως — ἄν) ἴσως a Locker. abest, et ἄν ab Harl. et Aug. 2. Sed vid.

---

supplere legentes majori necessitate cogerentur. *Doederl.* Progr. de brach. serm. Gr. et lat. p. 10, qui huc refert illud Virg. Aen. II, 1: *Conticuere omnes intentique ora tenebant*, pro *intenti intenta ora.* Vid. ad Olynth. I. §. 21 τέως. Voce ἐκεῖθεν et quies et motus significatur, quo sensu etiam ἐκεῖ ponitur. Plut. Them. c. 24: ἐκεῖ δ' αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας ἐκκλέψας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν Ἐπικράτης ὁ Ἀχαρνεὺς ἀπέστειλεν. Plat. Crit. c. 4: πολλαχοῦ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοσε ὅποι ἂν ἀφίκῃ, ἀγαπήσουσί σε, pro πολλαχοῦ, ὅποι etc. aut πολλαχοῦ — ὅποι ἄλλοσε — ἀφίκῃ. Buttm. Gr. §. 158. 4. — τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥςπερ. Vid. ad Phil. I. §. 39. — ῥᾳδίως, εὐκόλως, εὐχερῶς, *temere.* „Non vulgari sensu dictum, sed quo dicitur ῥᾳδιουργεῖν cum similibus compositis. Docet, quod in sequentibus respondet ἐῤῥαθυμηκότες." *Schaefer.* — οἱ δανειζόμενοι — ἀπέστησαν, *qui temere magnis usuris aes alienum contrahentes, quum aliquantisper bene beateque vixerint, postea etiam bonis avitis cedunt.* Τὰ ἀρχαῖα (τὰ πατρῷα, *Budaeus*) sunt *bona patria* pro pignore pecuniae mutuatae data. His respondent proxime τὰ ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ. — ἀποστῆναι seu ἐκστῆναί τινος notat *concedere, desistere aliqua re, sich einer Sache begeben.* Dem. de Halon. p. 78, 21: πῶς οὐχ ὑμεῖς ἁπάντων τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ ἀφεστήκατε; — De Aoristo ἀπέστησαν, *cedere solent,* pro Praesenti vid. ad Olynth. I. §. 9. Phil. I. §. 26. — Ad sequens ἡμεῖς *Ulpianus* haec: Συνήθες τῷ ῥήτορι, τῶν μὲν λυπηρῶν καὶ αὐτὸν μετέχοντα δεικνύναι, τῶν δὲ ἀγαθῶν τὴν μοῖραν ὁλόκληρον ἀπονέμειν τῇ πόλει. Vid. ad Phil. I. §. 11 extr. — ἂν ἐπὶ πολλῷ (sc. τόκῳ vel διαφόρῳ, *magno foenore, magno intertrimento.* Brevis enim voluptas otii magnarum opum et sociorum jactura emitur. *Reisk.*) — ἔλθωμεν ποιεῖν, *sic nos quoque, quum magno foenore,* i. e. damno, *segnitiae nos indulsisse omniaque ad voluptatem referre appareat, in necessitatem veniamus* etc. — ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις — ἐπὶ πολλῷ. Ἐπὶ cum Dativo significat studium vel spem adipiscendi, vel, ut h. l., conditionem, *sub pacto, conditione.* Saepe etiam finem notat. Vid. ad Phil. II. §. 12: ἡγεῖτ' οὖν, εἰ μὲν ὑμᾶς ἕλοιτο φίλους, ἐπὶ τοῖς δικαίοις αἱρήσεσθαι. — πολλὰ καὶ χαλεπά, sc. tributum conferre, ipsos militare, et omnino cavere, ne ipsa urbs in periculum veniat. De conjunctione Adjectivorum vid. ad Olynth. II. §. 24. — Jam sensus loci est: Nos Athenienses, traditis Philippo urbibus earumque reditibus, magnis quasi usuris mutuam ab eo pecuniam sumimus; pro quibus (traditis urbibus) quum aliquamdiu otio et segnitie fructi erimus, illas ipsas urbes omittemus et in periculum veniemus, ne Attica ipsa cedere cogamur. —

§. 16. ἴσως — ἄν. „Neutra particula otiosa est, junguntur que ut fere ἰσοδυναμοῦσαι, quo modestius orator hoc sumere videatur." *Schaefer.* Vid. ad Phil. III. §. 70; II. §. 18 not. crit. — ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι. Progreditur ora-

ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβουλον. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὅτι πολλάκις ὑμεῖς οὐ τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ. οὐ μὴν οἴομαι δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦνθ' ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι. Φημὶ δὴ, διχῇ βοη- 17
θητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν, τῷ τε τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν, καὶ τῷ τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις ἑτέροις. Εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε, ὀκνῶ, μὴ μάταιος ὑμῖν ἡ στρατεία γένηται.

adn. — οὐ μὴν οἴομαί γε) Reisk. sine libris, Schaefero et Engelh. probantibus. Bekk. in ed. min. οἴομαι, in majore οἶμαι. Vid. ad or. de Pac. §. 5. Particula γε abest a Par. 1, 2, 3, 5, Mecrm., Aug. 3, Bav., Locker.; quare Bekk. uncis inclusit, improbante Schaefero, quoniam vix probabile sit, deberi librariis.

§. 17. διχῇ) Vulg. διχῆ) Bekk. et Rüdig. paulo meliori scriptura: nam est Dativus obsoleti Adjectivi, qualia multa obsoleverunt, quorum soli Genitivi et Dativi adverbialiter usurpantur. *Schaeferus.* Cf. Phil. I. §. 9. Vig. p. 57. — ἡμῖν) Vulg. Sed ὑμῖν scribendum est ob antecedens ὀλιγωρήσετε. —

---

tor a minori ad majus. De παντὸς εἶναι, *Jedermanns Ding seyn,* vid. ad §. 1. — ὅ,τι δεῖ. De hoc Indicativo in oratione obliqua vid. ad Phil. I. §. 5. — ὅτι πολλάκις ὑμεῖς — τοὺς ὑστάτους. Vid. ad §. 11. Cf. Phil. II. §. 34; ad I. §. 51. Prooem. demegor. p. 1428, 22. cit. *Voemelio:* ὁρῶ γὰρ ὑμᾶς πολλάκις οὐ τοὺς αἰτίους τῶν πραγμάτων μισοῦντας, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ αὐτῶν εἰπόντας τι πρὸς ὑμᾶς. „Vulgus proxima quaeque meminit, cetera obliviscitur: cujus ingenium in oratione falsae legationis egregie describitur.“ *Wolf.* — ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, frequens est formula pro ὀργίζεσθε. Sic ἐν αἰσχύνῃ, ἐν δευτέρᾳ τάξει, ἐν ὀλιγωρίᾳ, ἐν ὁμοίῳ etc. ποιεῖσθαι. Vig. p. 282. Matth. §. 577. — ὑποστείλασθαι — ἡγοῦμαι. Latius et plenius ita dixisset: ὑποστείλασθαι λέγοντα περὶ τούτων, ἃ ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι. *Reisk.* De verbo ὑποστέλλεσθαι vid. ad Phil. I. §. 51, ubi etiam de malo instituto, ex quo oratores rationem de rogationis suae eventu reddere debebant, dictum est. Sallust. Orat. Macri Licinii Tr. pl. cit. *Voemelio* hanc sententiam ita expressit: *Praeter spem bonam ex vobis, quae metum vicit, statui, certaminis adversa pro libertate potiora esse forti viro, quam omnino non certavisse.* —

§. 17. βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν. Gemini Dativi eidem additi Adverbio, βοηθητέον ὑμῖν τοῖς πράγμασιν, i. e. ὑμᾶς δεῖν βοηθεῖν τοῖς πράγμασι. *Wolf.* Idem Dativorum concursus est infra §. 22. Phil. I. §. 32. — τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν. Significantur triginta duae illae urbes Chalcidicae, quas eodem genere ortas foedere sibi Olynthus adjunxerat ita, ut ipsa princeps esset. His expugnandis initium belli contra Olynthum faciendi cepit. Cf. Phil III. §. 26: Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Μεθώνην καὶ Ἀπολλωνίαν καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν, ὥστε μηδένα, μηδ' εἰ πώποτ' ᾠκήθησαν, προσελθόντ' εἶναι ῥᾴδιον εἰπεῖν. De fals. leg. p. 426, 9: ἀλλὰ πρὶν μὲν ἐξελθεῖν ἐνιαυτὸν τοῦ πολέμου, τὰς πόλεις ἁπάσας ἀπολωλέκεσαν τὰς ἐν τῇ Χαλκιδικῇ οἱ προδιδόντες. Vid. Proleg. §. 15. — τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν. Saepe hoc suadet

18 *Εἴτε γάρ, ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων, ὑπομείνας τοῦτο, Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται. εἴτε βοηθησάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον, ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι προςκαθεδεῖται καὶ προςεδρεύσει τοῖς πράγμασι, περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων. Δεῖ δὴ πολλὴν καὶ διχῇ τὴν βοήθειαν εἶναι.*

19 *Καὶ περὶ μὲν τῆς βοηθείας ταῦτα γιγνώσκω· περὶ δὲ χρημάτων πόρου, ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα*

---

§. 18. *καὶ περιέσται)* Ex Par. 8 Wolf. At verbo *περιέσται* incipit apodosis, ut paulo ante Adverbio *ῥᾳδίως.* —

§. 19. *περὶ δὲ χρημάτων πόρου)* Reisk. post *πόρου* aut *πῶς* addi, aut

---

orator. Vid. ad Phil. I. §. 19. 32. — *στρατιώταις ἑτέροις*, *diversis militibus*, i. e. aliis, quam qui Olynthum mitterentur. Opponuntur antegressis *τοῖς στρατιώταις*. Ergo hic de *genere* dictum est. Vid. ad Phil. I. §. 28: *ἕτερα τάλαντα.* Rüdiger. explicat: copiis pedestribus et opponi putat *ταῖς τριήρεσι,* in quo erravit. — *ὀλιγωρήσετε, ἀντὶ τοῦ ἀμελήσετε.* Harpocrat. s. v. Sic etiam Photius c. 239. — De Dativo *ὑμῖν* vid. ad Phil. I. §. 24. 32. —

§. 18. *ὑπομείνας. Schol. ὑπομεῖναι λέγει ἀντὶ τοῦ καρτερεῖν, ὅταν ἴδωμεν τὰ οἰκεῖα κακῶς πάσχοντα.* Vid. ad Phil. II. §. 11. — *παραστήσεται, subiget, sibi subjiciet. χειρώσεται, Ulpianus.* Herod. VI, 140: *ἐπολιορκέοντο. ἐς δ' καὶ οὗτοι παρέστησαν*, i. e. *se subjiciebant.* Vid. ibid. Valcken. Vig. p. 277. *παραστῆναι (εἰς τὴν γνώμην ἑτέρου)* igitur est *in potestatem victori se dare, dicto audientem esse*, i. e. *subigi.* Dem. Androt. p. 597 extr.: *οὐ πρότερον τῷ πολέμῳ παρέστησαν, πρὶν ἢ τὸ ναυτικὸν ἀπώλετο.* Vid. ind. Reisk. — *προςκαθεδεῖται καὶ προςεδρεύσει τοῖς πράγμασι*, *assidebit rebus gerendis et in eas incumbet.* Adverte pleonasticum usum duorum verborum idem significantium, cujusmodi pleonasmis etiam Demosthenes luxuriatur. *Schaefer.* Vid. ad Phil. I. §. 3. Verba *καθῆσθαι, προςκαθέζεσθαι* al., quae alias *pigritiam* notant (vid. ad Phil. I. §. 9), interdum designant *industriam.* Bekk. Anecd. Gr. I. p. 161. Cf. de Pac. §. 15: *τοῖς δ' ἀγαθοῖς ἐφεδρεύων ἕτερος καθεδεῖται,* Sic *assidere* apud Latinos. Cic. pro Planc. c. 11: *huic assident, pro hoc laborant.* Plaut. Rud. II, 6, 48: *fabri ferrarii, qui apud carbones assident, semper calent.* Unde *προςεδρεία, assiduitas,* quod proprie pertinet ad labores, quos *sedentes* conficimus (unde vulgari sermone *Sitzfleisch*), de quovis industriae assiduae genere usurpatur. Doederl. Synon. Lat P. I. p. 117. „Ceterum ex hoc loco patet, obsidione jam pressos tum fuisse Olynthios, hancque orationem esse postponendam. *Voemel.* — *δεῖ δή.* Conclusio. Per particulam *δή* sententiam repetunt Graeci remque gravius inprimunt. Vid. ad Phil, I. §. 21. Cf. infra §. 20; supra §. 2. Olynth. I. §. 23. Phil. II. §. 4; III. §. 44. —

§. 19. *περὶ δὲ χρημάτων πόρου, de pecunia comparanda*, i. e. *quod attinet ad pecuniam comparandam.* Sic *περὶ* absolute ponitur significatione *quod attinet ad*, ut apud Latinos *de.* Vid. supra §. 11. Dem. in Everg. p. 1140, 9: *περὶ τῆς μαρτυρίας, — αὐτοί μοι δοκοῦσιν ἔργῳ ἐξελέγχειν αὐτήν.* Xenoph. Cyr. I, 6, 15: *καὶ περὶ μὲν τροφῆς ἐπείσθην, ἱκανὸν εἶναι ὑπάρχον.* Cf. Isocr. Paneg. p. 43. §. 15. Zeun. ad Vig. p. 652. Caes. bell. Gall. VI, 19: *de morte si res in suspicionem venit.* Cic. Fam. III, 12: *De me autem, suscipe paullisper meas partes et eum te esse finge, qui sum ego.* Etiam Praepositiones *ὑπὲρ* et *εἰς*

ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά·
ταῦτα δὲ ὑμεῖς οὕτως, ὡς βούλεσθε, λαμβάνετε. εἰ μὲν οὖν
ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, οὐδενὸς ὑμῖν προς-
δεῖ πόρου· εἰ δὲ μή, προςδεῖ, μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ τοῦ
πόρου. Τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι
στρατιωτικά; μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. Ἐγὼ μὲν γὰρ 20
ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι καὶ εἶναι στρα-
τιωτικὰ καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν

εἰ δεῖ λέγειν suppleri vult. Utrumque male. Vid. adn. — μᾶλλον δὲ παντός) Par. 1, 5, 7, 8, Aug. 2, Ald. Tayl., Harl., Locker., cod. Obsop. „Vulgata praestat, ut significantior. In talibus non numeranda librorum testimonia, sed vis sententiae ponderanda." *Schaefer.* Vid. ad or. de Pac. §. 1. not. crit. — §. 20. καὶ ταῦτ' εἶναι στρ.) Vulg. Sed ταῦτ', quod a Par. 5, 7 abest, Bekk.

---

sic usurpantur. Vid. Heind. ad Plat. Lys. §. 16. Dem. de fals. leg. p. 247, 13; ibid. p. 308, 9: *ἀλλὰ μὴν ὑπέρ γε τοῦ δῶρα εἰληφέναι, εἰ μὲν ἠρνοῦντο, ἐξελέγχειν λοιπὸν ἂν ἦν.* Vid. Erfurdt. ad Soph. Oed. T. 164. Quare h. l. neque *πῶς;* post *πόρου* addendum; neque *εἰ δεῖ λέγειν* supplendum est, ut *Reisk.* voluit. — *ἔστιν — ἔστιν.* Epizeuxis. Vid. ad Phil. Phil. I. §. 10, — *τῶν ἄλλων ἀνθρώπων,* est amplificatio oratoria, pro *τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.* De Atheniensium reditibus vid. ad Phil. I. §. 40. Significantur h. l. potissimum pecuniae theatrales, de quibus vid. ad. Olynth. II. §. 10. — *οὕτως, ὅπως βούλεσθε.* *Ulpianus: εἰς τὰς θέας καὶ πανηγύρεις αὐτὰ λαμβάνετε.* „Mitius hic in introitu de re coronae injucunda auditu: mox v. 28 acerbius *οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων,* postquam praemiserat, quae vituperationem excusarent. Habemus his locis plenas locutiones, ad quarum rationem explicandus usus Adverbii *οὕτως* positi *ἠθικῶς.* V. Buttmanni Ind. ad Mid. s. v. *οὕτω.*" *Schaefer.* Vid. ad §. 20: *οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων.* — *οὐδενὸς ὑμῖν προςδεῖ — ἐνδεῖ.* De constructione vid. ad Phil. I. §. 12. Est autem correctio, *ἐπανόρθωσις.* Cf. Olynth. I. §. 8. *Ulpianus: Ἐνδεῖσθαι μέν ἐστι τὸ παντελῶς μὴ ἔχειν, προςδεῖσθαι δὲ τὸ ἔχειν μὲν μέρος, ἔτι δὲ δεῖσθαι πρὸς τὸ τέλειον.* Dem. in Neaer. p. 1355, 11: *τὸ ἐπίλοιπον, ὃ προςέδει εἰς τὰς εἴκοσι μνᾶς.* Vid. Reisk. in ind. s. v. *προςδεῖν.* —

§. 20. *οὐκ ἔγωγε,* sc. *γράφω, ἀλλ' ἡγοῦμαι.* Argutia sententiae sita est in verbis *γράφειν, decretum facere, ferre legem,* quod capitale erat (vid. ad Olynth. II. §. 10), et *ἡγεῖσθαι,* quod etsi odiosum, periculi tamen expers. *Wolf.* — *καὶ εἶναι στρατιωτικά, et esse pecuniam militarem.* Sic optime Bekkerus in ed. minori ex duobus libris dedit. „Demosthenes amaro ludibrio non contendit, *τὰ θεωρικὰ* debere esse *στρατιωτικά,* sed opus esse *στρατιωτικά:* videant, unde sumant. Quisque autem intelligebat, verum fontem, unde *στρατιωτικὰ* hauriri deberent, esse *θεωρικά.*" *Rauchensteinius.* Plerique codd. exhibent *καὶ ταῦτα εἶναι στρ.,* quod *Mounten.* per *διὰ ταῦτα* (vid. interpret. ad Eurip. Hec. 13. Plat. Symp. p. 174. a.) explicat. At hoc, monente *Weiskio,* contra usum Demosthenicum est. *Ulpianum* interpretantem: *ἀνθυποφορὰ πάλιν: σύ, φησί, γράφεις τὰ θεωρικὰ εἶναι στρατιωτικά; εἶτα λύει, ὅτι συμβουλεύω μέν, οὐ γράφω δέ, τὸν κίνδυνον εἰδώς,* secutus est *Rüdig.,* qui ita explicandum censet, ut orator neget, hanc pecuniam theatralem esse per se reddendam, at reddendam esse, quando res ita tulerit, ut bellum geratur. Affirmare igitur videtur orator, quod negaverat. Non inelegans

καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα· ὑμεῖς δὲ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. Ἔστι δὴ λοιπὸν, οἶμαι, πάντας εἰςφέρειν, ἂν πολλῶν δέῃ, πολλά, ἂν ὀλίγων, ὀλίγα. Δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων. Λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους, ὧν ἕλεσθε, ὅςτις ὑμῖν συμφέρειν δοκεῖ· καὶ ἕως ἐστὶ καιρὸς, ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων.

---

in ed. minore merito ejecit. Vid. adn. — πραγμάτων ταῦτα) Reisk. ex Par. 1, 5, Ald. Tayl., consentiente Augero. At facile suppleri potest στρατιωτικά, et ταῦτα glossema esse videtur. — ὅστις ἡμῖν ἂν — δοκῇ) Vulg. Sed ἂν in multis libris non legitur, et pro δοκῇ habent δοκεῖ Par. 2, 3, 7, 8, Bav., Aug. 2, 3, Meerm., Harl., Lock.; quare Bekk. lectionem, quam recepimus, dedit, idque recte; nam unam certam rationem placere oportuit et orator per totam hanc enuntiationem Indicativo utitur, ut de rebus certis et necessariis. Non consentit eum hac ratione *Schaeferus*, qui vulgatam praefert, dicens: subsannans orator de aliis illis πόροις loquitur, e quibus cives jubet eligere, quemcunque tandem praeoptent, videlicet ipse sibi persuasum habens, salutem non posse nisi a theoricorum in stratiotica conversione exspectari. —

---

neque indocta est interpretatio. Melior tamen et simplicior videtur Bekkeri lectio esse, quam bene defendit Rauchenstein., quocum consentit *Schaef.*, dicens: „Demosthenes in universum censet στρατιωτικὰ unde unde extricanda esse: qui si dixisset, ut vulgo ediderunt, καὶ ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά, et sibi ipsi contradixisset (nam modo jurans negaverat se γράφειν ταῦτ' εἶναι στρατιωτικὰ), et capitis periculum adiisset. Sola autem theorica eum cogitasse, satis apparet: sed hac in re, si usquam, utendum fuit callidissima ὑπερπλοκῇ." *Weiskius* autem de hyperb. III. p. 35 conjecit: *καὶ ταῦτ' εἶναι καὶ εἶναι στρατιωτικά, et has theatrales esse* (earum divisionem manere) *jubeo et esse, quae ad militarem usum suppetant.* At non opus est hac conjectura contorta. Facile fieri potuit, ut ex antecedentibus σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά huc repeteretur ταῦτα. — Eandem rem de pecunia theatrali et de eadem lege et ordine accipiendi et agendi tangit orator Olynth. II. §. 11. 34. — Ceterum exstat hujus argumenti tota oratio Demosthenis περὶ συντάξεως. — μίαν σύνταξιν. Σύνταξις, quod Reisk. male explicat: *census* s. *aestimatio*, *taxatio*, quantum sive de suo ad necessitates rei publicae conferre, sive ex aerario pro mercede operae rei publicae navatae referre oporteat, h. l. non differt a simplici τάξις, qua voce orator de hoc ipso argumento loquens utitur in Olynth. II. §. 35, ubi opponit ἀταξίαν, quod *Schaeferus* monet. — οὕτω πως, ἄνευ τάξεως, ἀτάκτως, *sic temere, nur so, ohne Umstände,* sc. ut soletis, quae notio inest in hac formula. Acerba irrisio est in his verbis, quae sequentibus ἄνευ πραγμάτων continuatur. Pro hoc mitius dicitur §. 19: ταῦτα ὑμεῖς οὕτως, ὅπως βούλεσθε, λαμβάνετε. Cum gestu quodam manuum talia pronuntiabantur. Vid. ad Phil. I. §. 11. Plat. Symp. c. 4: ἀλλ' οὕτω πίνοντας πρὸς ἡδονήν. Vig. p. 438. Non minus acerba est clausula εἰς τὰς ἑορτάς, quod idem notandum est de οἶμαι, quod sequitur. Vid. ad Olynth. I. §. 23. — ἔστι δὴ λοιπόν, *proinde reliquum est.* — πάντας εἰςφέρειν. „Jubere πάντας εἰςφέρειν quid aliud erat, quam Athenienses ad vivum usque secare? Hoc priusquam facerent, spes erat, renuntiaturos esse deliciis suis, τοῖς θεωρικοῖς. *Schaefer.* — ἂν πολλῶν δέῃ — ὀλίγα. Ob incertum belli eventum. Plut. Lacon. Apophth. p. 218, 64. R.: τῶν δὲ συμμάχων ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ ἐπιζητούντων· πόσα χρή-

Ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι καὶ λογίσασθαι τὰ πράγματα, ἐν ᾧ καθέστηκε νυνὶ τὰ Φιλίππου. Οὔτε γάρ, ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐτρεπῶς οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστ' αὐτῷ τὰ παρόντ' ἔχει, οὔτ' ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τοῦτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾠήθη δεήσειν αὐτόν, ἀλλ' ὡς ἐπιὼν ἅπαντα τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα 21

---

§. 21. τὰ τοῦ Φιλίππου) Vulg., prob. Schaefero. Sed τοῦ abest a multis codd. Vid. ad §. 22. — εὐπρεπῶς) Vulg. ante Reiskium, qui ex codd. εὐτρεπῶς dedit. Solent hae voces confundi. Vid. Valck. ad Eurip. Phoen. 803. Jacobs. Additt. ad Athen. p. 361. — ἔχῃ) Vulgata, quam praetulit Reiskius, sic interpretans: ὅρα, μὴ ἔχῃ. At haec est nulla aut contortissima interpretatio, quum μὴ in contextu non legatur. Bekk. cum Aug. 1 suppl., Harl. et Ald. dedit. ἔχοι Aug. 3 habet a prima manu ἔχει, sed nova dedit ἔχῃ. Vid. adn. —

ματα ἀρκέσει; καὶ ἀξιούντων ὁρίσαι τοὺς φόρους. Ὁ πόλεμος, ἔφη Ἀρχίδαμος, οὐ τεταγμένα σιτεῖται, *bellum demenso non pascitur.* Plut. vit. Dem. c. 17. Thuc. I, 42: τὸ μέλλον τοῦ πολέμου ἐν ἀφανεῖ — κεῖται. *Livius* alicubi dicit: *eventus nusquam minus respondere, quam in bellis.* Wolf. ad h. l.. — Observa iterationem vocabulorum, *diplasiasmum.* Cf. §. 19. Phil. I. §. 10. — δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων. In Herwagiana: „Alludit ad proverbium: pecuniae obediunt omnia. Vid. Erasm.-" Nos: *Geld zwingt die Welt.* Bion. apud Diog. Laert. IV. §. 48: ὁ πλοῦτος νεῦρα πραγμάτων. Eurip. Phoen. 452 ibique Valcken.: πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ. Cic. pro leg. Man. c. 7: *vectigalia nervos esse rei publicae semper duximus.* Id. Phil. V, 2: Quid est aliud omnia ad bellum civile hosti arma largiri? primum nervos belli, pecuniam infinitam. Vid. Voemel. ad h. l. — λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους — πόρους. „His verbis et arrogantiam vitat, et Atheniensium facultatem auget." *Wolf.* Vid. ad Olynth. II. §. 19. — ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων. Genitivus est partitivus. Matth. Gr. §. 330. ed. 2dae. —

§. 21. τὰ πράγματα, ἐν ᾧ καθέστηκε νυνὶ τὰ Φιλίππου. Constructio verborum est: ἐν ᾧ καθέστηκε τὰ πράγματα Φιλίππου. Est igitur *Antiptosis*, de qua vid. ad Olynth. II. §. 17. De re cf. Phil. I. §. 8. 13. — ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἄν. De hac Indicativi cum Optativo conjunctione vid. ad Olynth. I. §. 4. εὐτρεπῶς, οὐδ' ὡς ἂν — ἔχει. Variant libri, aliis ἔχει, aliis ἔχοι exhibentibus. Praestare cum *Rüdigero*, *Schaefero* (Apparat. II. p. 268; nam ad h. l. ἔχοι probavit) et *Voemelio* videtur ἔχει, ita ut ad particulam ἂν ex sequenti ἔχει subintelligendum sit ἔχοι, quae simplex ratio est explicandi. Particula ἂν enim non verbum ἔχει, sed ὡς κάλλιστα afficit. Nec desunt alia ejusmodi Ellipseos exempla. Dem. Cor. p. 322: οὐχ ὡς ἂν εὔνους καὶ δίκαιος πολίτης ἔσχε τὴν γνώμην, i. e. οὐχ ὡς ἂν εὔνους καὶ δίκαιος πολίτης ἔχοι, ἔσχε τὴν γν. Thuc. VI, 57: ἀπερισκέπτως προσπεσόντες καὶ ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς, — ἔτυπτον καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν, i. e. καὶ ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς προσπέσοιεν. Matth. Gr. §. 858 sq. ed. 2dae. Rost. Gr. p. 602. Voemel. ad h. l. Non raro fit, ut particula ἂν non ad verbum, sed ad aliud enuntiationis vocabulum pertineat idque afficiat et quasi limitet. Xenoph. Cyr. VII, 5, 21: ὅταν δὲ καὶ αἰσθωνται ἡμᾶς ἔνδον ὄντας, πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν ἀχρεῖοι ἔσονται ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι. Ibid. IV, 5, 49: οὕτω προθυμίας οὐδὲν ἂν ἐλλείψομεν. Vid. ad Phil. II. §. 18 not. crit.; III. §. 70. Sin altera lectio ἔχοι paulo contortior, a Schaefero prius probata, placet, ita explicanda est, ut εὐτρεπῶς (*commode, behaglich*)

ἀναιρήσεσθαι, κᾆτα διέψευσται. Τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει παρὰ γνώμην γεγονὸς καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ
22 παρέχει, εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν. Ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, κομιδῇ δ', ὥςπερ ἦν, καὶ ἔστι νῦν τούτῳ. καὶ γὰρ Παγασὰς ἀπαιτεῖν

---

§. 22. *τὰ τῶν Θετταλῶν)* Par. 5, 7, 8, Aug. 3, Ald., Manut. Wolf. Hac de re *Bremius* ad Aesch. Ctesiph. p. 435. §. 46 haec: „Ad Genitivum nominis proprii pendentem a nomine appellativo plerumque Aeschines repetit articulum nominis appellativi, et nomen proprium in Genitivo ponit sine articulo. Huuc usum

---

una cum *ὡς κάλλιστα* pertineat ad *ἂν αὐτῷ τὰ παρόντ' ἔχοι*, et anacoluthia quaedam enuntiationi insit, pro: *οὔτ' εὐτρεπῶς αὐτῷ τὰ πράγματ' ἔχει οὐδ' (οὕτως, sc. ἔχει) ὡς ἂν κάλλιστ' ἔχοι.* Sensus est: *Res ejus neque commode, ut videtur et dicere possit is, qui non accurate inspexerit, se habent, neque ita se habent, ut praeclarissime se habeant, i. e. status rerum non est optimus.* De hac litotete vid. ad Olynth. I. §. 1. — *ἐξήνεγκε τὸν πόλεμον.* *Ἐκφέρειν πόλεμον*, vel addita vel omissa Praepositione *πρός* aut *ἐπί* cum Accusativo, respectu loci, unde bellum proficiscitur, habito dicitur, ut Latini saepe *excursio*, *excurrere* usurpant. Iidem vice versa dicunt *bellum inferre*. Ceterum Graeci etiam dicunt *πόλεμον ἐμφέρειν*, *ποιεῖν*, *αἱρεσθαι* (Pac. §. 5), rarius *ἄγειν* (de Pac. §. 19) — *ὡς ἐπιών*, i. e. *ἐξ ἐπιδρομῆς*, *a primo impetu.* Si modo speciem prae se ferret aggredientis, non cum vi et forti manu aggrederetur. Vid. de conjunctione *ὡς* ad Phil. I. §. 13. — *ἅπαντα — ἀναιρήσεσθαι*, *totam Graeciae amplitudinem atque potentiam ablaturum, i. e. omnem Graeciam sibi subjecturum esse.* Reisk. in ind. — *κᾆτα διέψευσται.* Inde concludunt, orationem hanc non in initium belli cadere, ergo non esse primam. *Voemel.* — *τὰ τῶν Θετταλῶν*, *res Thessalicas*, ut Phil. I. §. 10: *τὰ τῶν Ἑλλήνων.* Vid. ad Phil. I. §. 12. Buttm. Gr. §. 114. Not. 2. —

§. 22. *ταῦτα γὰρ ἄπιστα ἦν.* Neutrum de hominibus positum est, de quo vid. ad Phil. I. §. 8. In proverbium abierat Thessalorum perfidia: *Ἀεὶ τὰ Θετταλῶν ἄπιστα.* Hinc *Θεσσαλὸν νόμισμα* pro *adulterina pecunia.* Erasm. Ad. Dem. Aristocr. p. 657, 25: *ὑμεῖς οὐδένα προὐδώκατε πώποτε τῶν φίλων, Θετταλοὶ δὲ οὐδένα πώποθ' ὅντινα οὔ.* Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 153. Theopomp. ap. Athen. XII. p. 527 de hoc populo haec: *ὅτι ζῶσιν οἱ μὲν σὺν ταῖς ὀρχηστρίσι διατρίβοντες, οἱ δ' ἐν κύβοις καὶ πότοις καὶ ἀκολασίαις διημερεύοντες, καὶ μᾶλλον σπουδάζουσιν, ὅπως ὄψων παντοδαπῶν τὰς τραπέζας παραθήσονται πλήρεις ἢ τὸν αὑτῶν βίον ὅπως παρασχήσονται κεκοσμημένον.* Fischer. ad Plat. Crit. p. 53. c. 15: Thessali enim tum infames erant ob licentiam libertatemque vivendi, fraudulentiam, levitatem, immodestiam, petulantiam, luxuriam aliaque vitia. Xenoph. Mem. I, 2, 24: *Κριτίας μὲν φυγὼν εἰς Θετταλίαν, ἐκεῖ συνῆν ἀνθρώποις ἀνομίᾳ μᾶλλον ἢ δικαιοσύνῃ χρωμένοις.* Quibus Thessalorum vitiis quum se accommodaret Philippus, qui et ipse vinolentus, scurrilis erat ac saltationibus parum honestis laetabatur, animos eorum vel maxime sibi conciliavit. Athen. X. p. 435. C. Theopomp. ap. Athen. VI. p. 260. C. D. Vid. ad Olynth. II. §. 18. — *καὶ ἀεί*, *et quidem semper;* non igitur *ἔσται* cum Reiskio inserendum. Vid. ad §. 3. Olynth. II. §. 7. Apud Latinos quoque *et* pro *et quidem* ponitur. Cic. pro Mil. c. 25: *te enim jam appello, et ea voce* etc. Id. Tusc. Disp. III, 20, 48: *At laudat, et saepe, virtutem.* Vid. Beier. ad Cic. Off. II, 16. — *Παγασὰς ἀπαιτεῖν — καὶ Μα-*

αὐτόν εἰσιν ἐψηφισμένοι, καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν. ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων, ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐτῷ καρποῦσθαι· τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν, οὐ Φίλιππον λαμβάνειν. Εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθήσεται τῶν χρημάτων, εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται.

dicimus esse Atticorum scriptorum, quem librarii saepe vitiarunt. Attendendum tamen ad consuetudinem singulorum scriptorum. Recentiores inprimis utrumque articulum et appellativi nominis et proprii jungere videntur." — ἂν ἀποστερήθῃ) Vulg. defend. Rüdigero. At vid. adn. —

γνησίαν — τειχίζειν. Vid. ad Phil. I. §. 35. Olynth. I. §. 7. 11. Proleg. §. 11. — ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων. Cf. Olynth. I. §. 17. „Ita, quod aliunde confirmare non potuit, famae ore fidem sibi parere studet orator.“ *Voemel.* De rectione verbi ἀκούειν vid. ad §. 1. — τοὺς λιμένας καὶ ἀγοράς. Intelliguntur vectigalia e portubus et nundinis, quae Philippo concesserant. Vid. Proleg. §. 11. Ἀγορά pertinet ad rerum, mercium, nummorum commutationem et ad vectigalia, quae rebus venditis percipiuntur, *fora, ubi commeatus veneunt*, ut Dorvillius ad Charit. p. 517 extr. explicat. Ponitur enim metonymice locus pro ea re, quae in eo agitur. Harpocrat. s. v. Δεῖγμα· ἔστι δὲ ἔθος Ἀττικὸν τὸ σημαίνειν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ τοὺς τόπους αὐτούς. Dem. adv. Leochar. p. 1091, 17: ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀγορᾷ, *in foro*, i. e. *in tribunali magistratuum.* Cic. de Orat. III, 42: *Testes sunt campi magni.* Ceterum de hoc vectigalium genere vid. *Boeck.* Staatsh. der Ath. I. p. 336 et 347 sqq. — τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν. Sic Optativus sine ἂν loco Infinitivi ponitur, si oratio obliqua est et sermo fit ex alterius sententia. Subaudiri potest ὡς vel ὅτι, quae conjunctiones saepissime in his enuntiationibus leguntur, quamquam opus non sunt; nam Optativus per se index est alienae sententiae. Quoniam autem haec enuntiatio causam praecedentis indicat, per γὰρ annexa est, omissa conjunctione ὡς. Nos: *denn davon müsse man* —. Xenoph. Anab. VII, 3, 13: Καὶ ἔλεγον πολλοὶ κατὰ ταῦτα, ὅτι παντὸς ἄξια λέγει Σεύθης· χειμὼν γὰρ εἴη, καὶ οὔτε οἴκαδε ἀποπλεῖν δυνατὸν εἴη. Matth. §. 529 3. Herm. ad Vig. p. 885. Hoc imitantur, sed raro, Latini, Conjunctivum pro Indicativo ponentes. Cic. de Off. III, 11: *Aristidi Themistocles: classem Lacedaemoniorum, quae subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse: quo facto frangi Lacedaemoniorum opes necesse esset*, ubi Ernestius male contra codicum auctoritatem *necesse esse* scribi voluit. Ad διοικεῖν ex antecedenti enuntiatione Subjectum, sc. Θετταλούς, huc repetendum est. Vid. ad §. 10. Matth. §. 295. Praesertim ad δεῖ et χρὴ Infinitivus ponitur sine Subjecto, de qua re vid. *Schaef.* Melet. Crit. p. 102 sq. Cf. proximo §. 23 χρὴ ἡγεῖσθαι. Phil. II. §. 2. de Pac. §. 24. de Cherson. p. 103. §. 53: ἐγὼ δ' οἶμαι τὴν μὲν εἰρήνην ἄγειν οὐχ ὑμᾶς δεῖν πείθειν, sc. τινά. Sic Cic. Fin. I, 9, 30: *Sentiri hoc putat, ut calere ignem, nivem esse albam, dulce mel: quorum nihil oportere exquisitis rationibus confirmare*, ubi Ern. sine necessitate de conjectura scripserat *confirmari;* etiam plerique codd. *oporteret* exhibent. — εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθήσεται. Sic scribendum est, non ἂν — ἀποστερηθῇ. nam res non spectat ad experientiam, aut, ut *Rüdigerus* vult, ad spem, eventurum esse id, quod ante orator significavit, sed tantum ad rationem, i. e. sumitur tantum factum iri id, quod ante dictum est. Vid. ad §. 12; ad Olynth. I. §. 28. Ce-

23 Ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα καὶ τὸν Ἰλλυριὸν καὶ ἁπλῶς τούτους ἅπαντας ἡγεῖσθαι χρὴ αὐτονόμους ἥδιον ἂν καὶ ἐλευθέρους ἢ δούλους εἶναι· καὶ γὰρ ἀήθεις τοῦ κατακούειν τινός εἰσι, καὶ ἄνθρωπος ὑβριστής, ὥς φασι. Καὶ μὰ Δί' οὐδὲν ἄπιστον ἴσως· τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίγνεται· διόπερ πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώ-

---

terum de hac spe, concitari posse Thessalos adversus Philippum, vid. ad Olynth. I. §. 11. — *τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται.* De formula *τὰ τῆς τροφῆς* vid. ad Phil. I. §. 12. Adverte Dativum commodi *τοῖς ξένοις*, *mercenariis*, i. e. *pro mercenariis*, pro quo dare orator potuit *τῶν ξένων*. Vid. ad Phil. I. §. 22. 24. 32. Supra §. 11 not. crit. Cf. Olynth. I. §. 5; II. §. 20. 27. Phil. II. §. 2; de Pac. §. 18. Xenoph. Cyr. I, 4, 13: *Χαρίεν γάρ, ἔφη, εἰ ἕνεκα κρεαδίων τῇ θυγατρὶ τὸν παῖδα ἀποβουκολήσαιμι.* Thuc. I, 5: *τοῖς ἀσθενέσι τροφή.* Matth. §. 387. Cic. Rosc. A. c. 2: *His de causis ego huic causae patronus exstiti.* Id. pro leg. Man. §. 70: *praesidia periculis aut adjumenta honoribus quaerere.* De Dativorum concursu vid. §. 17. — *εἰς στενὸν καταστήσεται.* Sic Terent. Heaut. IV, 1, 56: *Ita hercle in angustum oppido nunc meae coguntur copiae.* —

§. 23. *τὸν Παίονα καὶ τὸν Ἰλλυριόν.* Nomina populorum interdum in Singulari pro Plurali ponuntur. Matth. §. 292. Vid. ad Phil. III. §. 69. Liv. II, 6: *Tarquiniensis, novus hostis, non stetit solum, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit.* Flor. II, 2: *Affectabat, ut Romanus, ita Poenus Siciliam.* — *τούτους ἅπαντας*, sc. *τοὺς ὑπὸ Φιλίππου ὄντας καὶ δεδουλωμένους.* *Wolf.* — *αὐτονόμους καὶ ἐλευθέρους.* De discrimine horum verborum vid. ad Phil. I. §. 4. De re ad Olynth. I. §. 8. — *ἀήθεις τοῦ κατακούειν.* Bellicosi hi populi erant, et rebellabant contra Philippum. Vid. ad Phil. I. §. 48. Diod. XVI, 2 ad Olymp. CV, 1: *οἱ δὲ λοιποὶ (sc. Μακεδόνες), καταπεπληγμένοι τὰς τῶν Ἰλλυριῶν δυνάμεις, περίφοβοι καθειστήκεισαν καὶ πρὸς τὸ διαπολεμεῖν ἀθύμως εἶχον, ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Παίονες μὲν, πλησίον τῆς Μακεδονίας οἰκοῦντες, ἐπόρθουν τὴν χώραν, καταφρονοῦντες τῶν Μακεδόνων.* Arrian. Exped. I, 1, 5, ubi Thraces, Paeones et Illyrii dicuntur *εὐρωστότατοί τε τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην καὶ μαχιμώτατοι.* *Voemel.* ad h. l. — *ἄνθρωπος ὑβριστής.* De Philippi moribus vid. ad §. 3; ad Phil. I. §. 9. Cf. Olynth. I. §. 18. 19. — *ὥς φασιν.* „Cautus est Demosthenes, ac vanitatis opinionem cavet in vituperando Philippo, cui laus humanitatis, sive verae sive pro re nata simulatae, tribuebatur.“ *Wolf.* Ac re vera Philippus, quamquam non carebat vitiis, multis magnisque dotibus et ingenii et animi erat instructus. In Demosthenicis epistolis legitur: *Φίλιππος τραφεὶς ἐν ἐξουσίᾳ, ὅμως ᾤετο δεῖν, ἡνίκ' εὐτύχησε μάλιστα, τότ' ἀνθρώπινα πράττων φαίνεσθαι.* — *ἴσως*, *profecto.* Vid. ad Phil. §. 50. — *τὸ γὰρ εὖ πράττειν — ἀνοήτοις γίγνεται.* Celebris sententia est a multis repetita. Demosthenes ipse eam sumpsisse videtur ex Thuc. III, 39: *εἴωθε δὲ τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπειν, τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα, ἢ παρὰ δόξαν.* Xenoph. Cyr. VII, 5, 76: *τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης, οὐδ' ἄνευ ἐγκρατείας, οὐδ' ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται.* Aeschyl. Fragm. ap. Stob. Flor. Tit. IV. §. 15:

ἡ βαρὺ φόρημ' ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων.

τερον εἶναι. Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 24
τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας, ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ' ἃ δεῖ καὶ στρατευομένους αὐτοὺς καὶ παροξύνοντας τοὺς ἄλλους ἅπαντας, λογιζομένους, εἰ Φίλιππος λάβοι καθ' ἡμῶν τοιοῦτον καιρὸν καὶ πόλεμος γένοιτο πρὸς τῇ χώρᾳ, πῶς ἂν

§. 24. ὡς εἰ) Vulg. Sed ὡς abest a Par. 1, 2, 3, 5, 7, 8, Aug. 1 suppl., 2, 3. Bav., Meerm., ab ed. P. Manut. et abesse debet; non enim congruit structurae verborum et additum esse videtur a librario, qui anacoluthia non intellecta locum

Vid. Wyttenb. Biblioth. Crit. Vol. III. p. II. p. 50 sq. Cic. Rosc. A. c. 8: *Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena.* Hinc proverbium: *Asinus apud Cumanos,* de iis, quibus honos aliquis praeter meritum additus a fortuna, tumorem et insolentiam, ut fere fit, conciliat, ut Erasm. in Adag. I, 6, 12 de nostro loco disserens dicit. — *παρὰ τὴν ἀξίαν, praeter meritum, contra dignitatem.* Vid. ad Olynth. I. §. 3. 8. — *ἀφορμή.* Vid. ad Phil. I. §. 29. — *φρονεῖν,* est verbum mediae significationis, declarans quamcunque mentis et voluntatis affectionem; unde additis Adverbiis *εὖ, καλῶς, κακῶς, μέγα* determinatur, *bene, male sentire, superbire,* h. l. *male ferre fortunam.* Etiam per se interdum cum notione *μεγαλοφρονεῖν, superbire,* ponitur, ut Eur. Herc. Fur. 774: *ὁ χρυσὸς ἅ τ' εὐτυχία φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται δύνασιν ἄδικον ἐφέλκων.* Paus. I. c. 12, 44: *φρονήσας ἐφ' ἑαυτῷ.* — „Refutatio ejus, quod objici poterat, Philippum esse humanum et justum: sumitur ab adjunctis. Comitatur enim felicitatem inusitatam plerumque insolentia, insolentiam odium: odium defectio novarumque rerum studium sequitur.“ *Wolf.* — *διόπερ πολλάκις — χαλεπώτερον εἶναι.* Vid. ad Olynth. I. §. 26, ubi contrariam huic sententiam orator pronuntiat. *Melanchthon.*, cit. *Voemelio*, nostrum locum respiciens haec in Dialectica: „Nudas Enthymematis propositiones conjunxit, prorsus dialecticorum more, ut saepe alias, in hunc modum: Successus seu secundae res fatuant imperitos. Ergo difficilius est retinere parta bona, quam parare. Ubi si addas majorem, erit absolutus syllogismus et ratio consequentiae perspici poterit. Fatui bona parta non nórunt retinere; secunda fortuna infatuat animos; igitur secunda fortuna efficit, ne parta bona retinere sciamus.“ —

§. 24. *τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου, τοῦ Φιλίππου.* Quae autem est illa *ἀκαιρία?* Bellum Olynthiorum, Thessalorum perfidia, barbari studentes novis rebus, quorum fidem lubricam etiam Alexander initio regni est expertus. Vid. Arrianum lib. I. *Wolf.* — *συνάρασθαί τινί τι* aut *τινός,* quod proprie dicitur de iis, qui onus simul apprehendunt sibique imponunt, significat *una cum alio rem aliquam suscipere, in rebus gerendis alacriter et strenue manus adhibere, adjuvare.* Sic *Reisk.* in ind. Melius idem in annotatione interpretatur: „Subaudi *τοῖς ἀραμένοις,* belli aut universe rei publicae onera portanda capessere una cum iis, qui ea ultro, vel ex necessitate sua, vel jam ante nos ea susceperunt, h. e. parte oneris eos relevare.“ Verba, quae sequuntur, sententiam latius exprimunt. Eurip. Orest. 757: *συνηράμην φόνον σοι μητρός.* — *ἐφ' ἃ δεῖ.* *Schaeferus* explicat: *ad curanda ea, quae curari oportet,* vituperans *Ulpianum*, qui haec: *ἐπὶ τοὺς ἀγνοοῦντας τὸν Φίλιππον, ἵνα διδάξωσιν αὐτοὺς, μὴ πιστεύειν αὐτῷ. ἐπὶ δὲ τῶν εἰδότων μὲν, φοβουμένων δὲ, τῷ ἀγγέλλεσθαι ὑμᾶς, ὅτι στρατεύεσθε, ἵνα παροξυνθῶσιν, ὥςτε μηκέτι δεδιέναι αὐτόν.* *Wolfius*

αὐτὸν οἴεσθε ἑτοίμως ἐφ' ἡμᾶς ἐλθεῖν; εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μηδ', ἃ πάθοιτ' ἄν, εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες οὐ τολμήσετε;

---

corrigere conatus est. Vid. adn. — ἐφ' ὑμᾶς) Reisk. et Bekk. ex Par. 1, 8, Harl., Locker., Aug. 2, Bav. Sed male respondet antecedenti καθ' ἡμῶν. Olim ἡμᾶς vulgatum fuit et recte ab Augero receptum est, prob. Schaefero. —

---

quoque cum *Ulpiano* consentit, notans: ἐφ' ἅ, sc. χωρία, pro ἐφ' οὓς τῶν Ἑλλήνων δεῖ. Docendi erant Olynthii, Thessali aliique Graeci de Atheniensium apparatu strenuoque consilio, Philippum impugnandi. Sic *Beckerus* quoque in annott. ad transl. Germanam locum intellexit et Demosthenes ipse explicat supra §. 2, ubi vide annott. Cf. Phil. III. §. 73. — λογιζομένους, εἰ Φίλιππος λάβοι —, πῶς ἂν αὐτὸν — ἐλθεῖν; En habes anacoluthiae genus non inusitatum; oratio enim, quae per indirectam interrogationem erat claudenda: λογιζομένους, ὡς ἂν ἑτοίμως ἐφ' ἡμᾶς ἔλθοι, clauditur per interrogationem directam, interjecto αὐτὸν οἴεσθε ex affectu, ut illa vividior reddatur. Vid. *Heind.* ad Plat. Phaed. p. 52. Matth. §. 610. 1, qui plura duarum in una enuntiatione confusarum structurarum exempla affert. Thuc. II, 60: ὁπότε οὖν πόλις μὲν τὰς ἰδίας ξυμφορὰς οἵα τε φέρειν, εἷς δὲ ἕκαστος τὰς ἐκείνης ἀδύνατος, πῶς οὐ χρὴ πάντας ἀμύνειν αὐτῇ; καὶ μὴ — τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀφίεσθε pro ἀφίεσθαι, ut interrogatio continuetur. Similius nostro loco exemplum laudavit *Bremius* ex Plat. Legg. XI, 11: μηδέ τις ἀτιμαζομένῳ μὲν διαφερόντως πατρὶ πρὸς παίδων καὶ μητρὶ θεὸν ἐπήκοον ἐν εὐχαῖς ἡγείσθω γίγνεσθαι κατὰ φύσιν, τιμωμένῳ δὲ ἄρα καὶ περιχαρεῖ σφόδρα γενομένῳ καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ἐν εὐχαῖς λιπαρῶς εἰς ἀγαθὰ τοῖς παισὶ παρακαλοῦντος θεούς, οὐκ ἄρα τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ἐξ ἴσου καὶ νέμειν ἡμῖν αὐτοὺς ἡγησόμεθα; ubi quum in altero membro dicendum erat τιμωμένῳ δὲ οὐκ ἐπήκοον εἶναι θεόν, oratione mutata in interrogationem deflectit enuntatio. Vid. Ramsh. Gr. lat. §. 206. 6. a sqq. *Hermogenes* monet, hanc periodum ad increpandum esse institutam, ἔστι δὲ καὶ ἐπιτιμητικὴ περίοδος. Vid. Brem. et Voem. ad h. l. Ceterum *Wolfius* monet, affectus leges grammaticae non minus negligere, quam rei publicae. De constructione modorum in hac enuntiatione vid. ad Phil. I. §. 12. Eadem constructio proxime sequitur ἃ πάθοιτε — ἐκεῖνος. — τοιοῦτον καιρὸν καὶ πόλ. γένοιτο. „Idem est ac si dixisset: τοιοῦτον καιρὸν, ὥστε πόλεμον γενέσθαι etc." *Reisk.* „Aliquanto plus dicit: τοιοῦτον καιρὸν, sc. οἷος ὁ νυνὶ, tam prosperae περιστάσεις, quales nunc praeter spem exstiterunt, quibus, si sapimus, in Macedonis perniciem haud cunctanter utemur: ille enim in nostram perniciem rapiet, sicubi repererit." *Schaefer.* — πρὸς τῇ χώρᾳ, i. e. ταύτῃ τῇ χώρᾳ. De vi Praepositionis πρός cum Dativo vid. ad Phil. I. §. 32. — πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε ἑτοιμῶς. Πῶς jungendum est cum ἑτοίμως, quae vocabula referenda sunt ad ἐλθεῖν. — εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε, *et nonne vos pudet.* De particula εἶτα in interrogationibus cum indignatione adhibita vid. ad Phil. I. §. 43. — εἰ μηδ' — οὐ τολμήσετε; Negatio οὐ addita est, quia intercapedo inter εἰ μηδ' et τολμήσετε vim hujus conditionis negantem nonnihil obscuravit. *Schaefer.* Sic de Pac. §. 16 post οὐδὲ in initio enuntiationis positum, interjecta enuntiatione, negatio repetitur ad verbum, quod gravitatem sententiae addit: Οὐδέ γε, εἰ πάλιν πρὸς τοὺς Θηβαίους πολεμήσαιμεν — —, οὐδὲν ἂν ἡμᾶς παθεῖν ἡγοῦμαι. Vid. ad Phil. III. §. 51. De significatione verbi τολμᾶν vid. ad Olynth. II. §. 30. Sensus loci est: *si, quae ipsi pateremini,*

Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς 25
λανθανέτω, ὅτι νῦν αἵρεσίς ἐστιν ὑμῖν, πότερ' ὑμᾶς ἐκεῖ
χρὴ πολεμεῖν, ἢ παρ' ὑμῖν ἐκεῖνον. ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ τὰ
τῶν Ὀλυνθίων, ὑμεῖς ἐκεῖ πολεμήσετε καὶ τὴν ἐκείνου κακῶς
ποιήσετε, τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην ἀδεῶς
καρπούμενοι· ἂν δ' ἐκεῖνα Φίλιππος λάβῃ, τίς αὐτὸν ἔτι
κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; μὴ λίαν πικρὸν 26

---

§. 25. τίς αὐτὸν ἔτι) Rüdig. ἔτι uncis inclusit, quoniam in multis codd. non legitur. Schaeferus plane deletum vult. At vid. adn. Cf. §. 12.

---

si ille posset, i. e. si hanc opportunitatem nancisceretur, *ea data occasione non audebitis.* —

§. 25. ἔτι τοίνυν. Τοίνυν non conclusivum (συλλογιστικόν), *igitur*, sed progressivum (μεταβατικόν) esse, *porro*, *praeterea*, quo sensu inprimis apud oratores usurpetur, docuit *Schaeferus*. Cf. de Pac. §. 6. Xenoph. Cyr. I, 1, 2: καὶ τοῖς κάρποις τοίνυν κ. τ. λ. Interdum sic ponitur non sine specie quadam conclusionis. Cf. Xenoph. Mem. II, 1, 9. „Est amplificatio per collationem: Primum affirmat, omnino esse bellum cum Philippo gerendum, idque sic probat, quod Philippus et cupiat impetum facere in Atticam, et eum nemo, nisi ipsi Athenienses, prohibere aut possit aut velit. Deinde ostendit, quanto praestabilius sit, foris quam domi bellum gerere. *Wolf.* — Ex sequentibus ὅτι νῦν αἵρεσις — ἐκεῖνον conjicitur, in summo jam discrimine res Atheniensium versari et hanc orationem esse tertiam. — ἐὰν — ἀντέχῃ τὰ τῶν Ὀλυνθίων, *si impetum sustinent vires Olynthiorum, si durare et permanere possunt.* Vid. ad Olynth. I. §. 10. *Zonaras* c. 218. Ἀντέχει. — Δημοσθένης — ἀντὶ τοῦ ὑπομονητικῶς ἔχει. — τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν, i. e. πατρῴαν χώραν, τὴν Μακεδονίαν, καὶ ἣν νῦν ἔχει, quasi dicat: Adeo non licebit Philippo Atticam invadere, ut de Macedonia ipsa, regno patrio et de terra subacta (τὴν ὑπάρχουσαν) in periculum venturus sit. *Wolf.* Eodem sensu apud Liv. III, 42 legitur: *belloque ultro inferendo deterreri hostes a consilio urbis oppugnandae.* ταύτην emphatice de remota Macedonia dicitur et hanc terram accuratius denotat. Vid. ad Olynth. II. §. 16. Alii interpretatores minus bene de Atheniensium agris haec verba accipiunt hoc sensu: si Olynthiorum vires impetum sustinent, vos istic bellum geretis illiusque terram vastabitis, quum vestrae ipsius patriae terrae fructibus secure fruamini. Sed illa explicatio multo meliorem et graviorem sensum exhibet. Ceterum vox χώρα vel γῆ in hisce formulis solet omitti et nonnisi in oppositionibus poni. Cf. Phil. II. §. 21. Matth. §. 281. 2. — τίς αὐτὸν ἔτι κωλύσει, *quis tandem eum impediet*, sc. nemo. Ἔτι hoc loco eandem fere significationem habet, quam καὶ Phil. I. §. 46: τί καὶ χρὴ προσδοκᾶν, ubi vid. adn. Quare non uncis includendum est, quod *Rüdigerus* fecit, multo autem minus ejiciendum, quod suadet *Schaeferus.* — δεῦρο βαδίζειν. Supra §. 12 lenius dixerat ὅποι βούλεται· h. l. in progressu orationis audacioribus et apertioribus verbis utitur. Βαδίζειν de hostili invasione legitur etiam Phil. III. §. 10: οὐδὲ γὰρ ἂν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν αὐτὴν βαδίζῃ. —

§. 26. μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, *ne nimis acerbum sit dictu.* Supple οὐ φοβητέον, seu interrogativum ἆρα φοβητέον; Omitti solent ejusmodi verba, ex quibus μή, ὅπως μή al. pendent. Vid. ad Phil. I. §. 20. *Schaefer.* ad Lamb. Bos. Ellips. p. 457. ad Phil. II. §. 24 not. crit. Phil. III. §. 75. Plat. Phaed. p. 69. ed. Steph. c. 13: Ὦ μακάριε Σιμμία, μὴ οὐχ αὕτη ᾖ ἡ ὀρθὴ πρὸς

εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. Ἀλλὰ Φωκεῖς; οἳ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσηθ' ὑμεῖς. Ἢ ἄλλος τις; ἀλλ', ὦ τᾶν, οὐχὶ βουλήσεται. τῶν ἀτοπωτάτων μέντ' ἂν εἴη, εἰ, ἃ νῦν ἄνοιαν ὀφλισκάνων ὅμως

§. 26. ὑμεῖς; cum signo interrogationis) Schaeferus, vituperans Augerum, quum punctum posuerit, quo vis sententiae enervetur. —

ἀρετήν, sc. φοβοῦμαι, μή etc., quod interdum additur. Plat. Alcib. II. c. 3. „Petit veniam libertati orationis.“ *Wolf.* — Vetus odium inter Athenienses et Thebanos intercesserat jam inde a bellis Persicis, in quibus hi Graeciam non modo non defenderant, sed etiam hostes adjuverant. Herod. IX, 86 sq. Vid. ad Phil. II. §. 11. Deinde in bellis, quae Lacedaemonii cum Atheniensibus gerebant, Thebani illos adjuverant ac devictis in bello Peloponnesiaco Atheniensibus Athenas ipsas delendas esse censuerant. Thuc. II, 9. Xenoph. Hell. II, 2, 19. Isocrat. de Pac. p. 174. §. 78: *Εἰς τοσοῦτον μῖσος κατέστησεν, ὥςτε παρὰ μικρὸν ἐλθεῖν ἐξανδραποδισθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ Λακεδαιμονίων τῶν ἐξ ἀρχῆς πολεμούντων εὐνουστέρων ἐτύχομεν ἢ τῶν πρότερον ὑμῖν συμμάχων ὄντων* (sc. *Θηβαίων*). Postea, quum in gratiam mutuam paulisper rediissent (Xenoph. Hell. V, 4, 1 sqq), denuo exortae discordiae sunt, potissimum ob invidiam Atheniensium in Thebanos, qui principatum (Phil. III. §. 23) Graeciae per aliquot annos sibi vindicaverant. Hinc Epaminondae illud dictum, auctore Aeschine de fals. leg. p. 278: *ὡς δεῖ τὰ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλεως προπύλαια μετενεγκεῖν εἰς τὴν προστασίαν τῆς Καδμείας.* Hoc tempore Thebani bellum gerebant contra Phocenses sacrilegos, quos Athenienses una cum Lacedaemoniis contra illos tuebantur; iidem Philippum, qui cum exercitu ad vincendos Phocenses accesserat, ab introitu Thermopylarum prohibuerunt. Vid. Phil. §. 17. Olynth. I. §. 7. Quare erat timendum, ne, quod re vera postea factum est, Thebani arctiorem societatem cum Philippo facerent. Hoc mutuum utriusque gentis odium tangit orator etiam Olynth. II. §. 8; de Pac. §. 14. 15. 18; de Cor. p. 231 sq. Vid. Wolf. ad Lept. p. 528. Tanto autem odio Athenienses in Thebanos erant inflammati, ut in concione nonnisi cum contumelia mentionem facere de Thebanis liceret. — *ἀλλὰ Φωκεῖς; an vero, s. at Phocenses,* sc. *κωλύσουσιν αὐτὸν δεῦρο βαδίζειν.* Hi, ut modo commemoravimus, a Thebanis et Philippo impugnati, sine Atheniensium et Lacedaemoniorum auxilio stare non potuissent. Vid. Proleg. §. 10.; ad Olynth. II. §. 8. Just. XXII, 4: *mira prorsus audacia, ut, qui sua tueri non poterat, impugnaret aliena.* — *ἢ ἄλλος τις; Rüdigerus* putat, significari Thessalos, quos taceat orator, quia eos a Philippo alienos esse ostenderit; hi autem infidi homines in gratiam cum eo redire possint. De hac vi Pronominis *τίς* vid. ad Phil. I. §. 8. — *ἀλλ', ὦ τᾶν, at o bone.* Particula *ἀλλά,* ut Latinorum *at,* modo *ὑποφορᾷ,* modo *ἀνθυποφορᾷ* praefigitur, seu tam *objectionem* quam *responsionem* ejus incipit. Vid. Reisk. in ind.; cf. Phil. II. §. 14. Vig. p. 470. „Est blande objicientis; *ὦ τᾶν* enim, ut Grammatici dicunt, *ἑταιρικὴ ἐκφώνησις.*“ *Schaefer.* Vid. ad Olynth. II. §. 29. — *τῶν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη.* De hoc Genitivo partitivo vid. ad Olynth. I. §. 2. Optativus *εἴη* cum *ἄν,* praegresso *εἰ* cum Indicativo Futuri *πράξει,* notat sententiam modeste ac leniter pronuntiatam. Exempla ex Lysia congessit *Bremius* ad Lys. Excurs. VII. contra *Reiskium,* qui Indicativum Futuri in Aoristum aliis locis mutavit, aliis non mutavit, qua erat inconstantia. Lys. ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ §. 41:

ἐκλαλεῖ, ταῦτα δυνηθεὶς μὴ πράξει. Ἀλλὰ μὴν ἡλίκα 27
γ' ἐστὶ τὰ διάφορα ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐδὲ λόγου προςδεῖν ἡγοῦμαι. Εἰ γὰρ ὑμᾶς δεήσειεν αὐτοὺς τριάκοντα ἡμέρας μόνας ἔξω γενέσθαι, καὶ, ὅσα ἀνάγκη στρατοπέδῳ χρωμένους, τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτῇ πολεμίου λέγω, πλέον ἂν οἶμαι ζημιωθῆναι τοὺς γεωργοῦντας ὑμῶν, ἢ ὅσα εἰς ἅπαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον

---

§. 27. οὐδενός) Par. 5, 7, 8, Harl., Aug. 1 suppl. Utramque lectionem repraesentat Bav. Praestat μηδενός, quippe de conditione, non de facto agitur. *Schaeferus.* — τὸν πρότου) Rüdig. ex Ald. et praecepto Reizii de prosod.

πάντων γὰρ ἂν ἀθλιώτατος γενοίμην, εἰ φυγὰς ἀδίκως καταστήσομαι. Matth. §. 524. p. 747. — ἄνοιαν ὀφλισκάνων, *stultitiae nomen sibi conflans, stultitiam debens.* Explicavi hanc formulam ad Phil. I. §. 42. Est argumentum a minori ad majus. Jactat se facturum, quum non potest; quanto magis faciet, quum poterit. *Wolf.* — ἐκλαλεῖ. „Vertunt *eloquitur:* parum recte. Est *effutit, deblaterat.* Aliud enim λαλεῖν, aliud λέγειν. Quare additum est ἄνοιαν ὀφλισκάνων." *Schaefer.*

§. 27. ἀλλὰ μὴν — γε, *atqui profecto certe.* Hoc frequentissimum est, enclititaque γε in talibus legitima. Cf. §. 23. *Schaefer.* Vid. ad Phil. III. §. 68. Particula γε, quae huic formulae nunquam nisi interposito alio vocabulo additur, pertinet non ad μήν, sed ad vocabulum interpositum. Haec autem formula, ut etiam ἀλλὰ μὴν καί, *at vero etiam,* cum affirmatione quadam ponitur, ubi transitus fit ad novum argumentum. „Explicat discrimen idque κατὰ παράλειψιν, amplificatum a circumstantiis temporis et personis, et alia collatione, adjecto argumento a minori ad majus et a turpi." *Wolf.* Apsines in Arte rhetor. c. de utili p. 706: τὸ σύμφερον κατασκευάζεται ἀπὸ τῶν ἐκβάσεων, οἷα ἐκβήσεται πεισθεῖσι. τέλεια δὲ ἀπόδειξις συμφέροντος, ὅταν ἐπ' ἄμφω ἀποδείξῃς, τί μὲν ἐκβήσεται πεισθεῖσι, τί δ' εἰ μὴ ὑπακούσαιεν. ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν Ὀλυνθιακοῖς· ἀλλὰ μὴν ἡλίκα τὰ διάφορα etc. *Reisk.* — εἰ γὰρ ὑμᾶς δεήσειεν — πλέον ἂν οἶμαι ζημιωθῆναι. De εἰ cum Optativo, sequente Indicativo in apodosi, vid. ad Phil. I. §. 18. Particula ἂν pertinet ad Infinitivum ζημιωθῆναι, de quo vid. ad Phil. I. §. 13. Supra §. 10. Minucianus p. 160. n. 30 hanc figuram appellat Ἐνθύμημα ἀπ' ἀναπλασμοῦ, *a figmento. Reisk.* Fingit enim orator aliquid, quod si verum est, sententiam probet. — τριάκοντα ἡμέρας. Sic vulgo dicebatur pro μῆνα. Vid. Elmsl. ad Aristoph. Ach. 866. p. 225 ed. Dind. *Schaefer.* Sic. Liv. XXVIII, 41: *Domus tibi tua, pater patruusque, intra triginta dies cum exercitibus caesi.* — ἔξω γενέσθαι, sc. ἔξω τῆς πόλεως στρατοπεδεύεσθαι. Non Macedoniam orator intelligit, sed Atticam, ut non in patria urbe, sed in patrio solo sint. ἔξω εἶναι, γίγνεσθαι, sc. τῆς πόλεως, idem est, quod apud Latinos *foris esse,* i. e. in castris versari. Dem. de Cor. c. 63: οὕτως οἰκείως ὑμᾶς ἐδέχοντο (οἱ Θηβαῖοι), ὥστ' ἔξω τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων ὄντων, εἰς τὰς οἰκίας καὶ τὸ ἄστυ δέχεσθαι τὴν στρατιάν. Cic. Off. I, 22: *Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi.* De alia significatione formulae ἔξω γενέσθαι vid. ad Phil. I. §. 34. — ὅσα ἀνάγκη — λαμβάνειν. Verba sic ordina: καὶ λαμβάνειν τῶν ἐκ τῆς χώρας, ὅσα ἀνάγκη (sc. ἐστὶ λαμβάνειν) χρωμένους στρατοπέδῳ, i. e. τούτους, οἱ χρῶνται. Articulus τῶν partem significat; nam hostes non τῶν, sed τὰ ἐκ τῆς χώρας

δεδαπάνησθε. Εἰ δὲ δὴ πόλεμός τις ἥξει, πόσα χρὴ νομίσαι ζημιώσεσθαι; καὶ προςέσθ' ἡ ὕβρις καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι.

Graec. accent. inclin. p. 15. Vid. adn. — *εἰ δὲ δὴ καί)* Multi codd. *καί* omittunt, quod Reisk. et Bekk. receperunt. — *πρόςεσθ', i. e. πρόςεστι)* Ald., probante Schaefero, qui dicit: „probarem προςέσθ' (i. e. προςέσται Futurum), si meminissem exemplorum elisae αι in Demosthenicis. Sed non video, cur Praesens displicuerit: *huc accedit, adde.*" Placet Futurum προςέσθ', quod plerique codd. optimae notae habent, *huc accedet;* nam convenit toti enuntiationi. — *ζημία)* Vulgata, quam Rüdigerus non omnino rejecerit. Sed vid. adn. —

rapiunt, quod *Wolfius* docet. Praepositio autem ἐκ, pro qua exspectaveris ἐν, ponitur, quoniam significantur *proventus terrae*, sc. *Atticae.* Exempla habet Matth. §. 596. — *λέγω*, pro *καὶ ταῦτα, et quidem.* Sic *λέγω* in appositione ponitur, ut habeat vim vel augendi vel minuendi ejus, quod dicas. Cf. Phil. III. §. 70: *αὐτοὶ πρῶτον ἀμυνόμενοι καὶ παρασκευαζόμενοι, (τριήρεσι καὶ χρήμασι καὶ στρατιώταις λέγω).* Vid. Valcken. ad Eurip. Phoen. 994. Latini sic *dico* usurpant. — *ζημιωθῆναι.* De vi hujus vocabuli vid. ad Phil. I. §. 38. — *τοὺς γεωργοῦντας, οὐχ ἁπλῶς τοὺς σκάπτοντας τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τοὺς κεκτημένους ἀγρούς. Ulpian. γεωργία* saepe notat totam rem rusticam, quidquid ad agros colendos pertinet. Dem. adv. Onerot. p. 872. §. 30: — *εἰς ἅπαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον δεδαπάνησθε. Πρὸ τοῦ* idem est, quod *πρὸ τούτου, πρίν.* Vid. *Schaefer.* ad h. l. Est usus Homericus, apud quem Articulus pro Pronomine demonstr. *ὅδε, οὗτος* ponitur. Dem. Lept. 495, 18: *μαρτυρεῖ πᾶς ὁ πρὸ τοῦ χρόνος γεγονώς.* Herod. I. 122. Matth. §. 286. Alii scribunt *προτοῦ.* Vid. Popp. Prolegg. ad Thuc. I. p. 464. Ast. ad Plat. Alcib. I, 6. Stallb. ad Plat. Symp. I. Innuit orator bellum Amphipolitanum, in quod Athenienses mille quingenta talenta consumpsisse Demosthenes ipse dicit Olynth. II. §. 28, ubi vid. adn. Vid. etiam ad Phil. I. §. 12. 24. Quanti expeditio ad Thermopylas constiterit, vid. ad Phil. I. §. 17. — *ζημιώσεσθαι, quantum damnum allatum iri;* est absolute positum, vel intelligi potest *τοὺς γεωργοῦντας.* Plerique codices habent *ζημιωθήσεσθαι,* quod ex antecedente *ζημιωθῆναι* natum esse videtur. — *ἡ ὕβρις.* Hoc Rüdigerus cum Wolfio activo sensu accipit, quum *ὕβρις* sit *τῶν ποιούντων,* non *τῶν ὑπομενόντων, protervitas et petulantia militaris.* Melius *Augerus:* „*παρὰ τῶν πολεμίων στρατευομένων, contumeliae ab hostibus illatae.*" Igitur passivo sensu intelligendum est, et sic melius jungitur *ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη.* de Cor. p. 296, 21: *φοβερωτέρας ἡγήσεται* (sc. patriae amans) *τὰς ὕβρεις καὶ τὰς ἀτιμίας, ἃς ἐν δουλευούσῃ τῇ πόλει ἀνάγκη, τοῦ θανάτου. Schaefer.* — *αἰσχύνη τῶν πραγμάτων,* sc. *κακῶν, rei male gestae, socordiae dedecus.* Vid. ad Phil. I. §. 10. 15. — *οὐδεμιᾶς ἐλάττων,* pro *οὐκ ἐλάττων ἄλλης ζημίας, turpitudo non minor alia poena.* Vid. ad Olynth. I. §. 17. — *ζημίας,* pertinet ad detrimentum rei familiaris; quare lectio *ζημία* rejicienda est — *τοῖς γε σώφροσιν, sanis seu prudentibus quidem hominibus.* Particula *γε* non ad totam enuntiationem, sed ad partem ejus pertinet et habet vim restrictivam, ut significet *quidem, minimum, certe, wenigstens.* Cf. Olynth. II. §. 14. Phil. II. §. 19; III. §. 1. In *οἱ σώφρονές εἰσι* Articulus *οἱ* simpliciter rem definit; *οἵ γε* autem cum restrictione, exclusis aliis, *certe qui* etc. Vid. Herm. ad Soph. Oed. I. 688.

Πάντα δὴ ταῦτα δεῖ συνιδόντας ἅπαντας βοηθεῖν 28 καὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον, τοὺς μὲν εὐπόρους, ἵν' ὑπὲρ τῶν πολλῶν ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι μικρὰ ἀναλίσκοντες τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς, τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ, ἵνα τὴν τοῦ πολεμεῖν ἐμπειρίαν ἐν τῇ τοῦ Φιλίππου χώρᾳ

§. 28. ἅ). Sic pro ὧν habent Harl., Par. 5, 7, 8, Aug. 1 suppl., Ald. Tayl., App. Francf. Utramque lect. repraesentat Bav. *Reisk.* Quae lectio praeferenda sit, in dubio esse non potest. — ἐν τῇ Φιλίππου) Articulum τοῦ, qui abest a Par. 1, 3, 5, 8, Harl., Aug. 1 suppl., ab Aug. 2, 3, Bav., Meerm., deleverunt Bekk. et Rüdiger. „Non assentior. Quid moverit librarios, ut alterum articulum omitte-

---

ad Vig. pag. 824 sq. Matth. §. 602. Vid. etiam ad Phil. II. §. 12.

§. 28. *ἐκεῖσε,* sc. in Macedoniam. — *καλῶς ποιοῦντες, quae jure meritoque possident benignitate deorum.* Sic interpretari videtur *Wolfius*, qui addit: formulam esse puto, qua exprobrationis et invidentiae suspicionem deprecetur, quasi dicat: quas opes equidem eis non invideo. Cf. de Cor. p. 504, 26: *ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες τοὺς καρποὺς κεκόμισθε.* Mid. p. 582, 20: *εἰσὶ μὲν γὰρ τὰ μάλιστα αὐτοὶ πλούσιοι, καὶ καλῶς ποιοῦσι,* i. e *id vero laudo congratulorque, und thun wohl daran.* Vid. Vig. p. p. 362 sq. *Herm.* ad Vig. p. 979 docet, indicari interdum his verbis, facere aliquem id, quod aut sibi commodum sit, aut quod is, qui loquatur, fieri optet et gaudeat. Tunc notat omnino *bene, recte facere.* Sic saepissime apud Terentium legitur: *bene facis.* Cum Wolfio *Schaeferus* quoque explicat *deorum benignitate s. beneficio,* eadem tamen, qua Wolfius, significatione, nihil nos invidere, gaudere potius et congratulari. Vid. *Fr. A. Wolf* ad Lept. p. 490, 16. Pro ratione sensus verti interdum potest: *pro mea, tua etc. sapientia, si sapis.* Interdum haec formula lenem habet ironiam, ut Aesch. adv. Ctesiph. p. 750. §. 14, quam hoc quidem loco abesse putamus. De re *Voemel.* comparat Dem. Symm. p. 185, §. 26: *τίς γὰρ εὑρήσεται μᾶλλον αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα πάντ' ἀπολωλέναι ἢ μέρος τῶν ὄντων ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν εἰςενεγκεῖν.* — *τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ, qui in aetate militari sunt.* Vid. ad Phil. I. §. 7. — *ἀκεραίου,* i. e. *ἀκεραίου οὔσης, ἕως ἀκέραιός ἐστι, Schaeferus.* Cf. Phil. I. §. 18. Nisi mavis accipere usum prolepticum: *ἵνα ἀκέραιος ᾖ,* de quo vid. ad Olynth. I. §. 5. — *εὐθῦναι.* Explicata est haec vox Phil. I. §. 47. De re vid. ibid. §. 51. Proximum *ἄττα* positum est more Attico pro *τινά.* — *πεπολιτευμένων, eorum, quae in re publica agunt.* Vid. ad Olynth. I. §. 4. — *περιέστῃ τὰ πράγματα, quaecunque res vobis evenerint, eos supervenerint praeter opinionem.* Vid. de hac significatione et constructione verbi *περιστῆναι* ad Olynth. II. §. 8. Cf. de Symm. 176, 22: *τοῦτο καὶ ὑμῖν περιέστηκεν.* de fals. leg. p. 450, 12: *ὁρᾶτε, ἡλίκα τῇ πόλει περιέστηκε τὰ πράγματα.* — De Conjunctivo vid. ad Phil. I. §. 3. 26. — *κριταὶ — ἔσεσθε.* Ut multis aliis locis, ita hoc quoque cives hortatur Demosthenes, ut ipsi in bellum profecti praesentes omnia videant intelligantque, quae duces et magistratus faciant, quo melius eorum actiones judicare possint. Cf. Olynth. I. §. 27. Phil. I. §. 25. 47. — *εἴη. Εὐχὴν προςτίθησι τῇ συμβουλῇ. Ulpianus.* Subaudiri potest *εἴθε,* quamquam non necessarium est. Vid. ad Phil. I. in fine. — *παντὸς εἵνεκα, διὰ πάντας, οἷον διὰ τοὺς πλουσίους, τοὺς νέους, τοὺς ῥήτορας. Ulpianus.* Utinam divites liberaliter tributa conferant, adolescentes strenue militent, oratores rectissimo consilio meo non adversentur. *Wolf.* Idem *εἵνεκα* recte circumscribit: *μηδενὸς κωλύοντος, ἀλλὰ πάντων συμπροθυμουμένων, quantum in quoque est,*

κτησάμενοι, φοβεροὶ φύλακες τῆς οἰκείας ἀκεραίου γένωνται, τοὺς δὲ λέγοντας, ἵν' αἱ τῶν πεπολιτευμένων αὐτοῖς εὔθυναι ῥᾴδιαι γένωνται, ὡς, ὁποῖ' ἄττ' ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα, τοιοῦτοι κριταὶ καὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἔσεσθε. Χρηστὰ δ' εἴη παντὸς εἵνεκα.

---

rent, facile intelligas: non item, cur articulum iterarint." *Schaeferus.* — *καὶ τῶν πεπραγμένων)* *Καὶ* abest a Par. 1, 5, 7, 8, Aug. 1 suppl., Ald. Tayl. Abjiciendum putat *Schaeferus*, quippe quod magis obsit quam prosit sensui loci et ex antegressa syllaba natum videatur. Assentio. Neque, quod Rüdigerus putat, ad omnem enuntiationem pertinet: *τοιοῦτοι καὶ κριταί*, sed non potest nisi ad *τῶν πεπραγμένων* referri. —

---

quantum a quoque pendet. Vid. ad Olynth. II. §. 14. adv. Lept. p. 461, 11: *εἰ πάνυ χρηστός ἐστιν, ὡς ἐμοῦ γε ἕνεκα ἔστω, et esto, per me quidem licet.* Herod. I, 42: *ἀπήμονα (τὸν παῖδα) τοῦ φυλάσσοντος εἵνεκεν προςδόκα τοι ἀπονοστήσειν.* Significat igitur, ut *per* apud Latinos, licentiam alicujus rei faciendae, quo sensu Graeci alias Praepositionem *διά* usurpare solent. Vid. Heind. ad Plat. Gorg. §. 155. Corn. Nep. Cat. II, 2: *Neque hoc per senatum efficere potuit.* Eum. X, 3: si *per suos esset licitum.* Germani quoque vocabulum *wegen* sic usurpant. — De clausula hujus orationis vid. ad Phil. in fine. —

INDEX VERBORUM.

B.

Λ.

Π.

II.

INDEX GRAMMATICUS.

A.

III.

INDEX RERUM.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.


N.

O.

Corrigenda.

Pag. 8. v. 2. l. *ille.*
— 10. v. 18. l. *Pitholao.*
— 28. col. 1. v. 7 ab ult. (not.) l. ἦν.
— 31. col. 2. v. 12 ab ult. (not.) l. *necessarium.*
— 35. col. 2. v. 1 (not.) l. *etsi.*
— 63. col. 2. v. 20 ab ult. (not.) l. *spectat non.*
— 64. col. 2. v. 19 ab ult. (not.) l. οὔπερ.
— 65. col. 2. v. ult. (not.) l. ἐντελῆ.
— 68. col. 2. v. 10 ab ult. (not.) l. §. 5.
— 79. col. 1. v. 9 (not.) l. τινί.
— 80. col. 1. v. 8 ab ult. (not.) l. 547.
— 89. col. 1. v. 7 ab ult. (not.) l. ὅμως ἀδικ.
— 96. col. 1. v. 13 ab ult. (not.) l. *sollicitudines.*
— ibid. v. 3 ab ult. (not.) l. *utilitati.*

Pag. 102. col. 2. v. 4 ab ult. (not.) l. *appositiitia.*
— 109. v. 6. (text.) l. Κἂν.
— 115. col. 2. v. 6. (not.) l. *appositionem.*
— 116. col. 2. v. 15 ab ult. (not.) l. *admirationem.*
— 129. col. 1. v. 8 (not.) l. *perniciosam.*
— 162. col. 2. v. 1 (not.) l. *Sull.*
— ibid. v. 4. l. εὐδαιμονοῦσιν.
— 167. v. ult. (text.) l. ἀγαπητὸν.
— 169. col. 2. v. 23 (not.) l. θηρίων.
— 175. col. 1. v. 2 (not.) l. *ad quos.*
— 179. col. 1. v. 14 (not.) l. *auditores.*
— 183. col. 1. v. 6 ab ult. (not.) l. *gubernet.*
— 187. col. 1. v. 6 ab ult. (not.) l. *omittuntur.*
— 197. col. 1. v. 13 (not.) l. *Cat.*



In der Matth. Rieger'schen Buchhandlung in Augsburg sind folgende schätzbare Werke zu herabgesetzten Preisen zu haben:

Aeliani, Cl., variae historiae, graece, cum adnotationibus Jac. Perizonii et al. select. cur. notasque adj. G. B. Lehnert. 2 Pts. 8 maj. Lipsiae 1794. (3 fl. 36 kr.) netto 2 fl. 24.
— — de natura animalium libri XVII, gr. et lat. rec. Schneider. 2 T. 8 maj. Lips. 1784. (3 fl. 36 kr.) netto 2 fl. 24 kr.
Fabulae Aesopicae quales ante Planudem ferebantur ex vetusto codice Abbatiae Florent. nunc primum erutae una cum aliis partim hinc inde collectis, partim ex codd. depromptis, latina versione notisque exornatae cura ac studio Fr. de Furia. 8 maj. Lips. 1810. Charta script. (7 fl. 12 kr.) netto 5 fl. 24 kr.
Anacreontis carmina c. notis Baxteri et suis ed. J. F. Fischer. 8 maj. Lips. 1793. (4 fl. 12 kr.) netto 2 fl. 48 kr.
Apollonii Rhodii Argonauticorum libri IV gr. et lat. ed. C. D. Beck. Vol. 1. 8 maj. Lips. 1797. (3 fl. 36 kr.) netto 1 fl. 48 kr.
Arati, Solens. Phaenomena et Diosemia, gr. et lat. recens. J. T. Buhle. Vol. 1. 8 maj. Lips. 1793. (3 fl. 40 kr.) netto 2 fl. 24 kr.
Aristophanis comediae auctoritate libri praeclarissimi saeculi decimi emendatae a Philippo Invernizio. 2 Tom. 8 maj. Lips. 1794. (8 fl. 6 kr.) netto 5 fl.
Aristoteles, Ethik in 10 Büchern. Aus dem Griech. mit Anmerk. von D. Jenisch. gr. 8. Danzig 1791. (2 fl. 30 kr. zu 1 fl. 48 kr.
— — Politik und Fragment der Oekonomik. Aus dem Griech. übers. und mit Anmerkungen versehen von J. G. Schlosser. 3 Bde. gr. 8. Lübeck 1798. (5 fl. 24 kr.) netto 3 fl. 36 kr.
Athenaei, Deipnosophistarum libri XV. gr. cur. G. H. Schaefer. P. I. T. I. P. II. P. III. T. I. 8 maj. Lips. 1796. (7 fl. 12 kr.) netto 4 fl. 48 kr.
Catulli carmina illustr. Fr. G. Doering. 2 Tomi. 8 maj. Lipsiae 1788. (3 fl. 54 kr.) netto 2 fl. 42 kr.
Ciceronis, M. T., libri de divinatione ex recensione et cum notis J. J. Hottingeri. 8 maj. Lips. 1793. Charta script. (3 fl.) n. 1 fl. 30 kr.
— — epistolae quae exstant omnes, ex rec. Gronovii cura J. A. Ernesti. 8 maj. Halae 1757. (1 fl. 48 kr.) netto 1 fl. 12 kr.
— — sämmtliche Briefe, übersetzt und erläutert von C. M. Wieland. 7 Bde. Mit Kupfern. gr. 8. Zürich 1808—21. (27 fl.) netto 18 fl.
— — 5 Thle. Mit Kpfrn. gr. 8. Stuttgart 1814. (10 fl.) netto 7 fl. 12 kr.
— — epistolae, cura F. X. Schoenberger, mit Wielands deutscher Uebersetzung zur Seite. 9 Bde. gr. 8. Wien 1813. (18 fl.) n. 9 fl.
— — scripta rhetorica minora. Cura J. C. F. Wetzel. 2 Tomi. 8 maj. Lignitii 1807. (4 fl. 40 kr.) netto 3 fl.
Curtius Rufus, de rebus gestis Alexandri magni, cum supplementis Freinshemii. C. notis M. le Tellier. In usum Delphini. 4 maj. Bassani 1787. (4 fl. 30 kr.) netto 3 fl.
Dio Cassius, römische Geschichte. Aus dem Griech. von J. A. Wagner. 5 Bde. 8. Frankfurt. 1783—96. (4 fl. 30 kr.) netto 3 fl.
Diogenis Laertii de vitis, dogmatibus et apophthegmatibus clarorum philosophorum libri X. gr. et lat. 8 maj. Lipsiae 1759. (3 fl. 36 kr.) netto 2 fl. 24 kr.
Eutropii breviarium historiae romanae. Cum notis Paeanii et aliorum ed. Verheyk. 8 maj. Lugduni 1762. (7 fl. 30 kr.) netto 3 fl. 24 kr.
— — ed. Tzschuche. 8. maj. Lips. 1796. (4 fl. 12 kr.) netto 2 fl. 24 kr.
Homeri Ilias latinis versibus expressa a R. Cunichio. 8 maj. Vindobonae 1784. (3 fl.) netto 1 fl. 30 kr.

Homeri Odyssea, graece, rec F. C. Alter. Accedit Batrachomyomachia, hymni ceteraque poematia Homero vulgo tributa. 8 maj. Viennae 1794. (3 fl. 40 kr.) netto 2 fl.

Lucretii, T. Cari, de rerum natura libros VI interpretatione et notis illustravit M. Fayus. In usum Delphini. 4 maj. Bassani 1785. (6 fl.) netto 4 fl.

Platon's Republik, übersetzt von F. C. Wolff. 2 Bde. gr. 8. Altona 1799. (3 fl. 36 kr.) netto 2 fl. 24 kr.

Plinii, C. C. sec., opera, mit der deutschen Uebersetzung zur Seite. 5 Bde. gr. 8. Wien und Triest 1814. (9 fl.) netto 6 fl.

— — Panegyricus, ex XII Codd. Mspt. coll. notis et nummis aere exscript. illustr. G. Schwarz, cum fig. 4 maj. Norimbergae 1746. Charta script. (10 fl. 48 kr.) netto 5 fl. 24 kr.

Plutarch's moralisch-philosophische Werke. Uebersetzt von J. F. S. Kaltwasser. 7 Thle. M. Kupf. gr. 8. Wien 1797. (14 fl.) netto 9 fl.

— — 9 Bde. 8. Frankfurt. (8 fl. 6 kr.) netto 6 fl.

Silii, C., Italici Punicorum libri XVII, e recensione Drakenborchii curavit et gloss. lat. adj. J. P. Schmidius. 8 maj. Mitau 1775. (4 fl. 30 kr.) 2 fl. 30 kr.

Tacitus, Corn., Werke, aus d. Latein. übersetzt und mit den nöthigsten Anmerkungen begleitet. 4 Thle. gr. 8. Magdeburg 1771. (4 fl. 3 kr.) netto 1 fl. 48 kr.

Tibulli, Alb., carmima, libri tres. Novis curis castigavit. Chr. G. Heyne. Editio tertia. 8 maj. Lipsiae 1798. (6 fl.) netto 4 fl.

Terentii, A., comoediae sex, ex recens. Fr. Lindenbrogii et aliorum, ed. J. C. Zeune. II Tomi. 8 maj. Lipsiae 1774. (5 fl. 24 kr.) netto 3 fl. 36 kr.

Virgils Aeneis, deutsch von J. Chr. Schwarz. gr. 8. Regensburg 1761. (1 fl.) netto 30 kr.

— — deutsch von Th. Plazzary. 2 Thle. gr. 8. 1783. (1 fl. 45 kr.) netto 1 fl.

Xenophontis opera, graece et latine ex recens. Eduardi Wells ed. C. A. Thieme. Volumen 4. 8 maj. Lipsiae 1764. (3 fl. 45 kr.) netto 1 fl. 30 kr.

— — griechische Geschichte, deutsch von Goldhagen. gr. 8. Berlin 1762. (1 fl. 30 kr.) netto 1 fl.

Born, F. G., Lexicon latinum et theodiscum ad formam Kirschiani cornu copiae paratum. 8 maj. Lipsiae 1790. (6 fl.) netto 3 fl.

Bouget, J., Lexicon hebraicum et chaldaico biblicum, ordine alphabetico ad usum collegii Urbani, de propoganda fide in tres partes divisum. Fol. Romae 1737. (24 fl.) zu 14 fl.

Cocceji Lexicon et commentarius sermonis hebraici et chaldaici a J. C. F. Schulz. 2 Tomi. Editio quinta. 8 maj. Leipz. 1793. W. (20 fl. 30 kr.) netto 12 fl.

Dictionarium universale latino-gallicum, ex omnibus latinitatis auctoribus summa diligentia collectum. 8 maj. Paris. 1786. (2 fl. 45 kr. netto 2 fl.

Guarin, P., Lexicon hebraicum et chaldaeo-biblicum. III. Partes. 4 maj. Lutetiae Parisiorum 1746. (24 fl.) netto 12 fl.

Morelli, T., Thesaurus graecae poeseos, sive lexicon graeco-prosodiacum; versus et synonyma (tam ad explicationem vocabulorum, quam ad compositionem poeticam pertinentia) epitheta, phrases, descriptiones etc. Opus in studiosae juventutis gratiam ac utilitatem, ex optimis quibusque poetarum graecor. monumentis, etc. 4 maj. Etonae 1762. (12 fl.) netto 8 fl. 6 kr.

Schleusner, novum lexicon graeco-latinum in novum testamentum. 4 Partes. 8 maj. Leipzig 1819. (18 fl.) netto 15 fl.



